
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00001662 6


LIBRARY
MAR 27 1963
UNIVERSITY OF TORONTO

COLLECTIO SCRIPTORVM VETERVM VPSALIENSIS

M. TVLLI CICERONIS AD ATTICVM

EPISTVLARVM LIBRI SEDECIM

RECENSVIT

H. SJÖGREN

FASCICVLVS TERTIVS

LIBROS IX—XII CONTINENS

GOTOBVRGI

ERANOS' FÖRLAG

MDCCCCXXXII

M. TVLLI CICERONIS AD ATTICVM

EPISTVLARVM

LIBRI IX—XII

RECENSVIT

H. SJÖGREN



VPSALIAE
TYPIS DESCR. APPELBERGS BOKTRYCKERI A.-B.
MDCCCCXXXII

INDEX SIGLORVM

Codices Italici:

E = cod. Ambrosianus E 14 inf.

O = cod. Taurinensis Lat. 495 (olim J. V. 34).

P = cod. Parisinus (in bibl. nat.) 8536.

R = cod. » (» » ») 8538.

V = cod. Palatinus (in bibl. Vat.) 1510.

Desunt in his libris **G** = cod. Paris. 16248, **H** = cod. Land. 8 in bibl. Placent. (nisi quod X8B in **H** est), **N** = cod. Laur. (Conu. Suppr.) 49.

Σ = consensus codicum **EGHNOPRV** aut omnium aut plurimorum; in quo numero codd. Antonianus (*Ant.*) et Faërni (**F**), quibus Malaspina usus est, ponendi sunt.

M = cod. Mediceus plut. XLIX: 18. — Correctiones uariis manibus ($\mathbf{M}^1$, $\mathbf{M}^2$, $\mathbf{M}^3$, $\mathbf{M}^4$) adscriptae sunt; ubicumque res dubia uidebatur, **M***corr.* (i. e. **M** correctus uel Medicei corrector) scribendum putaui. $\mathbf{M}^1$ correctionibus nonnumquam praescripsit notam *al'.*, $\mathbf{M}^2$ notas *al'*. uel c^S ($\mathbf{M}^2$ al'. $\mathbf{M}^2 c^S$).

b = cod. Berolinensis (ex bibl. Hamiltoniana) 168.

d = cod. Laurentianus (ex bibl. aedilium) 217.

m = cod. Berolinensis (ex bibl. Hamiltoniana) 166.

s = cod. Urbinas (in bibl. Vaticana) 322.

Δ = consensus codicum **Mbdms**.

Ω = consensus codicum Σ et Δ = archetypum codicum Italicorum.

Codices Germanici et Gallici:

C = lectiones in marg. ed:is Cratandrinae (u. infra).

W = fragmenta cod:is Wurceburgensis.

$\mathbf{Z}^b$ = codex Tornesianus teste Bosio.

$\mathbf{Z}^l$ = » » » Lambino.

$\mathbf{Z}^\beta$ = » » » Clarkio.

Υ = archetypum codicum Germanicorum et Gallicorum.

Editiones:

I = ed. Iensoniana princeps. Venetiis 1470.

$\mathbf{A}^2$ = ed. Ascensiana altera. Parisiis 1522.

c = textus ed:is Cratandrinae. Basileae 1528.

Rom. = ed. Romana princeps. Romae 1470.

Cod. **O** incendio uiolatum non licuit totum examinare neque omnia, quae attuli, plane certa sunt; Graeca, ex turbido fonte plerumque hausta, omisi. Cod. **R** primo parcius, a medio fere libro IX constanter usus sum. De codicum et editionum ratione deque locis stellula * notatis disputaui in commentatione Symbolis philologicis O. A. Danielsson dicatis (Ups. 1932) inserta, quae inscribitur Ad Cic:is epistularum ad Att. libros IX—XII adnotationes.

M. TVLLI CICERONIS

AD ATTICVM

EPISTVLARVM

LIBRI IX—XII

LIBER NONVS

I

CICERO ATTICO SAL.

Etsi, cum tu has litteras legeres, putabam fore ut scirem 1
iam, quid Brundisi actum esset — nam Canusio viii⟨i⟩ Kal. profectus erat Cn., haec autem scribebam pr. Non., xiiii die, postquam ille Canusio mouerat —, tamen angebar singularum horarum exspectatione mirabarque nihil allatum esse ne rumoris quidem; nam erat mirum silentium. sed haec fortasse κενόσπουδα sunt, quae tamen iam sciantur necesse est; illud molestum, me adhuc inuestigare non 2
posse, ubi P. Lentulus noster sit, ubi Domitius. quaero autem, quo facilius scire possim, quid acturi sint, iturine ad Pompeium, et, si sunt, qua quandoue ituri sint.

Marci Tulii Ciceronis Epistularum Tuscullanarum (*hoc uerbum deletum est*) ad Atticum liber octauus Explicit. Incipit liber nonus **M** M · TVLLII · CICERONIS · EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER OCTAVVS EXPLICIT INCIPIT LIBER NONVS **mO** (*sed* VIII *et* VIIII **O**) M · TVLLII · CICERONIS · EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER · VIII · FINIT · NONVS INCIPIT **b** M. T. C. EPISTOLARVM AD ATHICVM LIBER NONVS INCIP̄ LEGE FELICITER **d** M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER NONVS INCIPIT FELICITER **s** M · T · CI · AD AT· EPISTOLARVM LIBER OCTAVVS EXPLICIT INCIPIT NONVS FEL˜ **P** MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER NONVS **A^{2}c** (*sed* M. T. **A^2**) M. Tul. Ciceronis ad T. Pomponium Atticum Epistolarum liber. IX. *Rom.* *subscr. et inscr. om.* **EI**

EP. I. 4 cum tu has] cum tuas **bd^{1}s** cum has **m^{1}E** tu cum antea has **P** legerem **bds** 5 quid] qui **M^{1}m**, *corr.* **M^2** iam *post* quid **bds** Brundusii **ΔEOPIA^{2}c***Rom. et sic plerumque* viiii *Pontedera* (*coll.* VIII 14, 1): viii **ΔEOPIA^{2}c***Rom.* 6 Cn. (CN) **dmsOIA^{2}c***Rom.* Gneus **Mb** Cneus **E** *talia non amplius notabo* erat Cn. *om.* **P** 8 horum **dE** 10 *adscr.* noue cure plena **M***corr.***ds** 13 sunt **bds** 14 si sint **IA^{2}c** sunt **M^{1}d^{1}ms^{1}O^2***Rom.*

1 *Sjögren.*

Vrbem quidem iam refertam esse optimatium audio,
Sosium et Lupum, quos Cn. noster ante putabat Brundisium
uenturos esse quam se, ius dicere. hinc uero uulgo uadunt;
etiam M'. Lepidus, quocum diem conterere solebam, cras
3 cogitabat. nos autem in Formiano morabamur, quo citius
audiremus; deinde Arpinum uolebamus; inde, iter qua[m]
maxime ἀναπάντητον esset, ad mare superum, remotis siue
omnino missis lictoribus. audio enim bonis uiris, qui et
nunc et saepe antea magno praesidio rei p. fuerunt, hanc
cunctationem nostram non probari multaque mihi et seuere
in conuiuiis, tempestiuis quidem, disputari.

Cedamus igitur et, ut boni ciues simus, bellum Italiae
terra marique inferamus et odia improborum rursus in nos,
quae iam exstincta erant, incendamus et Luccei consilia ac
4 Theophani persequamur. nam Scipio uel in Syriam pro-
ficiscitur sorte uel cum genero honeste uel Caesarem fugit
iratum. Marcelli quidem, nisi gladium Caesaris timuissent,
manerent. Appius et eodem timore et inimicitiarum recen-
tium. et tamen praeter hunc et C. Cassium reliqui legati,
Faustus pro quae⟨store⟩; ego unus, cui utrumuis liceret. frater
accedit, quem socium huius fortunae esse non erat aequum.

1 referctam **dmP** optimatium **EOPIA^{2}c** optimatum **Δ***Rom.* 3 esse *om.* **bds** 4 M'. *Manutius*: M. **ΔEOPIA^{2}c***Rom.* quocum] que cum **M^1** (quo *superscr.* **M^2**) quod cum **bd** 6 audiẹremus **M** qua *uulg.*: quam **ΔEOPIA^{2}c***Rom.* 7 ἀναπάντητον **A^{2}c** ΑΝΑΠΑΝΤΙΚΟΝ (*litt. mai. aut min.*) **MbmsEP***Rom.* ἀναπλητικὸν ἀναπαυτικόν **M***corr.***d** *adscr.* uelox **M***corr.***ds** 8 littoribus **MsI** a bonis **A^{2}c** 10 contentionem **P** mihi **ΔEOPI***Rom.* in me **A^{2}c**, *fort. recte* et seuere **A^{2}c***Rom.* esse uere **ΔEOPI** (uere esse **bs**) 11 conuiuiis **A^{2}c** conuiciis (-tiis) **ΔEOP***Rom.* comitiis **I** 12 sumus **MbdmO** 14 extincte **M^1** 15 Theofani **Mm** 18 et **MbdsEOPI** in **m***Rom.* est **A^{2}c** eodem modo timore *media uoce deleta* **M** *cfr* V 14, 2 est (*uel* est in) eodem timore inimicitiarum, recentium etiam; praeter *Madu. Adu. crit.* II *p.* 236 *sq.* 19 et tamen] *cfr Maduigius ad* II *de fin.* 26, 84; *Lehmannus De Cic:is ad Att. epp. p.* 194; *Friedrich ad Cat.* 68, 143 * 20 Faustus *om.* **IA^{2}c** pro quaestore *Orellius*: pro que (proque) **M^{1}mO^1**(?) p̣ que **E** pro quo **P** prope **M***corr.***bdsIA^{2}c***Rom.* prope que **O^2** licet *Kayserus, alii* 21 accedit **C** accederet **M^{1}bd** accesserit **M^{2}msEOPIA^{2}c***Rom.*

cui magis etiam Caesar irascetur; sed impetrare non possum, ut maneat. dabimus hoc Pompeio, quod debemus. nam me quidem alius nemo mouet, non sermo bonorum, qui nulli sunt, non causa, quae acta timide est, agetur improbe. uni, uni hoc damus, ne id quidem roganti nec suam causam, ut ait, agenti sed publicam.

Tu quid cogites de transeundo in Epirum, scire sane uelim.

II

CICERO ATTICO SAL.

Etsi Non. Mart. die tuo, ut opinor, exspectabam epistulam a te longiorem, tamen ad eam ipsam breuem, quam III⟨I⟩ Nonas ὑπὸ τὴν διάλειψιν dedisti, rescribendum putaui. gaudere ais te mansisse me et scribis in sententia te manere. mihi autem superioribus litteris uidebare non dubitare, quin cederem ita, si et Cn. bene comitatus conscendisset et consules transissent. utrum hoc tu parum commeministi, an ego non satis intellexi, an mutasti sententiam? sed aut ex epistula, quam exspecto, perspiciam, quid sentias, aut alias abs te litteras eliciam. Brundisio nihildum erat allatum.

1 irascetur **M***corr.***dEOPIA²c** irasceretur **M¹bms***Rom.* 2 quo **M¹** 5 uni *semel* **P***Rom.* nec **IA²c** 6 agendi **M¹**, *corr.* **M²c**ˢ 8 Vale *add.* **IA²c***Rom.*

EP. II. *Accedit* **V** *inscr. om.* **Mdm** 11 *uerba* etsi ... putaui *u.* 13 *desunt in* **E** 12 a te] ante **M** *post* exspectabam **IA²c** *om.* **V** 13 IIII *Corradus*: III **ΔOPVIA²c***Rom.* *cfr* IX 10, 8 Non(as) Martias (-tii) **IA²c** ὑπὸ τὴν *om.* **bds***Rom.* διάλειψιν *Orellius, Gurlittus progr. Steglitz. a.* 1898 *p.* 4: ΔΙaΛΗΨ·ΙΝ **m** ΔΙaΛΗΨ inde **M** ΔΙΑΛΗΨ **P** inde **bds***Rom.* δείλην **A²c** 14 me et *corr. ex* et me **M** 15 in superioribus **OV** 16 descendisset **bds** 17 meministi **IA²c**, *corr.* **C** 19 sentẹṇtias ụṭ (*superscr.* aut) **M** 20 litteras] epistolas **IA²c**

II a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 O rem difficilem planeque perditam! quam nihil praetermittis in consilio dando! quam nihil tamen, quod tibi ipsi placeat, explicas! non esse me una cum Pompeio gaudes ac proponis, quam sit turpe me adesse, cum quid de illo detrahatur; nefas esse approbare. certe. contra igitur? di, inquis, auerruncent. quid ergo fiet, si in altero scelus est, in altero supplicium? impetrabis, inquis, a Caesare, ut tibi abesse liceat et esse otioso. supplicandum igitur? miserum. quid, si non impetraro? et de triumpho erit, inquis, integrum. quid si hoc ipso premar? accipiam? quid foedius? negem? repudiari se totum, magis etiam quam olim in xxuiratu putabit. ac solet, cum se purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam; ita me sibi fuisse inimicum, ut ne honorem quidem a se accipere uellem. quanto nunc hoc idem accipiet asperius! tanto scilicet, quanto et honor hic
2 illo est amplior et ipse robustior. nam quod negas te dubitare, quin magna in offensa sim apud Pompeium hoc tempore, non uideo causam, cur ita sit hoc quidem tempore. qui enim amisso Corfinio denique certiorem me sui consilii fecit, is queretur Brundisium me non uenisse, cum

EP. 2 a. *Nouam ep. hinc incipere docuit Schuetzius, cum superiore coniungunt codd. et priores edd.* 3 quam **ΔOPVIA**^{2}(*in marg.*)**C***Rom.* quamquam **A**^{2}**c** quia **E** 4 in *om.* **C** *cfr Lebretonius 'Études' p.* 403 *sq.* quam nihil tamen] tamen nihil **A**^{2}**c** tam nihil **I** quam tamen nihil **A**^{2} (*in marg.*) 7 nephas **EP** di] dum **P** 8 auerruncent **O**^{2}**IA**^{2}**c** annerruncent **ME** (*sed* -ntc- **E**) anni erunt centum **P** annuerunt **bdmsVA**^{2}(*in marg.*)*Rom.* ergo] igitur **IA**^{2}**c** alteros . . . altero **MI** alteros . . . alteros **E** alios . . . alteros **P** alios . . . alios **V** 10 otiosum **IA**^{2}**c** supplicare **V** 13 XX uiratu] XXV · iratu **M**^{1} XXV · iratum **M***corr.***bdEOP** XX · uiratum **m** uigintiuiratu **sIA**^{2}(*in marg.*) *Rom.* quinqueuiratu **A**^{2}**c** iratum **V** *cfr* II 19, 4; *de prou. cons.* 17, 41 *sq.* 16 ne *om.* **M**^{1} recipere **A**^{2}**c**, *corr.* **C** nollem **M**^{2}**c**^{s}(*del.*) 17 honos *Wesenb. cfr Neue-Wag. Formenl.* I^3 *p.* 264 20 hoc quidem tempore *om.* **V** quidem] enim **E** *om.* **bds** 21 qui] cum **M**^{2}**c**^{s} (*del.*) 22 fecit is] fecistis **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}

inter me et Brundisium Caesar esset? deinde etiam scit ἀπαρρησίαστον esse in ea causa querelam suam: me putat de municipiorum imbecillitate, de dilectibus, de pace, de urbe, de pecunia, de Piceno occupando plus uidisse quam se. sin, cum potuero, non uenero, tum erit inimicus; quod ego non eo uereor, ne mihi noceat — quid enim faciet?

τίς δ' ἐστὶ δοῦλος τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν;

sed quia ingrati animi crimen horreo. confido igitur aduentum nostrum illi, quoquo tempore fuerit, ut scribis, ἀσμενιστὸν fore. nam quod ais, si hic temperantius egerit, consideratius te consilium daturum, qui hic potest se gerere non perdite? ⟨uetant⟩ uita, mores, ante facta, ratio suscepti negotii, socii, uires bonorum aut etiam constantia.

Vixdum epistulam tuam legeram, cum ad me, currens 3
ad illum, Postumus Curtius uenit, nihil nisi classes loquens et exercitus. eripiebat Hispanias, tenebat Asiam, Siciliam, Africam, Sardiniam, confestim in Graeciam persequebatur. eundum igitur est, nec tam ut belli quam ut fugae socii simus. nec enim ferre potero sermones istorum, quicumque sunt; non sunt enim certe, ut appellantur, boni. sed tamen id ipsum scire cupio, quid loquantur, idque ut exquiras

2 ΑΠΑΡΗCΙΑCΤΟΝ **M**^{1}**EP** *adscr.* uerecundam **M***corr.***ds** essem in **M**^{1} ea] mea **mEV***Rom.* hac **P** 3 de dilectibus] dilectus **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 6 ne] ut **m***Rom.* 7 ΑΦΡΟΝΤΙωΙΝ **M**^{1} ΑΡΦΙΤΙωΙΝ **P** *hunc u. om.* **E** *adscr.* quis autem est seruus (s. e. **s**) mortis securus existens **M***corr.***ds** *Trag. Gr. fragm. p.* 670 *N.*^{2} 9 quoque **M**^{1}**V** 10 ΑCΜΕΝΙCΤΟΝ **MmPC** ΑCΑΙΕΗ·ΙCΤΟΗ **E** *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* ἀσμενέστερον **A**^{2}**c** ἀφροντιῶν **M***corr.***bd** gratum **s**(*in marg.*)*Rom.* *om.* **s** temperatius **V** egerat **M**^{1} 11 te consilium **EOPRV** consilium te **ΔIA**^{2}**c***Rom.*, *uulg.* * 12 *ante* uita *add.* quoi **V**, uetant *Purserus* (uetant *pro* uita *iam Bootius in ed.* I) 13 socii uires] is socuu tres **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} *post* constantia *add.* nihil impenditur **V**, cogent *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 111 15 Post(h)umius **bdmsP***Rom.* *cfr Frankius Am. Journ. of Phil.* XLI (*a.* 1920) *p.* 279 nihil loquens nisi et **V** classes **EP** classis **ΔO**^{2}**I***Rom.* classeis **A**^{2}**c** *om.* **O**^{1}**V** *eiusmodi discrepantias* (*uelut p.* 6, 12) *non semper notaui* 18 *prius* ut] aut **M**^{1} *post.* ut *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2}

meque certiorem facias, te uehementer rogo. nos adhuc, quid Brundisi actum esset, plane nesciebamus. cum sciemus, tum ex re et ex tempore consilium capiemus, sed utemur tuo.

III

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Domiti filius transiit Formias VIII Id. currens ad matrem Neapolim mihique nuntiari iussit patrem ad urbem esse, cum ex eo curiose quaesisset seruus noster Dionysius. nos autem audieramus eum profectum siue ad Pompeium siue in Hispaniam. id cuius modo sit, scire sane uelim. nam ad id, quod delibero, pertinet, si ille certe nusquam discessit, intellegere Cn. non esse faciles nobis ex Italia exitus, cum ea tota armis praesidiisque teneatur, hieme praesertim. nam si commodius anni tempus esset, uel infero mari liceret uti; nunc nihil potest nisi supero transmitti, quo iter interclusum est. quaeres igitur et de Domitio et de Lentulo.

2 A Brundisio nulla adhuc fama uenerat, et erat hic dies VII Id., quo die suspicabamur aut pridie ad Brundisium uenisse Caesarem; nam Kal. Arpis manserat. sed si Postumum audire uelles, persecuturus erat Cn.; transisse enim iam putabat coniectura tempestatum ac dierum. ego nautas eum non putabam habiturum; ille confidebat, et eo magis, quod audita nauiculariis hominis liberalitas esset. sed tota res Brundisina quo modo habeat se, diutius nescire non possum.

1 te] te ut **M**^{1} 1—2 adhuc brundysii quid plane actum **V** 3 Vale *add.* **IA**^{2}**c**

EP. III. *Noua ep.* **PIA**^{2}**c** *cum superiore coniungunt* **ΔEOV***Rom.*
6 transit **M**^{1}**bdEPI**, *corr.* **M**^{2}**c**^{S} 8 ex] de **M**^{1} *om.* s seruos **Mm** 11 usquam **V** 12 Cn.] Credo **V** 15 tramitti (*sic* **m***Rom.*) *ex* -miti **M**^{1} trasmitti **V** transmitti *rell.* quod **V**, *Bootius* 16 et de . . et de] et de . . et **O**^{1}**P** de . . et **V** 18 VIII **m***Rom.* ad **EOPV** *om.* **ΔIA**^{2}**c***Rom., uulg.* *cfr* ad VIII 11 D, 3; a 14, 1; ad *in M. Ant.* XII 3, 8 19 post(h)umum **M**^{1}**VIA**^{2}**c** postumium **M***corr., rell.* 20 enim iam] iam enim **P** nam iam enim **V** 21 nautas *ex* -tis **M**^{1}, *ut uid.* 24 Brundusina Nam **M**^{1}, *corr.* **M**^{1}, *ut uid.* se habeat **V** se diutius] sed tutuis **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} diutius nescire] secure scire **V**

IV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Ego etsi tam diu requiesco, quam diu aut ad te scribo 1
aut tuas litteras lego, tamen et ipse eg⟨e⟩o argumento epistularum et tibi idem accidere certo scio. quae enim soluto animo familiariter scribi solent, e⟨a⟩ temporibus his excludentur, quae autem sunt horum temporum, ea iam contriuimus. sed tamen, ne me totum aegritudini dedam, sumpsi mihi quasdam tamquam θέσεις, quae et πολιτικαὶ sunt et temporum horum, ut et abducam animum ab querelis et in eo ipso, de quo agitur, exercear. eae sunt huius modi.

Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένης αὐτῆς. εἰ παντὶ 2
τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πραγματευτέον, κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύσειν. εἰ εὐλαβητέον τὸν καταλύοντα, μὴ αὐτὸς αἴρηται. εἰ πειρατέον ἀρήγειν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ καιρῷ καὶ λόγῳ μᾶλλον ἢ πολέμῳ. εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν ἀναχωρήσαντά ποι τῆς πατρίδος τυ-

EP. IV. *Nouam ep. uulg. faciunt; cum superiore coniungunt codd. et uett. edd.* 4 egeo **s^{2}O^{1}PIA^{2}c***Rom.* ego **ΔEO^{2}V** 5 et] tuarum angor et **V** certo **Δc** certe **EOPIA^{2}***Rom.* 6 scribis o lente **M^{1}** ea **A^{2}c** e **M^{2}bdsOPI** et **EV** *om.* **m***Rom.* 7 excludentur **ΔEOPVI** excluduntur **A^{2}c***Rom., uulg.* 9 ΘЄCЄIC **V** θέσεις **A^{2}c** thesis **ΔEOI** quesis **P** theosis *Rom.* πολιτικαὶ *Orellius*: politic(a)e **bdmEOPVIA^{2}c***Rom.* pollitice **M^{2}c^{s}** pollicite **M^{1}** polite **s** 10 ut et] et ut **m***Rom.* ut **V** a **bmEP***Rom.* 13 τυραννουμένης αὐτῆς **c** TYPaNHOYMЄvICaPTIC **P** TYPaNNOIMЄNHC ΛaYTHC **M^{1}** τυραννουμένης δ' (δὲ) αὐτῆς **M***corr.***bdmsOA^{2}***Rom.* τυραννουμένη; τυραννουμένης δ' αὐτῆς *Manutius, alii cfr Lehmannus De Cic:is epp. rec. p.* 142 *sq.* *Graeca om.* **EV** *adscr.* Gr'. ultra unam columpnam **E** 14 πραγματευτέον **OC** ΗΠaTMTЄITON (*non* HPaT-) **P** ΠPaTЄOH **M^{1}** πρακτέον **M***corr.***bdmsA^{2}c***Rom.* 15 κινδυνεύειν **bdsA^{2}***Rom.* εἰ] ἢ *coni. Wesenb.* τὸν ... πατρίδος *p.* 8, 8 *om.* **PR** 16 αἴρηται *Bosius*: ἄρθηται **C** ЄPPΘHTaI **M^{1}** EPEHTAI **Z^{b}** τι πάθῃ **A^{2}c***Rom.* *om.* **M***corr.***bdms** ἀρθῇ *Malaspina* 17 τυραννουμένῃ **M***corr.***bdmsZ^{bl}A^{2}c***Rom.* TYPaHNOI **M^{1}** καιρῷ (-νῷ **O**) καὶ λόγῳ **OZ^{bl}c** *om.* **ΔA^{2}***Rom.* ἢ ἐν πολέμῳ **M***corr.***bdmsA^{2}***Rom.*

ραννουμένης. εἰ διὰ παντὸς ἰτέον κινδύνου τῆς ἐλευθερίας πέρι. εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρᾳ καὶ πολιορκητέον αὐτὴν τυραννουμένην. εἰ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πολέμου κατάλυσιν τῆς τυραννίδος συναπογραπτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις. εἰ τοῖς εὐεργέταις καὶ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, κἂν μὴ δοκῶσιν εὖ βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ὅλων. εἰ ὁ μεγάλα τὴν πατρίδα εὐεργετήσας δι' αὐτό τε τοῦτο ἀνήκεστα παθὼν καὶ φθονηθεὶς κινδυνεύσειεν ἂν ἐθελοντὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος. εἰ ἐφετέον αὐτῷ ἑαυτοῦ ποτε καὶ τῶν οἰκειοτάτων ποιεῖσθαι πρόνοιαν ἀφεμένῳ τῆς πρὸς τοὺς ἰσχύοντας διαπολιτείας.

3 In his ego me consultationibus exercens et disserens in utramque partem tum Graece tum Latine et abduco parumper animum a molestiis et τῶν προὔργου τι delibero.

1 εἰ] ἢ **A**^{2}, *Victorius, item u.* 9 ἰτέον **A**^{2}**c***Rom.* (*sed post* κινδ. **A**^{2}) ЄΙΤЄΟΗ **M**^{1} θετέον **M***corr.***bdmsO** 2 χώρᾳ καὶ] ΧΜΡaΚ **M**^{1} αὐτὴν **c** ταύτην **M***corr.***bdmOA**^{2}*Rom.* ΤaΥΗΗ **M**^{1} (*sed* Τ *del., ut uid.*) πάντην **s** 4 συναπογραπτέον **C** συναποτραπτέον **M***corr.***bdms** СΙΗaПОТрaПТЄОН **M**^{1} συναποστρεπτέον **A**^{2}**c**, *Crat. ind. Graec., Rom.* (*sed* -αποτρεπ-) 7 ЄΥЄΡΤΗСa **M**^{1} τε τοῦτο **M***corr.***dm** ΤЄΤΟΥ **M**^{1} δὲ τοῦτο **bsA**^{2}**c***Rom.* 9 εἰ] *accedunt* **PR** ἢ *alii* ΟΙΚЄΙΟΤaΤωΝ **M**^{1}**P** (-ΤΟV **P**) οἰκειοτάτων **C** οἰκείων (-έων) **M***corr.***bdmsA**^{2}**c***Rom.*
10 τῆς *scripsi auctore Danielssonio*: τὰς *codd. et priores edd.*
adscr. utrum habitandum est in patria a tyranno occupata illa si omnino tyrannidis depositionem faciendum sit et si futurum sit propter hoc de omnibus ciuitatem in periculo esse (*h. u. om.* **d**). utrum cauendum sit tyrannicide ne ipse. utrum conandum sit opitulari patriae a tyranno oppressae magis quam in bello. utrum ciuile sit otium agere abeuntem aliquo patria occupata a tyranno. utrum penitus ponendum sit in periculo libertatem propter. utrum bellum inferendum sit regioni et obsidendum ciuitatem (*ex* -nde -tes **M**) hanc a tyranno oppressam. utrum non probanti per bellum deponere tyrannum eundum est tamen ad optimos. utrum cum benefactoribus et amicis periculum subeundum est in bellis quamquam non uidea(n)tur bene consilium capere de summa re p. (rei p. **dm**). utrum plurimum patriam tutatus propter hoc ipsum acerba passus et odio habitus in periculo se ponere debeat sponte pro patria. utrum relaxandum sit sui quandoque et familiarium facere curam relinquenti ad uel contra (tutatus . . . contra *om.* **m**) potentes administrationem rei p. **M***corr.***dm**
13 animum . . . qui *p.* 9, 2 *om.* **E** a *om.* **M**^{1} molestis **M** *adscr.* utilium aliquid **M***corr.***ds**

sed uereor ne tibi ἄκαιρος sim. si enim recte ambulauit is, qui hanc epistulam tulit, in ipsum tuum diem incidit.

V

CICERO ATTICO SAL.

Natali die tuo scripsisti epistulam ad me plenam con- 1
silii summaeque cum beneuolentiae tum etiam prudentiae.
eam mihi Philotimus postridie, quam a te acceperat, red-
didit. sunt ista quidem, quae disputas, difficillima, iter ad
superum, nauigatio infero, discessus Arpinum, ne hunc
fugisse, mansio Formiis, ne obtulisse nos gratulationi uide-
amur, sed miserius nihil quam ea uidere, quae tamen iam,
⟨iam,⟩ inquam, uidenda erunt. fuit apud me Postumus,
scripsi ad te, quam grauis. uenit ad me etiam Q. Fufius,
quo uultu, quo spiritu! properans Brundisium, scelus accu-
sans Pompei, leuitatem et stultitiam senatus. haec qui in
mea uilla non feram, Curtium in curia potero ferre? age, 2
finge me quamuis εὐστομάχως haec ferentem: quid illa, Dic,
M. Tulli, quem habebunt exitum? et omitto causam rei p.,
quam ego amissam puto cum uulneribus suis tum medica-
mentis iis, quae parantur: de Pompeio quid agam? cui
plane — quid enim hoc negem? — suscensui. semper enim
causae euentorum magis mouent quam ipsa euenta. haec

1 ambulauit is **M***corr.***bdOPVIA**^{2}**c** ambulauerit is **M**^{1}(*sed*-ritis)**ms***Rom.*, *alii*; *sic et* incidet *Muellerus* *cfr* XI 3, 1; *ep.* II 19, 2; XI 16, 1; XV 16, 1
2 hanc] *accedit* **E** tum **MbdmV** Vale *add.* **IA**^{2}**c***Rom.*
EP. V *deest in* **V** *inscr. om.* **Mbdm***Rom.* 5 natali *multis suspectum* *cfr Drumannus et Groebeus 'Gesch. Roms'* V *p.* 11 diei **M**^{1} *om.* **bds** 7 a te acceperat] acceperat a te **I** acceperat **A**^{2} 9 impero **M**^{1} 10 uidemur **M**^{1} 11 *sq.* iam iam **A**^{2}**c***Rom.* iam **ΔEOPI** *cfr ad* VI 2, 9 12 Postumus **M**^{1} Post(h)umius *rell.* 13 Q.] que **M**^{1}**EO**^{1}**P** fufius (Fu-) *uel* fusius *codd.* 16 Curtium *nescio qui ap. Corradum*: cur tum **M**^{1}**msEOIA**^{2}c*Rom.* cur eum **M**^{2}c^S(*del.*)**bdP** *del. Bootius Obs. crit. p.* 54; *cfr Madu. Adu. crit.* III *p.* 181 17 me] ne **M**^{1} *adscr.* cum (*om.* **ds**) bono stomacho **M***corr.***ds** 20 cui] qui **M**^{1} enim **E**
21 hoc *om.* **IA**^{2} 22 mouent] *cfr Lebretonius 'Études' p.* 162

igitur mala — quibus maiora esse quae possunt? — considerans uel potius iudicans eius opera accidisse et culpa inimicior huic eram quam ipsi Caesari. ut maiores nostri funestiorem diem esse uoluerunt Alliensis pugnae quam urbis captae, quod hoc malum ex illo — itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in uulgus ignotus —, sic ego decem annorum peccata recordans, in quibus inerat ille etiam annus, qui nos hoc ⟨non⟩ defendente, ne dicam grauius, adflixerat, praesentisque temporis cognoscens temeri-
3 tatem, ignauiam, neglegentiam suscensebam. sed ea iam mihi exciderunt; beneficia eiusdem cogito, cogito etiam dignitatem. intellego serius equidem, quam uellem, propter epistulas sermonesque Balbi, sed uideo plane nihil aliud agi, nihil actum ab initio, ⟨nisi⟩ ut hunc occideret. e⟨g⟩o igitur, si quid⟨em⟩ apud Homerum, cui et mater et dea dixisset,

αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος,

matri ipse respondit:

αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ
κτεινομένῳ ἐπαμῦναι —

quid, si non ἑταίρῳ solum sed etiam εὐεργέτῃ, adde tali

3 inimicior **MmsEC** inimicitior (-cicior) **bdOP***Rom.* immitior **IA**^{2}**c** huic eram **bsEOP** eram huic **MdmIA**^{2}**c***Rom.* *uerba* maiores . . . ignotus *adfert Gellius N. A.* IV 9, 6 (*ubi* Aliensis), maiores . . . uulgus *Nonius p.* 379 *M.* 4 albiensis (*ut uid.*) **M**^{1} allienus **E** 8 non *Victorius*: *om.* **ΔEOPIA**^{2}**c***Rom.* *cfr* IX 7, 4; X 4, 9; 16, 2; *ad* V 21, 12 ne] non **m***Rom.* 11 cogito *semel* **bdsP***Rom.* 12 intellego . . . puto *p.* 11, 2 *om.* **E** serius equidem] seruisse quidem **P** 13 nihil] mi(c)hi **MdmOP***Rom.* 14 agi *om.* **m***Rom.* nisi *Wesenb. Em. alt. p.* 115: quam **A**^{2}**c** *om.* **ΔOPI***Rom.* ego **msA**^{2}**c***Rom.* eo **MbdOPI** 15 si quidem *Vrsinus*: si quid **ΔOPI***Rom.* si quis **A**^{2}**c** sicut ille *Schmidtius Mus. Rhen.* LII (*a.* 1897) *p.* 148, *recc. edd.* 17 αὐτίκα *eqs.* **M**^{1}**PRc**, *Crat. ind. Graec.* (in uetustis codd.) νῦν δ' ἅμα τ' ὠκύμορος καὶ ὀϊζυρὸς περὶ πάντων ἔπλεο **A**^{2}, *Crat. ind. Graec.* (sic uulgo legitur) *om.* **M***corr.***bdms***Rom.* *Hom. Il.* XVIII 96 *sqq.* 18 matri ipse respondit *om.* **bdm**^{1} ipsi **MmsI***Rom.* 19 *adscr.* subito (statim **ds**) mortuus essem cum non utique futurus eram (essem **ds**) amico interfecto superulcisci, *post* amico *et* benefactori **M***corr.***ds** 21 adde tali **msO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* addet ali(i) **MbdPR**

uiro talem causam agenti? — ego uero haec officia mercanda uita puto. optimatibus uero tuis nihil confido, nihil iam ne inseruio quidem. uideo, ut se huic dent, ut daturi sint. quicquam tu illa putas fuisse de ualetudine decreta municipiorum prae his de uictoria gratulationibus? timent, inquies. at ipsi tum se timuisse dicunt. sed uideamus, quid actum sit Brundisi. ex eo fortasse † ea consilia nascentur aliaeque litterae.

VI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Nos adhuc Brundisio nihil. Roma scripsit Balbus putare 1
iam Lentulum consulem transmisisse [me] nec eum a minore Balbo conuentum, quod is hoc iam Canusi audisset; inde ad se eum scripsisse; cohortesque sex, quae Albae fuissent, ad Curium uia Minucia transisse; id Caesarem ad se scripsisse, et breui tempore eum ad urbem futurum. ergo utar tuo consilio neque me Arpinum hoc tempore abdam, etsi Ciceroni meo togam puram cum dare Arpini uellem, hanc eram ipsam excusationem relicturus ad Caesarem. sed fortasse in eo ipso offendetur, cur non Romae potius. sed

1 agenti **IA^{2}c***Rom.* agendi **ΔOP** ego **C** et ego **ΔOPIA^{2}c***Rom.* officia mercanda (uita *om.*) puto **C** officiam ei candida uita puto **Md** efficiam ei candida uita puto **bmsO^{2}PIA^{2}c***Rom.* (*sed* et **PI**, et ei **A^{2}c**, canda **P**) *cfr Lehmannus de Cic:is ad Att. epp. p.* 201 2 optimatibus] *accedit* **E** 3 uide **m***Rom.* 7 ea **M^{1}OPRZ^1** mea **M^{2}bdmsEIA^{2}c***Rom.* alia *Lambinus* noua *uel* certa *alii*

EP. VI. *Nouam ep. uulgo faciunt; cum* V *coniungunt* **ΔEOPIA^{2}c***Rom.*; Nos . . . transiit *p.* 12, 21 *om.* **V** 11 putari *Orellius cfr* IV 14, 1; XI 24, 5 12 tramisisse *alii cfr p.* 6, 15 nec . . . transisse *om.* **bs** nec **c** me nec *rell.* 14 cohortesque . . . scripsisse *om.* **PR** Albaes **M^1** 15 Curtum **MdE** uia **Z^1** in uia **M***corr., rell. om.* **M^1** Minucia (-tia)] Munitia **IA^{2}c**, *corr.* **C** Numitia *Rom.* 16 uenturum **bds** 17 nec me **bds** ne quem **M^1** in Arpinum **IA^{2}c** 18 tangam **M^{1}d**, *corr.* **M^4** quom dare **M^{2}msO** quam dare **b** quem dare **d** quondam re **M^1** cum (quum) dare *rell.* Arpini *ex* -num **M** 19 ipsam causam excusationem *media uoce deleta* **M** 20 rome *om.* **M^1**, *add.* **M^2** sed *ex* sec(?) **M**

tamen, si est conueniendus, hic potissimum. tum reliqua uidebimus, id est et quo et qua et quando.

2 Domitius, ut audio, in Cosano est, ⟨et⟩ quidem, ut aiunt, paratus ad nauigandum, si in Hispaniam, non probo, si ad Cn., laudo; quouis potius certe quam ut Curtium uideat, quem ego patronus aspicere non possum. quid alios? sed, opinor, quiescamus, ne nostram culpam coarguamus, qui, dum urbem, id est patriam, amamus dumque rem conuenturam putamus, ita nos gessimus, ut plane interclusi captique simus.

3 Scripta iam epistula Capua litterae sunt allatae hoc exemplo:

Clodia Pompeius mare transiit cum omnibus militibus, quos secum habuit. hic numerus est hominum milia triginta et consules duo et tr. pl. et senatores, qui fuerunt cum eo, omnes cum uxoribus et liberis. conscendisse dicitur a. d. IIII Non. Martias. ex ea die fuere septemtriones uenti. naues, quibus usus non est, omnis aut praecidisse aut incendisse dicunt.

De hac re litterae L. Metello tr. pl. Capua⟨m⟩ allatae
4 sunt a Clodia socru, quae ipsa transiit. ante sollicitus eram et angebar, sicut res scilicet ipsa cogebat, cum consilio explicare nihil possem; nunc autem, postquam Pompeius et consules ex Italia exierunt, non angor sed ardeo dolore,

3 est et quidem *margo ed. Lamb. a.* 1584: est quidem **M**^{1}**PRIA**^{2}**c** est quidam **M**^{2}**bdmsEO** *Rom.* *cfr* VI 9, 1 *ex.* 5 Curtium *Victorius*: Curium **C** certum **ΔEOPI** *Rom.* Caesarem **A**^{2}**c** *cfr p.* 9, 16 6 patronus **ΔOC** *Rom.* prōnus **E** pronus **P** prorsus **IA**^{2}**c** 7 qui dum] quidem **M**^{1} 10 suumus (?) **M**^{1} sumus *Rom.* cura ut ualeas *add.* **P**, Vale **I** 11 Scripta] *noua ep.* **PRI** Capua **PIA**^{2}**c** Capu(a)e **ΔEOR** *Rom.* *cfr ad* V 8, 2 13 transiit **IA**^{2}**c** transit **ΔEOP** *Rom.* 14 XXX **IA**^{2}**c** 15 duo et] et duo *alii* et *ante* senatores *om.* **IA**^{2} fuerant **IA**^{2}**c** 17 III **sA**^{2}**c** *Rom.* 18 omnes **msE** *Rom.* 20 Capuam **IA**^{2}**c** Capua **Md**^{2}**m EOP** *Rom.* capu(a)e **bd**^{1}**s** 21 a] ad **M**^{1} ab **IA**^{2}**c** ante] *accedit* **V** *noua ep.* **EOPRV** 22 cogebat *om.* **M**^{1} quum consilio explicare nihil possem **C** quo uti consilio possem **M**^{2}**bdmsEOPVIA**^{2}**c** *Rom.* cum consilio possem **M**^{1}, *sed* cum *linea inductum,* cogebat quo uti *add.* **M**^{2}

οὐδέ μοι ἦτορ
ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι —.

non sum, inquam, mihi crede, mentis compos; tantum mihi dedecoris admisisse uideor. mene non primum cum Pompeio, qualicumque consilio usus⟨t⟩, deinde cum bonis esse, quamuis causa temere instituta? praesertim cum ii ipsi, quorum ego causa timidius me fortunae committebam, uxor, filia, Cicerones pueri, me illud sequi mallent, hoc turpe et me indignum putarent. nam Quintus quidem frater, quicquid mihi placeret, id rectum se putare aiebat, id animo aequissimo sequebatur.

Tuas nunc epistulas a primo lego; hae me paulum 5 recreant. primae monent et rogant, ne me proiciam; proximae gaudere te ostendunt me remansisse. eas cum lego, minus mihi turpis uideor, sed tam diu, dum lego; deinde emergit rursum dolor et αἰσχροῦ φαντασία. quam ob rem obsecro te, mi Tite, eripe hunc mihi dolorem aut minue saltem aut consolatione aut consilio aut quacumque re potes. quid tu autem possis? aut quid homo quisquam? uix iam deus.

Equidem illud molior, quod tu mones sperasque fieri 6 posse, ut mihi Caesar concedat, ut absim, cum aliquid in senatu contra Cn. agatur. sed timeo, ne non impetrem. uenit ab eo Furnius. ut quidem scias, quos sequamur,

2 *ante* ἔμπ. *add.* ЄT **OPR**, ἔτ' c   aΛΛaΛΛΑΥΚΤΜaI **M**^{1} aΛΛaΛaΥΚΤΜaI **PR**   ἀλλ' ἀλάλυκται **M***corr.***m**^{2}**O**   ἀλλ' ἀλλάυκται **d**   ἀλλὰ ἄλλακται **bs**   ἀλλ' ἄλυκται **M***corr.***m**^{1} αλαλλακται *Rom.*   ἀλλ' ἀλάληται **A**^{2}**c**   *Hom. Il.* X 94   *adscr.* nec mihi cor sane respirat **M***corr.* **ds**   4 mene] me **msPIA**^{2}**c***Rom.*   5 quali cum **M**^{1}, cum *del.*, cumque *superscr.* **M**^{2} usus est *Wesenb. l. l.*: usus **MbdmEOPVI***Rom.* usum **sA**^{2}**c** uso *Manutius, alii*   6 *post* instituta *add.* timidius **ORV**, timid (*spat.*) **P**   7 quo **M**^{1}, -rum *add.* **M**^{2} timidius *om.* **O**^{1}**RV**, *post* committebam *add.* a uia aberrarent **V**   8 illuc **M**^{2}**c**^{s}(*del.*)**O**^{2}**IA**^{2}**c**   14 gaudere te **M***corr.***mEOPV***Rom.*   te gaudere **M**^{1}**bdsIA**^{2}**c**   16 et *om.* **PIA**^{2}**c***Rom.*   *adscr.* turpitudinis imago **M***corr.***ds**   17 hunc mihi **EPRc**   mihi hunc **ΔO**^{2}**IA**^{2}*Rom.* mihi **O**^{1}**V**   20—21 uix deus. Iam equidem **Z**^{l} 22 cum] quomodo **V**   24 ut **VA**^{2}**c**   et **ΔEOPI***Rom.*

Q. Titini filium cum Caesare esse nuntiat, sed illum maiores mihi gratias agere quam uellem. quid autem me roget, paucis ille quidem uerbis sed ἐν δυνάμει, cognosce ex ipsius epistula. me miserum, quod tu non ualuisti! una fuissemus; consilium certe non defuisset: σύν τε δύ' ἐρχομένω —.

7 Sed acta ne agamus, reliqua paremus. me adhuc haec duo fefellerunt, initio spes compositionis, qua facta uolebam uti populari uita, sollicitudine senectutem nostram liberari; deinde bellum crudele et exitiosum suscipi a Pompeio intellegebam. melioris medius fidius ciuis et uiri putabam quouis supplicio adfici quam illi crudelitati non solum praeesse uerum etiam interesse. uidetur uel mori satius fuisse quam esse cum his. ad haec igitur cogita, mi Attice, uel potius excogita. quemuis euentum fortius feram quam hunc dolorem.

A

CAESAR IMP. S. D. CICERONI IMP.

Caesar Cum Furnium nostrum tantum uidissem neque loqui neque audire meo commodo potuissem, properarem atque essem in itinere praemissis iam legionibus, praeterire tamen non potui, quin et scriberem ad te et illum mitterem gratiasque agerem, etsi hoc et feci saepe et saepius mihi facturus uideor; ita de me mereris. in primis a te peto, quoniam

1 Q. **msO**^{2}*Rom.* qu(a)e **MbdEP** qui **VIA**^{2}**c** 2 agere gratias **m** *Rom.* 3 *adscr.* in potentia *et u.* 5 simul duo euntes **M***corr.***ds** 5 certe] forte **E** *Hom. Il.* X 224 7 miti ospes **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} compositiones **M**^{1}**OV** 8 uti populari uita *Bosius*: ut populari ut (et **V**) ea **ΔEOPVIA**^{2}**c***Rom.* liberarem **V** liberare *Bootius, alii* 11 quam . . . fuisse *om.* **P** 12 uidebatur **IA**^{2}**c**, *corr.* **C** 15 Vale *add.***IA**^{2}**c***Rom.*

EP. VI A *deest in* **E** 17 Imp. *uel* imperator; s., sal., salutem; d., dicit *codd.* *uariant eodem fere modo in inscriptionibus* IX 7, A; B; C; 11 A; 13 A; 15, 6; 16, 2; X 8 A; B, *al. ll., quod non amplius notabitur* C. CAESAR M. T. CICERONI. S. **A**^{2}**c** C. Cesar Imp. M. Tul. Ciceroni Imperatori S. p. d. *Rom.* *om.* **I** 19 meo **Z**^{bl}*Rom.* me **ΔOPV***codd. Mal.* **IA**^{2}**c** commode **OPVIA**^{2}**c** 22 et feci **M**^{4} effeci **O**^{1}**PC** effecit **M**^{1} feci **V** officium **M**^{2}(*del.*)**bdmsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* saepius] saepe **c** *errore typographico*

confido me celeriter ad urbem uenturum, ut te ibi uideam, *Caesar* ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim. ad propositum reuertar; festinationi meae breuitatique litterarum ignosces. reliqua ex Furnio cognosces.

VII

CICERO ATTICO SAL.

Scripseram ad te epistulam, quam darem IIII Idus; 1
sed eo die is, cui dare uolueram, non est profectus. uenit autem eo ipso die ille celeripes, quem Saluius dixerat. attulit uberrimas tuas litteras, quae mihi quiddam quasi animulae instillarunt; recreatum enim me non queo dicere. sed plane τὸ συνέχον effecisti; ego enim non iam id ago, mihi crede, ut prosperos exitus consequar. sic enim uideo, nec duobus his uiuis nec hoc uno nos umquam rem p. habituros. ita neque de otio nostro spero iam nec ullam acerbitatem recuso. unum illud extimescebam, ne quid turpiter facerem uel dicam iam [ef]fecissem.

Sic ergo habeto, salutares te mihi litteras misisse, 2
neque solum has longiores, quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius, sed etiam illas breuiores, in quibus hoc mihi iucundissimum fuit, consilium factumque nostrum

4 reliqua . . . cognosces *om.* **M**^{1}**P**, *add.* **M**^{2} Vale *add.* **PIA**^{2}**c***Rom.* Vale mi Cicero **V** *in inscr. sequ:is ep. desinit* **V**

EP. VII. *Deest usque ad* effecisti *u.* 12 **E** 7 darem **sA**^{2}**c** parem **MbdmOPI***Rom.* 8 eo die is] eos dies **Mbdm***Rom.* 9 celeriter pes **Z**^{l} 10 tuas epl'as litteras *media uoce deleta* **M** quasi animulae instillarunt *Lambinus* (stillarunt *Baiterus*): quastant mutaet estiliarunt **Z**^{l} qua stant mutae testiliarunt **Z**^{b} qua (quasi s) stant muta est illi arunt **ΔO**^{2}*Rom.* (*sed* aiunt **bsO**^{2}*Rom.*) qua stant enim muta (in uita **P**) est illi aiunt **O**^{1}**PR** qua stant mutae stillarunt **I** quo starem instillarunt **A**^{2}**c** *cfr Funckius Arch. Woelffl.* IV *p.* 72 12 *adscr.* continens **M***corr.* **ds** (-nter **s**) efficisti **M** ego] *accedit* (*om.* enim) **E** 14 uno non sum quam **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 15 prospero **M**^{1} 17 fecissem **E** effecissem **ΔOPIA**^{2}**c***Rom.* ne fecissem *Schmidtius l. l. p.* 148 18 salutares **EO**^{1}**P** salutaris **ΔO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* (-reis **A**^{2}**c**) 19 longioris **MmI***Rom.* 20 breuioris **Δ***Rom.* in quibus . . . scio *p.* 16, 2 *om.* **E**

a Sexto probari, pergratumque mihi tu fecisti, ** a quo et diligi me et, quid rectum sit, intellegi scio. longior uero tua epistula non me solum sed meos omnes aegritudine leuauit. itaque utar tuo consilio et ero in Formiano, ne aut ad urbem ἀπάντησις mea animaduertatur aut, si nec
3 hic nec illic eum uidero, deuitatum se a me putet. quod autem suades, ut ab eo petam, ut mihi concedat, ut idem tribuam Pompeio, quod ipsi tribuerim, id me iam pridem agere intelleges ex litteris Balbi et Oppi, quarum exempla tibi misi. misi etiam Caesaris ad eos sana mente scriptas litteras, quo modo in tanta insania. sin mihi Caesar hoc non concedat, uideo tibi placere illud, me πολίτευμα de pace suscipere; in quo non extimesco periculum — cum enim tot impendeant, cur non honestissimo depecisci uelim? — sed uereor, ne Pompeio quid oneris imponam,

μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου

intorqueat. mirandum enim in modum Cn. noster Sullani regni similitudinem concupiuit. εἰδώς σοι λέγω. nihil ille umquam minus obscure tulit. cum hocne igitur, inquies, esse uis? beneficium sequor, mihi crede, non causam, ut
4 in Milone, ut in . . . sed hactenus. causa igitur non bona est? immo optima, sed agetur, memento, foedissime. primum

1 quod me de eius iudicio certiorem fecisti *suppl. Lehmannus Quaest. Tull. p.* 50 *cfr* IX 10, 10; XV 13, 3; *ep.* XIV 8 et **FOPR***Ant.* *om.* **ΔIA**^{2}**c** *Rom.* 3 tua *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2} 4 ut utar **M**^{1} 5 *adscr.* obuiatio **M** *corr.***ds** 9 exemplum **m***Rom.* 10 sane **M**^{1} 11 litteras *om.* **M**^{1}, *uulg.*, *add.* **M**^{2}, *rell.* *cfr* IX 16, 1 12 illud placere **IA**^{2} *adscr.* administrationem publicam **M***corr.***ds** 14 depecisci *Ant. et aliquot codd. Mal.* **C** depacisci **MmOPIA**^{2}**c***Rom.* depasci **bds** adipicisci **E** 16 ΠЄΛΩΠΟΥ **M**^{1} ιΟΗЄΛΙΩΠΟΥ *omissis* μή . . . δεινο **P** *Hom. Od.* XI 634 *adscr.* ne mihi gorgoneum caput terribilis ingentis *et u.* 18 sciens tibi dico **M***corr.***ds** 17 Sullani **A**^{2} Syllani (Sill-) *rell.* *cfr p.* 22, 4 18 εἰδώς σοι λέγω (*litt. mai. aut min.*) **ΔOPC** (*sed* ΛЄΠΩ **M**^{1}**P**) εἰδόσϊ λέγω **A**^{2}**c***Rom.* (-ωσϊ *Rom.*) 19 hoc ne **MbdmEOPIA**^{2}**c***Rom.* hoc **s** hocine *alii* *cfr Neue-Wag. 'Formenlehre'* II *p.* 422 inquies] inquis **bd** illud inquies **OP** 21 *prius* in *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2} *post.* in] in M. **IA**^{2}**c** 22 *sq.* consilium primum **IA**^{2}**c**

consilium est suffocare urbem et Italiam fame, deinde agros uastare, urere, pecuniis locupletum ⟨non⟩ abstinere. sed cum eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non sit, rectius putem quiduis domi perpeti. sed ita meruisse illum de me puto, ut ἀχαριστίας crimen subire non audeam; quamquam a te eius quoque rei iusta defensio est explicata.

De triumpho tibi adsentior, quem quidem totum facile 5
et libenter abiecero. egregie probo fore ut, dum agamus, ὁ πλόος ὡραῖος obrepat. si modo, inquis, satis ille erit firmus. est firmior etiam, quam putabamus; de isto licet bene speres. promitto tibi, si ualebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. tene igitur socio? contra mehercule meum iudicium et contra omnium antiquorum auctoritatem, nec tam ut illa adiuuem, quam[quam] ut haec ne uideam, cupio discedere. nol[u]i enim putare tolerabilis horum insanias nec unius modi fore. etsi quid te horum fugit, legibus, iudiciis, senatu sublato, libidines, audacias, sumptus, egestates tot egentissimorum hominum nec priuatas posse res nec rem p. sustinere? abeamus igitur inde qualibet nauigatione; etsi id quidem, ut tibi uidebitur, sed certe abeamus. sciemus enim, id quod exspectas, quid Brundisi actum sit.

Bonis uiris quod ais probari, quae adhuc fecerimus, 6
scirique ab iis non profectos, ualde gaudeo, si est nunc

2 locupletium **E** *cfr* VII 7, 7 non **IA**^{2}**c** *om.* **ΔEOP***Rom.* *cfr* *p.* 10,8 pecunias . . . abstrahere **P** 3 illinc] illi **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} illi ne **P** 4 sed tamen ruisse **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 5 *adscr.* ingratitudinis **M***corr.***ds** 6 est *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2} explicata. de **msEO**^{1}(?)**P**, *plerique codd. Mal., Rom.* explicita. de **M**^{2}**bdO**^{2}**IA**^{2}**c** explicit ade **M**^{1} 8 libenter **EOPIA**^{2}**c** *Rom.* lubenter **Δ** egregie . . . putabamus *u.* 10 *om.* **E** uagamur *Malaspina* *cfr Schmidtius l. l. p.* 149 9 ΟΠaΟΟC **M**^{1}**PR** (-ΟΟ **PR**) ὅπως **M***corr.***bdmsA**^{2}**c***Rom.* *adscr.* ut honestus **M***corr.***ds** *cfr Anth. Pal.* X 1 11 Italiam **M**^{1}**dm** 13 nec . . . discedere *om.* **E** ut illa **sA**^{2}**c***Rom.* utilia *rell.* 14 quam **A**^{2}**c** quamquam **MbdOPI** quam quod **ms***Rom.* 15 noli **PIA**^{2}**c** nolui **ΔEOR***Rom.* enim] eum **m***Rom.* tolerabiles **EA**^{2}**c** 16 iudicibus *ante* iudiciis *add. Klotzius* 19 inde] uide **M**^{1}, *corr.***M**^{2}**c**^{s} 23 scirique . . . profectos *om.* **E** nos *ante* non *add. Bosius* *cfr* IV 16, 5; VI 8, 2; *ep.* I 10; II 17, 6; XI 12, 2 *al.* profectos **FPZ**^{b} profectis **ΔO**^{2}(?)**RIA**^{2}**c***Rom.* (*sed* prae- **bd**)

2 *Sjögren*

ullus gaudendi locus. de Lentulo inuestigabo diligentius. id mandaui Philotimo, homini forti ac nimium optimati.

7 Extremum est, ut tibi argumentum ad scribendum fortasse iam desit. nec enim alia de re nunc ulla scribi potest, et de hac quid iam amplius inueniri potest? sed quoniam et ingenium suppeditat — dico mehercule, ut sentio — et amor, quo et meum ingenium incitatur, perge, ut facis, et scribe, quantum potest.

In Epirum quod me non inuitas, comitem non molestum, subirascor. sed uale. nam ut tibi ambulandum, ungendum, sic mihi dormiendum. etenim litterae tuae mihi somnum attulerunt.

A

BALBVS ET OPPIVS S. D. M. CICERONI

Balbus et Oppius 1 Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum uirorum consilia ex euentu, non ex uoluntate a plerisque probari solent. tamen freti tua humanitate, quod uerissimum nobis uidebitur, de eo, quod ad nos scripsisti, tibi consilium dabimus. quod si non fuerit prudens, at certe ab optima fide et optimo animo proficiscetur.

Nos ⟨si⟩ id, quod nostro iudicio Caesarem facere oportere existimamus, ut simul Romam uenerit agat de recon-

4 iam fortasse **bds** 7 amor] trahor **M**^{2}l'(*del.*)**O**^{2} meum *om.* **m***Rom.* 8 potest **Z**^{1} potes **ΔEOPIA**^{2}**c***Rom.* *cfr* IV 13, 1; *Comm. Tull. p.* 165 11 et ungendum **IA**^{2}**c** ut enim **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 12 Cura ut ualeas *add.* **P**, Vale **I** *sequitur in codd. et uett. edd. ep.* VIII Cenantibus *eqs. et quidem uno tenore in* **Δ***Rom.*, *noua ep. in* **EOPRIA**^{2}**c**; *post ep.* VIII *epistulae Caesaris, Balbi, Balbi et Oppi; transpos. recc. edd.* *cfr p.* 20, 3 *sq.*

EP. VII A. *Cfr ad p.* 14, 17 14 Appius **P** L. COR. BAL. ET C. OPPIVS M. T. CICERONI S. **A**^{2}**c** C. Cornelius Balbus et Oppius M. Tul. Ciceroni Imp. S. p. d. *Rom.* *om.* **I** Ciceroni. Nedum] Cicero meum | meum **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}c^{S} (*nota deleta*) *cfr Compernassius Glotta* VI (*a.* 1915) *p.* 164 16 uirorum *om.* **bs** consilia non ex *media uoce deleta* **M** 17 solent *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2} 20 ab *om.* **M**^{1} 21 nos si id *Tunstallus et Kochius Mus. Rh.* XII (*a.* 1857) *p.* 275: nos id **M**^{1}**O**^{2}**PR** nos id id **O**^{1} nisi **M**^{2}l'(*del.*)**bdmsE***Rom.* nos nisi id **IA**^{2}**c**

Balbus et Oppius

ciliatione gratiae suae et Pompei, id eum facturum ex ipso cognouissemus, ⟨non desissemus⟩ te hortari, ut uelles iis rebus interesse, quo facilius et maiore cum dignitate per te, qui utrique es coniunctus, res tota confieret; aut, si ex contrario putaremus Caesarem id non facturum et etiam uelle cum Pompeio bellum gerere sciremus, numquam tibi suaderemus contra hominem optime de te meritum arma ferres, sicuti te semper orauimus, ne contra Caesarem pugnares. sed cum etiam nunc, quid facturus Caesar sit, 2
magis opinari quam scire ⟨possimus,⟩ non possumus nisi hoc, non uideri eam tuam esse dignitatem neque fidem omnibus cognitam, ut contra alterutrum, cum utrique sis maxime necessarius, arma feras, et hoc non dubitamus quin Caesar pro sua humanitate maxime sit probaturus. nos tamen, si tibi uidebitur, ad Caesarem scribemus, ut nos certiores faciat, quid hac re acturus sit. a quo si erit nobis rescriptum, statim quae sentiamus ad te scribemus et tibi fidem faciemus nos ea suadere, quae nobis uidentur tuae dignitati, non Caesaris actioni esse utilissima; et hoc Caesarem pro sua indulgentia in suos probaturum putamus.

1 id eum] deum **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}c^S id enim **bds** 2 non desissemus *add. Tyrr.-Purs.* desineremus *post* hortari *add.* **A**^{2}**c** (non desineremus *Maduigius ap. Wesenb. l. l. p.* 116) *om.* **ΔEOPI***Rom.* 3 inter se *et u.* 4 cui **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}c^S 4 conficeretur **P** *cfr* VIII 15 A, 3 5 et etiam **E** et te **M**^{1} et eum **M**^{2}**bdmsIA**^{2}**c***Rom.* et etiam eum **P** et eum alias eum **O** (*sed prius* eum *in ras.* **O**^{2}, alias eum *expunctum*) et etiam alias eum **R** 9 nunc quid] nunquid **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} quid **s** 10 possimus non possumus *uulg. duce* **A**^{2}: non possumus **ΔEOP***Rom.* (*sed* nos **s**) possumus **I** possimus **A**^{2}**c** magis sit opinari q. s., non possumus *Hellmuthius Üb. d. Sprache der Epistologr. Galba u. Balbus* (*Progr. Wurzeb. a.* 1888) *p.* 49 *etiam* scribere *ante* non *add. Wesenb. l. l. p.* 116 16 in hac re **PA**^{2}**c** hac re *post* nos **ms***Rom.*(*sed* hac de re **s***Rom.*) *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 17 quae] quod **P** cum **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} sentiamus **M**^{1}**EOPR** sentiemus **M**^{2}**bdmsIA**^{2}**c***Rom., uulg.* 18 subdere **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 19 utilitati **m***Rom.* non *ex* nos **M** actioni **ΔEOC***Rom.* rationi **PIA**^{2}**c** utilissima *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2} 20 dilligentia **E** in nos **mA**^{2}**c***Rom.* fac ut ualeas *add.* **P**, Vale **IA**^{2}**c***Rom.*

B

BALBVS CICERONI IMP. SAL.

Balbus 1 S. u. b. Postea quam litteras communes cum Oppio ad te dedi, ab Caesare epistulam accepi, cuius exemplum tibi misi. ex quibus perspicere poteris, quam cupiat concordiam et Pompeium reconciliare et quam remotus sit ab omni crudelitate; quod eum sentire, ut debeo, ualde gaudeo. de te et tua fide et pietate idem mehercule, mi Cicero, sentio quod tu, non posse tuam famam et officium sustinere, ut contra eum arma feras, a quo tantum
2 beneficium te accepisse praedices. Caesarem hoc idem probaturum exploratum pro singulari eius humanitate habeo eique cumulatissime satis facturum te certe scio, cum nullam partem belli contra eum suscipias neque socius eius aduersariis fueris. atque hoc non solum in te, tali et tanto uiro, satis habebit sed etiam mihi ipse sua concessit uoluntate, ne in iis castris essem, quae contra Lentulum aut Pompeium futura essent, quorum beneficia maxima haberem, sibique satis esse dixit, si togatus urbana officia sibi praestitissem, quae etiam illis, si uellem, praestare possem. itaque nunc Romae omnia negotia Lentuli procuro, sustineo, meumque officium, fidem, pietatem iis praesto. sed mehercule rursus iam abiectam compositionis spem

EP. VII B. 2 L. COR(NELIVS) BALB(VS) M. T. CICERONI S. **A²c** C. Cornelius Balbus M. Tul. Ciceroni Impera. S. p. d. *Rom.* *inscr. om.* **I** *cfr ad p.* 14, 17 3 S. u. b. *Rivius* (*sed* b. e.): Sub **ΔEOP***codd. Mal.***IA²c***Rom.* *cfr* VIII 11 C 4 accepi cuius] accepimus **M¹**, *corr.* **M²** 5 ex quibus *etiam* **A²** prospicere **P** 6 et] ut **M¹** Pompei **M¹**, *corr.* **M²** concordiam suam et Pompei *Wesenb. l. l., recc. edd. coll. p.* 19, 1; *cfr p.* 21, 21 *sq.* 9 quod tu] te **P** 11 beneficii **c**, *corr.* **C** te] et **M¹** 12 exprobatum **M¹E**, *corr.* **M²c⁸** eius singulari **m***Rom.* 13 certo **sO²**, *Manutius* 14 sociis eius aduersarius **M¹** 16 ipse *om.* **m***Rom.* 17 uoluntate **M¹**(?)**M** *iterum corr.* **bdmsEOP** *codd. Mal.* **C***Rom.* bonitate **M***corr.***IA²c** 20 illis uellem praestare, si possem **A²c**, *corr.* **C** 23 iam *Malaspina*: tam **ΔEOP***Ant.***IA²c***Rom.* *cfr* X 8, 9

non desperatissimam esse puto, quoniam Caesar est ea *Balbus*
mente, quam optare debemus.

Hac re mihi placet, si tibi uidetur, te ad eum scribere et ab eo praesidium petere, ut petisti a Pompeio, me quidem adprobante, temporibus Milonianis. praestabo, si Caesarem bene noui, eum prius tuae dignitatis quam suae utilitatis rationem habiturum.

Haec quam prudenter tibi scribam, nescio, sed illud 3
certe scio, me ab singulari amore ac beneuolentia, quaecumque scribo, tibi scribere, quod te — ita incolumi Caesare moriar! — tanti facio, ut paucos aeque ac te caros habeam. de hac re cum aliquid constitueris, uelim mihi scribas. nam non mediocriter laboro, utrique, ut uis, tuam beneuolentiam praestare possis; quam mehercule te praestaturum confido. fac ualeas.

C

CAESAR OPPIO, CORNELIO SAL.

Gaudeo mehercule uos significare litteris, quam ualde 1 *Caesar*
probetis ea, quae apud Corfinium sunt gesta. consilio uestro utar libenter et hoc libentius, quod mea sponte facere constitueram, ut quam lenissimum me praeberem et Pompeium darem operam ut reconciliarem. temptemus, hoc modo si

1 desperantissimam **MP** 2 quam **ΔEO***Rom.* qua **O**^{1}(?)**PRIA**^{2}**c** *lineolam nasalem in* **M** *uidetur* **M***corr. potius quam* **M**^{1} *addidisse* *cfr* X 8, 7 4 petisti **EOPIA**^{2}**c** petiisti **Δ***Rom.* 5 Miluuonianis **M** 6 quam suae utilitatis *om.* **m***Rom.* 8 tibi . . . scio *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2} 9 scio] scribo **bd** ac **EO**^{1}**PIA**^{2}**c** et *Rom.* *om.* **ΔO**^{2}, *fort. recte* *cfr Eran.* XVI (*a.* 1916) *p.* 33 10 ita] iam **bds** c(a)esari **MbdO**^{2} 12 haberem **M**^{1} 13 ut *ante* utrique *add. Manutius, fort. recte* 14 te *om.* **M**^{1} prestaturus **M**^{1} 15 fac ut ualeas **bdsPR**

EP. VII C. *Exstat haec ep. in Petrarchae Vita Caesaris* XX 43 *cfr Lehmannus De Cic:is ad Att. epp. p.* 166 *sq.* Caesar . . . sal.] Ci. Balbo et Otthoni **P** C. CAESAR C. OPPIO ET L. CORNELIO BALBO S. **A**^{2}**c** C. Cesar Oppio Cornelio S. p. d. *Rom.* *om.* **I** *cfr p.* 14, 17 20 lubenter **O** hoc] eo **P** lubentius **MmO** 22 tentemus **MbdmIA**^{2}**c**

Caesar possimus omnium uoluntates recuperare et diuturna uictoria uti, quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt neque uictoriam diutius tenere praeter unum L. Sullam, quem imitaturus non sum. haec noua sit ratio uincendi, ut misericordia et liberalitate nos muniamus. id quem ad modum fieri possit, non nulla mihi in mentem ueniunt et multa reperiri possunt. de his rebus rogo uos ut cogitationem suscipiatis.

2 N. Magium, Pompei praefectum, deprehendi. scilicet meo instituto usus sum et eum statim missum feci. iam duo praefecti partium Pompei in meam potestatem uenerunt et a me missi sunt. si uolent grati esse, debebunt Pompeium hortari, ut malit mihi esse amicus quam iis, qui et illi et mihi semper fuerunt inimicissimi; quorum artificiis effectum est, ut res p. in hunc statum perueniret.

VIII

CICERO ATTICO SAL.

1 Cenantibus ii Id. nobis, ac noctu quidem, Statius a te epistulam breuem attulit. de L. Torquato quod quaeris,

1 possimus *Petrarcha et Lambinus*: possumus **ΔEOPI**A^2**c***Rom.* *cfr Muell. ad h. l.* 2 quoniam] quando **I**A^2**c** 4 Sullam **A**^{2} Sillam *aut* Syllam *rell.* *talia non amplius notabo* 5 uincendum ut **M**^{1} munimus **M**^{1} id quem] eo cum **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} id enim quem **A**^{2}**c** 6 mihi] mi **M**^{1} *om. Rom.* 8 suscipiatis] suspici illis **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 9 N. **MER** CN. (Cn.) **dmsO**A^2c*Rom.* GN. **P** Gneum **b** Heluium **I** *cfr Plut. Pomp.* 63 Magium **mEI**A^2c*Rom.* magnum **MbdsO** magni **P** *cfr* IX 13, 8; 13 A, 1 pompeium **M**^{1}**bd** praefectum . . . Pompei *u.* 11 *om.* **E**^{1} scilicet **E**^{2}**O**^{1}**PR** (sed **E**^{2}?) scilicet et **Δ**O^2*Rom.* sed et **I**A^2**c** (scilicet *in marg.* **C** *nota ante* sed *posita*) 11 partium **E**^{2}**OPRI**, *Petr.* fabrum **Δ**A^2c*Rom.*, *uulg.* *cfr Lehmannus l. l., Schmidtius Mus. Rh.* LII (*a.* 1897) *p.* 149 *sqq.* 14 artificis **M**^{1} artificio **P** 15 peruenerit **E**^{2} Valete *add.* **I**, Vale **A**^{2}c*Rom.*

EP. VIII. *Cfr ad p.* 18, 12 18 ii **M***corr.***msEOP***Ant.***Z**^{l}**I** H ii **d** H ij **b** ·H·(*uel* ·ii·) d **M**^{1} prid(ie) **A**^{2}c*Rom.* *cfr ad* VI 8, 1 istatius (*ut uid.*) **M**^{1} 19 quod **EO**^{1}(?)**R***Ant.***C** quid **P** quod modo **Δ**O^2*Rom.* quid modo **I**A^2**c** (*sed* qui **A**^{2}**c**)

non modo Lucius sed etiam Aulus profectus est, † alter
multos. de Reatinorum corona quod scribis, moleste fero
in agro Sabino sementem fieri proscriptionis. senatores
multos esse Romae nos quoque audieramus. ecquid potes
dicere, cur exierint? in his locis opinio est coniectura magis 2
quam nuntio aut litteris Caesarem Formiis a. d. xi Kal. Apr.
fore. hic ego uellem habere Homeri illam Mineruam simulatam Mentori, cui dicerem:

Μέντορ, πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ προσπτύξομαι αὐτόν;

nullam rem umquam difficiliorem cogitaui; sed cogito tamen nec ero, ut in malis, imparatus. sed cura ut ualeas; puto enim diem tuum heri fuisse.

IX

CICERO ATTICO SAL.

Tris epistulas tuas accepi postridie Idus. erant autem 1
IIII, III, pridie Idus datae. igitur antiquissimae cuique primum respondebo.

Adsentio tibi, ut in Formiano potissimum commorer, etiam de supero mari, ⟨tem⟩ptaboque, ut antea ad te scripsi,

1 sed *om.* **C** Aulus **EO**[1](?)**PRC** maulus **M**[1] manlius **M**[2](*in summario*)**bdms** Mallius *Rom.* Paulus **M***corr.***O**[2]**IA**[2]**c** *ante* alter *excidisse* alter duos aliquos dies abest *uel simile quid suspicantur Tyrr.-Purs. alii alia temptarunt* alter multos] et alii multi **P** . alios multos **IA**[2]**c** 3 agros sabinos ementem **M**[1] Senatorum nullos **IA**[2]**c**, *corr.* **C** 4 ecquid] et quid **ΔEOPIA**[2]**c***Rom.* 6 formiis **bOPIA**[2]**c***Rom.* formis **MdmsE** *talia non semper notaui* 7 haberem **M**[1] *cfr* IX 12, 4 8 Mentoris **A**[2]**c**, *corr.* **C** 9 ΠΡΟΤΙΤΥΞΟΜΑΙ **MmPR** *Graeca om.* **bsE**, μέντορ *tantum habent* **M***corr.***d***Rom.* *adscr.* mentor **M***corr.***ds** *Hom. Od.* III 22
12 Vale *add. Rom.*

EP. IX. 15 tres **PR** postridie ... igitur *om.* **E** 16 IIII **I**, *Manutius*: illi **M**[1]**OPR** illic **b** ille **M***corr.***dms***Rom.* illae **A**[2]**c** III **MOPI** tres **bd** terti(a)e **msA**[2]**c***Rom.* 18 adsentior **PR** *cfr* VII 3, 3 commorer **PIA**[2]**c***Rom.* commorem **M**[1]**mEOR** commoremur **M**[2]**c**[S]**bds**
19 et iam **ΔOPIA**[2]**c***Rom.* etiam ... attingere *p.* 24, 2 *om.* **E** temptaboque *Nipperdeius Op. p.* 456: plaboque **ΔO***Ant.Rom.* postulaboque **PR** (?) praelabor **F** perlabor **IA**[2]**c** perlaboroque *Tyrr.-Purs.* *alii alia temptarunt*

ecquonam modo possim uoluntate eius nullam rei p. partem attingere. quod laudas, quia obliuisci me scripsi ante facta et delicta nostri amici, ego uero ita facio. quin ea ipsa, quae a[n]te commemorantur secus ab eo in me ipsum facta esse, non memini. tanto plus apud me ualet beneficii gratia quam iniuriae dolor. faciamus igitur, ut censes, colligamusque nos. σοφιστεύω enim, simul ut rus decurro, atque in decursu θέσεις meas commentari non desino. sed sunt quaedam earum perdifficiles ad iudicandum. de optimatibus sit sane ita, ut uis, sed nosti illud Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ.

Titini filius apud Caesarem est. quod autem quasi uereri uideris, ne mihi tua consilia displiceant, me uero nihil delectat aliud nisi consilium et litterae tuae. qua re fac, ut ostendis: ne destiteris ad me, quicquid tibi in mentem uenerit, scribere. nihil mihi potest esse gratius.

2 Venio ad alteram nunc epistulam. recte non credis de numero militum; ipso dimidio plus scripsit Clodia. falsum etiam de corruptis nauibus. quod consules laudas, ego quoque animum laudo, sed consilium reprehendo; dispersu

1 ecquonam *Lambinus*: et quonam **ΔOPIA^{2}c***Rom.* possim *Faërnus*: possem **ΔOPIA^{2}c***Rom.* uoluntate *Rom.* uoluntati **ΔOPIA^{2}c** 2 quod] *accedit* **E** 3 et dicta **IA^{2}c**, *corr.* **C** quin] quoniam **P** 4 a te *uulg.*: ante **ΔEOPIA^{2}c***Rom.* 5 ualet **EO^{1}PR** (-ent **O^1?R**) ualete **M^1** ualere **M^{2}bdmsO^{2}IA^{2}c***Rom.*, *uulg.* 6 gratia . . . dolor **EO^{1}PR** gratiam (-ia **O**) . . . dolorem **ΔO^{2}IA^{2}c***Rom.*, *uulg.* *post* dolorem *add.* uolo **M^2(?)bdms O^{2}IA^{2}c***Rom.*, *uulg.* *om.* **M^{1}O^{1}PR** uolo . . . iudicandum *u.* 9 *om.* **E** 7 colligamus qui **M^{1}dOPR** σοφιστεύω *Bosius*: festiuo **MdmOZ^{bl}I***Rom.* festino **bsPA^{2}c** *alterutrum codd. Mal.* simul ut rus *Bosius*: simili urus **Md**(?) **mORZ^1** *plerique codd. Mal. Rom.* simillimus **s**(-ili)**IA^{2}c** *sic aut* simulaturus *alii codd. Mal.* simili **b** *om.* **P** 8 at quo **s**, *aliquot codd. Mal.* in decursu *nonnulli codd. Mal.*, **Z^1** cursu **ΔOPIA^{2}c**, *alii codd. Mal.*, *Rom.* *adscr.* propositiones *et u.* 10 dionysius in corintho **M***corr.***ds** 12 TITIHI (-NI) **M^{1}EP** *om.* **O** 16 nihil mihi **EOP** mihi nihil **ΔIA^{2}c** *Rom.*, *uulg.* 18 militum] multum **M^1** 19 manibus **M^1** consules **M^2(?)bdmsEOPI***Rom.* consulem **M^1**(*ut uid.*)**C**, *Schmidtius l. l. p.* 151 Coss. **A^{2}c** *cfr Schicheus Jahresber. d. phil. Ver.* XXV (*a.* 1899) *p.* 355 20 sed *om.* **A^{2}c** dispersu **MbdmEOR**, *plerique codd. Mal., Rom.* dispersione **FPIA^{2}c** discessu **s**

enim illorum actio de pace sublata est, quam quidem ego meditabar. itaque postea Demetri librum de concordia tibi remisi et Philotimo dedi. nec uero dubito, quin exitiosum bellum impendeat; cuius initium ducetur a fame. et me tamen doleo non interesse huic bello! in quo tanta uis sceleris futura est, ut, cum parentes non alere nefarium sit, nostri principes antiquissimam et sanctissimam parentem, patriam, fame necandam putent. atque hoc non opinione timeo sed interfui sermonibus. omnis haec classis Alexandria, Colchis, Tyro, Sidone, Arado, Cypro, Pamphylia, Lycia, Rhodo, Chio, Byzantio, Lesbo, Smyrna, Mileto, Coo ad intercludendos commeatus Italiae et ad occupandas frumentarias prouincias comparatur. at quam ueniet iratus! et iis quidem maxime, qui eum maxime saluum uolebant, quasi relictus ab iis, quos reliquit. itaque mihi dubitanti, quid me facere par sit, permagnum pondus adfert beneuolentia erga illum; qua dempta perire melius esset in patria quam patriam seruando euertere. de septentrione plane ita est. metuo, ne uexetur Epirus. sed quem tu locum Graeciae non direptum iri putas? praedicat enim palam et militibus ostendit se largitione ipsa superiorem quam hunc fore. illud me praeclare admones, cum illum uidero, ne nimis indulgenter et ut cum grauitate potius loquar. plane sic faciendum. Arpinum, cum eum conuenero, cogito, ne forte aut absim, cum ueniet, aut cursem huc illuc uia deterrima. Bibulum, ut scribis, audio uenisse et redisse prid. Idus.

3 remisi et] remisit **M**^{1} 4 ducetur **EP** duceretur **ΔORIA**^{2}**c***Rom.* 8 putem **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{8} 9 sermonibus . . . Arado *om.* **bd** 10 Sidone (Sy-), Arado **mEI**, *Malaspina* (ex uetustis libris) Sidonea Rodo **M**^{1}, *corr.* -ne aro- sidone arodo **O** Sidone, Andro **A**^{2}**c***Rom.* Sidone **sP** 11 ʒmirna **M** smisrna **m** smyrna (smi-) *rell.* Zmyrna *alii* 13 comparatur *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2} at *Victorius*: ad **ΔEOPIA**^{2}**c***Rom.* ueniet **EPRIA**^{2}**c** uenit **Δ***Rom.* uenit & **O** erratus eas **M**^{1} iratus et iis (his) **M**^{2}, *rell.* 14 saluam **M**^{1} eam . . . saluam *Victorius* 18 septemptrione **M** 27 et . . . litterae *p.* 26, 3 *om.* **E** reddidisse **M**^{1}**P**, *corr.* **M**^{2}

3 Philotimum, ut ais epistula tertia, exspectabas. at ille Idibus a me profectus est. eo serius ad tuam illam epistulam, cui ego statim rescripseram, redditae sunt meae litterae. de Domitio, ut scribis, ita opinor esse, ut et in Cosano sit et consilium eius ignoretur. iste omnium turpissimus ac sordidissimus, qui consularia comitia a praetore ait haberi posse, est idem, qui semper in re p. fuit. itaque nimirum hoc illud est, quod Caesar scribit in ea epistula, cuius exemplum ad te misi, et se uelle uti consilio meo — age, esto; hoc commune est —; gratia — ineptum id quidem, sed, puto, id simulat ad quasdam senatorum sententias —; dignitate — fortasse sententia consularis —. illud extremum est: ope omnium rerum. id ego suspicari coepi tum ex tuis litteris aut hoc ipsum esse aut non multo secus. nam permagni eius interest rem ad interregnum non uenire. id adsequitur, si per praetorem consules creantur. nos autem in libris habemus non modo consules a praetore sed ne praetores quidem creari ius esse idque factum esse nusquam; consules eo non esse ius, quod maius imperium a minore rogari non sit ius, praetores autem, cum ita rogentur, ut collegae consulibus sint, quorum est maius imperium. aberit non longe, quin hoc a me decerni uelit neque sit contentus Galba, Scaeuola, Cassio, Antonio:

1 ais] aliis **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} *om.* **O**^{1}**R** ut ais *om.* **P** in epistula **Pc**, *alii; cfr* IX 16, 1; *Tusc. disp.* IV 2, 4 2 ad] tibi ad **O**^{1}**P** tuam illam] illam tuam **bdsP** tuam **IA**^{2}**c** 3 cui] qui **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} quoniam **O**^{1}**PR** 4 *accedit* **E** 5 ac **EO**^{1}**PR** et **ΔO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* 6 habere **M**^{1}**O**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 7 idem] ille **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} rem p. **P** 9 et se **ΔEOPR***Rom.* se **IA**^{2}**c**, *uulg.* et *pendens uidetur* 10 est] et **I** 11 id **EO**^{1}**PR** hoc **ΔO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom., uulg.* 12 *tradita retinui auctore Thörnellio amico* (sententia *scil.* mea, uiri consularis) sententia consulari *uel* -iae -ris *edd.**

illud **msPIA**^{2}**c***Rom.* illum **MbdEOR** 13 cepi tum **ms***Rom.* c(a)eptum **MbdEOP** coepi **IA**^{2}**c** 16 assequetur **sA**^{2}**c***Rom.* 19 numquam *Manutius, uulg. cfr pro Balb.* 15, 35 consules **sEPRI***Rom.* consulis **MbdmO** Coss. **A**^{2}**c** quod maius] quodam ius **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 20 a minore rogari **MEOPIA**^{2}**c** a minori creari **m***Rom.* rogari a minore **bd** creari a minore **s** cum ita] ita cum ita **M**^{1} quod ita *Lambinus, recc. edd.* 22 quin] cum **M**^{1} quin cum **bd**

τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών!

Sed quanta tempestas impendeat uides. qui transierint 4
senatores, scribam ad te, cum certum habebo. de re frumentaria recte intellegis, quae nullo modo administrari sine uectigalibus potest; nec sine causa et eos, qui circum illum sunt, omnia postulantes et bellum nefarium times. Trebatium nostrum, etsi, ut scribis, nihil bene sperat, tamen uidere sane uelim. quem fac horteris, ut properet; opportune enim ad me ante aduentum Caesaris uenerit. de Lanuuino statim, ut audiui Phameam mortuum, optaui, si modo esset futura res p., ut id aliquis emeret meorum, neque tamen de te, qui maxime meus, cogitaui; sciebam enim te quoto anno et quantum in solo solere quaerere, neque solum Romae sed etiam Deli tuum digamma uideram. uerum tamen ego illud, quamquam est bellum, minoris aestimo, quam aestimabatur Marcellino consule, cum ego istos hortulos propter domum antiquam, ⟨quam⟩ tum habe-

1 TЄTO **M^1PR** *Hom. Il.* IV 182 *adscr.* tunc mihi dehiscat ima (*superscr.* profunda **M***corr.*) tellus **M***corr.***ds** *cfr Verg. Aen.* IV 24 2 impediat **MbdmO^2***Rom.* 3 ru **M^1**, *corr.* **M^2**c^s 4 recte] rectum **m***Rom.* certe **P** administrare **M^1** 5 illum **M^1m^1EOPc** eum illum **M^2bdm^2sIA^2***Rom.* 6 nepharium **sP** 8 properet] propter et **M^1O**, *corr.* **M^2** oportune **ΔEP** 9 antea **M^1O** uenerit *om.* **M^1**, *add.* **M^2** de . . . noluit *p.* 28, 3 *om.* **E** Lanuuino **A^2c** Laminio **I** lanuino **P***Rom.* Ianuino (ia-) **ΔO** 10 Phameam **c** fameam **MdmIA^2** fame iam **s***Rom.* fame **P** famam **b** phamae iam **O^2** optaui si modo] optaui(s)simo **MdO** optatissimo **b** 11 aliquis emeret **O^1PRIA^2c** aliquid **ΔO^2***Rom.* 12 meus es *Lambinus, alii cfr* XII 6, 2; *Leo Plaut. Forsch.*[2] *p.* 285 sciebam enim te **Z^b** (?), *Corradus*: scribam enim de **ΔO^1P IA^2c***Rom.* (*sed* eum *pro* enim **ΔO^2***Rom.*) *cfr* VII 26, 3; VIII 6, 2; IX 10, 2 13 neque] non **IA^2c**, *corr.* **C** 14 Deli tuum **CZ^b** (*ut uid.*) delituum **FOPR***Ant.* (delli- **O**) deli tum **s** delitum **m***Rom.* delitium **MbdIA^2c** (dil- **bd**) dig (*sequ. spat.*) **P** diagramma *Malaspina* uiderem **A^2c** 16 extimo **MdsP** extimabatur **MdsP** (est- **M***corr.*) 17 antiquam quam tum **m^2s***Rom.* antiquam tum **Mbdm^1OPR** antiquam quam **IA^2c**

de his et sequentibus cfr Marshallus 'Cruces and Criticisms', Lond. 1886 *p.* 27 *sqq.*, *Lehmannus 'Berl. phil. Woch.'* IX (*a.* 1889) *p.* 1034 *sqq.*, *Gurlittus* XVIII (*a.* 1898) *p.* 347, *Tyrr.-Purs. ad l. ed.* II.

bam, iucundiores mihi fore putabam et minore impensa, quam si Tusculanum refecissem. uolui H S Q; egi per praedem ille daret ⟨t⟩anti, cum haberet uenale; noluit. sed nunc omnia ista iacere puto propter nummorum caritatem. mihi quidem erit aptissimum uel nobis potius, si tu emeris. sed eiusdem Antias caue contemnas; ualde est uenustum. quamquam mihi ista omnia iam addicta uastitati uidentur.

Respondi epistulis tribus, sed exspecto alias; nam me adhuc tuae litterae sustentarunt. d. Liberalibus.

X

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Nihil habebam, quod scriberem; neque enim noui quicquam audieram et ad tuas omnes rescripseram pridie. sed cum me aegritudo non solum somno priuaret uerum ne uigilare quidem sine summo dolore pateretur, tecum ut quasi loquerer, in quo uno acquiesco, hoc nescio quid nullo argumento proposito scribere institui.

2 Amens mihi fuisse a principio uideor et me una haec res torquet, quod non omnibus in rebus labentem uel potius ruentem Pompeium tamquam unus manipularis secutus sim.

1 iucundiores **A**^{2}**c** iocundioris (iuc-) *rell.* 2 uolui enim **bds** H **OPC** N *rell.* Q.] Qu. **I** et cum Q. **A**^{2}**c***Rom.* *de* Q. *pro* quingentis milibus *cfr Prisc.* III *p.* 407, 24 *K.* *cfr* IX 13, 6 H S Q ego per praedem illi dare *Marshallus* tanti, cum haberet uenale, noluit *Lehmannus* egi **ΔOPIA**^{2}**c***Rom.* predem **A**^{2}**c** predum *rell.* 3 tanti cum] antiquum **ΔOPIA**^{2}**c***Rom.* (-quam **b**) uenale **sA**^{2}**c***Rom.* uenare *rell.* sed . . . caritatem *et* quamquam *u.* 6 . . . sustentarunt **E**, *cetera om.* 4 ista omnia **E** minorum **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 6 eiusdem antias (-ci-) **O**^{1}**R** eiusdem (*sequ. spat.*) **P** eius dementias **ΔO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* 8 alias **M**^{2}**mEFOPIA**^{2}**c** *Rom.* tuas **M**^{1} tuas alias **bds** 9 *in uoce* sustentarunt *haec ep. desinit in* **msE**, *item* **IA**^{2}**c***Rom.*, *ubi* Vale *additur* *uno tenore ep.* IX *et* X **MbdO**^{1}**PR**, *sed ante* nihil Epl'a **M**^{4} *incipit* X *sic*: De liberalibus **M**^{4}**bdmsO**^{2}**PRIA**^{2}**c***Rom.*, *sed* d **M**, D **m**; O **E**

EP. X. 14 sompno **E** 18 a principio uideor **EOPR** uideor a principio **ΔIA**^{2}**c***Rom.* 20 manupularis **MO**^{2} secus **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s}

uidi hominem xiiii Kal. Febr. plenum formidinis. illo ipso die sensi, quid ageret. numquam mihi postea placuit nec umquam aliud in alio peccare destitit. nihil interim ad me scribere, nihil nisi fugam cogitare. quid quaeris? sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς alienantur, immunde, insulse, ⟨si⟩ inde[de]core fit, sic me illius fugae neglegentiaeque deformitas auertit ab amore; nihil enim dignum faciebat, qua re eius fugae comitem me adiungerem. nunc emergit amor, nunc desiderium ferre non possum, nunc mihi nihil libri, nihil litterae, nihil doctrina prodest. ita dies, noctes tamquam auis illa mare prospecto, euolare cupio. do, do poenas temeritatis meae. etsi quae fuit illa temeritas? quid feci non consideratissime? si enim nihil praeter fugam quaereretur, fugissem libentissime, sed genus belli crudelissimi et maximi, quod nondum uident homines quale futurum sit, perhorrui. quae minae municipiis, quae nominatim uiris bonis! quae denique omnibus, qui remansissent! quam crebro illud: S u l l a p o t u i t, e g o n o n p o t e r o? mihi autem haeserunt illa. male 3
Tarquinius, qui Porsennam, qui Octauium Mamilium contra

1 Kal. *om.* **M**^{1}**b**, *add.* **M**^{2} 3 in alio] malio **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} ex alio *Ernestius* 4 scribere *Corradus*: scire **ΔEOPI** scite **A**^{2}**c***Rom.* *cfr p.* 27, 12 5 *adscr.* in amoribus **M***corr.***ds** alienantur **ΔEOPR** *codd. Mal.* **IA**^{2}**c***Rom.* (-atur **bPR**) alienamur *Maduigius Adu. crit.* III *p.* 182 alienant *Victorius* immúnde, insulse, si índecore fit, sic *Gurlittus Ann. Burs.* XCVII (*a.* 1898) *p.* 49: immunde **ΔEOI***Rom.* in numide **P** immundae **A**^{2}**c**, *uulg.* insulis **MbdmEOPI** infulis **sA**^{2}**c***Rom.* insulsae *Vict., uulg.* unde decore **MbdmEOPI** nude (-dae **A**^{2}**c**) decore **sA**^{2}**c***Rom.* indecorae *Vict., uulg.* 6 fit sic **MbdmEOPI** (*sed* si **O**) sic **sA**^{2}**c***Rom., Vict., uulg.* si quid immunde, insulse, indecore fit, sic *Maduigius* *poetae uerba uidentur* 8 nunc (*ante* em.)] ni(c)hil **M**^{1}**mO**, *corr.* **M**^{3} (?) 10 dies noctes **P** die noctes **O**^{1}**R** die nocte est **M**^{1} dies et noctes **M**^{2}**bdmsEIA**^{2}**c** *Rom., uulg.* dies ac noctes **O**^{2} auis] *cfr Plat. ep.* VII 348 A 11 do do] dedo **sIA**^{2}**c***Rom.* do **O**^{1}**R** de **P** penis **PR** 12 quod **c** 16 nominatim *Victorius*: nomina etiam **M**^{1}**msEOPIA**^{2}**c** omina etiam **M**^{2}**c**^{s} omnia etiam **bd** noram etiam *Rom.* 19 Porsinam **M**^{1}**O**^{1} (?) Porsennam **M***corr., rell.* (*sed* -enam **OPA**^{2}**c***Rom.*) Octauium **PIA**^{2}**c***Rom.* Octauum **bdmsEO** Octauon **M**^{1}, -uun **M***corr.* Mamilium **OPRC** Manilium **ΔE***Rom.* Manlium **IA**^{2}**c** (Mau- **I**) concitauit *ante* contra *add.* *Lehm. Quaest. Tull. p.* 95

patriam, impie Coriolanus auxilium peti⟨i⟩t a Volscis; recte Themistocles, qui mori maluit, nefarius Hippias, Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit arma contra patriam ferens. at Sulla, at Marius, at Cinna recte, immo iure fortasse; sed quid eorum uictoria crudelius, quid funestius? huius belli genus fugi, et eo magis, quod crudeliora etiam cogitari et parari uidebam. me, quem non nulli conseruatorem istius urbis, quem parentem esse dixerunt, Getarum et Armeniorum et Colchorum copias ad eam adducere? me meis ciuibus famem, uastitatem inferre Italiae? hunc primum mortalem esse, deinde etiam multis modis posse exstingui cogitaram, urbem autem et populum nostrum seruandum ad immortalitatem, quantum in nobis esset, putabam, et tamen spes quaedam me obtentabat fore ut aliquid conueniret, potius quam aut hic tantum sceleris aut ille tantum flagitii admitteret. alia res nunc tota est, alia mens mea. sol, ut est in tua quadam epistula, excidisse mihi e mundo uidetur. ut aegroto, dum anima est, spes esse dicitur, sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non destiti. haec, haec me fefellerunt, et, ut uerum loquar, aetas iam a diuturnis laboribus deuexa ad otium domesticarum me rerum delectatione molliuit. nunc, si ue⟨l⟩ periculose experiundum erit, experiar certe, ut hinc auolem. ante oportuit

1 qui *ante* auxilium *add.* **A**^{2}**c***Rom.*, *uulg.*, *om.* **ΔEOPRI** petiit **A**^{2}**c** *Rom.* petit *rell.* 2 Pisistratusi **M**^{1} 3 Marthonia **MdOP** (-cho- **P**) 4 at ... et ... et **IA**^{2}**c** 6 crudeliora **sEO**^{1}**PRC** crudelior **Mbdm O**^{2} crudelius **IA**^{2}**c***Rom.* 7 uidebamus **M**^{1} 8 quem parentem **ΔA**^{2}**c** *Rom.* parentemque **EO**^{1}**PR** *om.* **I** 9 armentorum echoicorum **M**^{1} adduceret **M**^{1}**m** 10 hunc **M***corr.***P** nunc **ΔEORI** nunc me **A**^{2}**c***Rom.* 12 cogitaram **M**^{1}(*ut uid.*)**M**^{4}(?), *rell.* cogitabam **M***corr.* *uulg.* 14 obtentabat **ΔORIA**^{2}**c***Rom.*, *Schmidtius l. l. p.* 152 *sq.* obtemptabat **EP** (-ant **E**) sustentabat (*Lambinus*) *aut* oblectabat (*Moserus progr. Ulm. a.* 1841 *p.* 15 *sq.*) *alii cfr Jonas, 'Festschr. Friedlaender' p.* 156 ut *om.* **M**^{1} 16 flagitia **M**^{1} mens] meas **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 20 haec haec **EO**^{1}**Z**^{b} haec **ΔO**^{2}**PRIA**^{2}**c***Rom.* fellerunt **M** tam **M**^{1} 22 molliuit **M***corr.* **bdmsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* molliit **M**^{1} molluit (?) **E** molliunt **P** si uel periculose *Lambinus*: siue periculose **EO**^{1}**PRZ**^{l} siue periculo **MmO**^{2}*Rom.* sine periculo **bdsIA**^{2}**c** *cfr* X 1, 4 experiendum **OPR**

fortasse; sed ea, quae scripsisti, me tardarunt et auctoritas maxime tua.

Nam cum ad hunc locum uenissem, euolui uolumen 4
epistularum tuarum, quod ego ⟨sub⟩ signo habeo seruoque diligentissime. erat igitur in ea, quam x Kal. Febr. dederas, hoc modo: sed uideamus, et Cn. quid agat et illius rationes quorsum fluant. quod si iste Italiam relinquet, faciet omnino male et, ut ego existimo, ἀλογίστως, sed tum demum consilia nostra commutanda erunt. hoc scribis post diem quartum, quam ab urbe discessimus. deinde VIII Kal. Febr.: tantum modo Cn. noster ne, ut urbem ἀλογίστως reliquit, sic Italiam relinquat. eodem die das alteras litteras, quibus mihi consulenti planissime respondes; est enim sic: sed uenio ad consultationem tuam. si Cn. Italia cedit, in urbem redeundum puto; quae enim finis peregrinationis? hoc mihi plane haesit, et nunc ita uideo, infinitum bellum iunctum miserrima fuga, quam tu peregrinationem ὑποκορίζῃ. sequitur χρησμὸς VI ⟨Kal.⟩ Febr.: 5
ego, si Pompeius manet in Italia nec res ad pactionem uenit, longius bellum puto fore; sin Italiam relinquit, ad posterum bellum ἄσπονδον strui existimo. huius igitur belli ego particeps et socius et adiutor esse cogor, quod et ἄσπονδον est ⟨et⟩ cum ciuibus? deinde

1 scripsi *Graeuio duce alii sine causa* 3 uenisse me uolui **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 4 sub **A**^{2}c*Rom.* *om.* **ΔEOPI** 5 dederas *ex* -rat **M** 9 ΑΛΟΡΙCΤωC **M**^{1}**E** (*sed* -CIOC **E**) ΑΠΟΡΙCωC **PR** *adscr.* temere irrationabiliter **M***corr.*, irrationabiliter **ds**, *u.* 12 temere **M***corr.***ds** demum] denique **E** 10 quartum] IIII **E** *om.* **m***Rom.* 13 das] duas **M**^{1}**mO**^{2} *Rom.* 15 tuam] tunc **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} si .CN. (Cn.)] si .GN. **PR** sic H **M**^{1} sic .CN. **dm** si gneus **b** 16 quis **s** qui **IA**^{2}**c** enim] eius **m***Rom.* 19 ὑποκορίζῃ] ὑποκορίζων appellas **A**^{2}**c**, *corr.* **C** appellas **I** *adscr.* per diminutionem appellas *et* uaticinium **M***corr.***ds** XPICMOC **M**^{1}**EPR** Cal. **IA**^{2}**c** *om.* **ΔEOP***Rom.* 21 sin] si in **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 22 *adscr.* impacabile **M***corr.***ds**, *item infra* 23 *sq.* adiutores se **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 24 et *uulg.*: *om.* **ΔEOPIA**^{2}**c***Rom.* *cfr p.* 12, 3 *interrogandi notam posuit Muellerus, punctum alii*

VII Id. Febr., cum iam plura audires de Pompei consilio, concludis epistulam quandam hoc modo: ego quidem tibi* non sim auctor, si Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere; summo enim periculo faci⟨e⟩s nec rei p. proderis, cui quidem posterius poteris prodesse, si manseris. quem φιλόπατριν ac πολιτικὸν hominis prudentis et amici tali admonitu non moueret auc-
6 toritas? deinde III Id. Febr. iterum mihi respondes consulenti sic: quod quaeris a me fugamne † fidam an moram defendam utiliorem putem, ego uero in praesentia subitum discessum et praecipitem profectionem cum tibi tum ipsi Cn. inutilem et periculosam puto et satius esse existimo uos dispertitos et in speculis esse; sed medius fidius turpe nobis puto esse de fuga cogitare. hoc turpe Cn. noster biennio ante cogitauit; ita sullaturit animus eius et proscripturit iam diu. inde, ut opinor, cum tu ad me quaedam γενικώτερον scripsisses et ego mihi a te quaedam significari putassem,

1 VI **mO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* Id. Febr. **M***corr.***EOPIA**^{2}**c** Febr. Id. **Δ***Rom.* 3 non **M**^{1}**mOPIA**^{2}**c***Rom.* *om.* **M***corr.***bds**^{1}**E** *cfr ad p.* 10, 8 sum **A**^{2}**c** auctori **M**^{1}**O**, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} reliquit **P** 4 facies *Rom.* facis **ΔEOPIA**^{2}**c** 5 cui (quoi) *uulg.*: quod **ΔEOPIA**^{2}**c***Rom.* 6 ac **M**^{1}**EPc** καὶ **M***corr.***bdmsA**^{2}*Rom.* ac καὶ **O** *om.* **I** *adscr.* amatorem patriae et ciuilem **M***corr.***ds** 7 amici tali] amicicialis **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} mouerit (*ut uid.*) **E** 8 deindceps **M**^{1} *deleta* d *littera*; *inductis litteris* dceps *superscr.* de **M**^{2} deinceps **O**^{1}**R** deinde *rell.* 9 fugam ne fidam an moram defendam utiliorem putem **MbdEOPR** (*sed* fidam *fort. ex* fedam **M**; fidem **b**), *item* **msIA**^{2}**c***Rom.*, *sed* deserendam (*sic* **M***corr.*? **O**^{2}) fugamne infidam an moram offensam u. p. *Maduigius l. l.* fugamne defendam an moram u. p. *Otto Mus. Rh.* XLI (*a.* 1886) *p.* 371 (*ubi u. aliorum conamina*), *recc. edd.*; *cfr Muell. ad l.* 10 praesentiam **M**^{1} 13 uos] eos **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}l' dispertitos et **A**^{2}**c***Rom.* dispertim eos et **ΔEOPI** (-rsim **P**, -partim **O**) 14 turpem **M**^{1}**m** 16 sullaturit **A**^{2}**c** (sylla- **c**), *Quint. I. O.* VIII 3, 32 sullaturi **E** sillaturi **O**^{1}**PI** si illaturi **ΔO**^{2}*Rom.* proscripturit **A**^{2}**c** proscripturi **ΔEOPI***Rom.* iam *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2} 17 tu *om.* **IA**^{2} γενικώτερον *Victorius*: ΡЄΝΙΚωΤЄΡΟΝ **M**^{1}**EPR** (-ΟΤЄΡωΝ **P**) ἀρρενικώτερον **M***corr.***bdmsOA**^{2}**c** αρενικοτερον *Rom.* *adscr.* uirilius **M***corr.***ds** 18 scripsisse sed ego **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} quaedam *del. Schuetzius, alii* putas sed **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}

ut Italia cederem, detestaris hoc diligenter XI Kal. Mart.: ego uero nulla epistula significaui, si Cn. Italia cederet, ut tu una cederes, aut si significaui, non dico fui inconstans sed demens. in eadem epistula alio loco: nihil relinquitur nisi fuga; cui te socium neutique puto esse oportere nec umquam putaui. totam autem hanc deliberationem euoluis accuratius in lit- 7 teris VIII Kal. Mart. datis: si M'. Lepidus et L. Volcacius remanent, ⟨manen⟩dum puto, ita ut, si saluus sit Pompeius et constiterit alicubi, hanc νέκυιαν relinquas et te in certamine uinci cum illo facilius patiaris quam cum hoc in ea, quae perspicitur futura, colluuie regnare. multa disputas huic sententiae conuenientia; inde ad extremum: quid si, inquis, Lepidus et Volcacius discedunt? plane ἀπορῶ. quod euenerit igitur et quod egeris, id στερκτέον putabo. si tum dubitares, nunc certe non dubitas istis manentibus. deinde 8 in ipsa fuga v Kal. Mart.: interea non dubito, quin in Formiano mansurus sis; commodissime enim τὸ μέλλον ibi καραδοκήσεις. atque Kal. Mart., cum ille quintum iam diem Brundisi esset: tum poterimus deliberare, non scilicet integra re sed certe minus infracta,

3 si *om.* **MbdO** 6 neutique (ne utique) **ΔEOPRI***Rom.* neutiquam **A²c**, *uulg.*, *fort. recte* 8 datas **M¹** M'. *Graeuius*: M. **ΔO²IA²c** *Rom.* sin *pro* si M'. **EO¹PR** 9 remanent manendum **PIA²c** remanent dum **ΔEOR** remanent tum *Rom.* saluos **M¹** 10 alicube **Mdm** νεκυίαν **C** HЄKYЄIHA **M¹E** NЄKIЄINA **R** NЄKIΘHA (*ut uid.*) **P** ἢ ἐκεῖνα **M***corr.* **bdmsOA²c** ηεκεινα *Rom.* *adscr.* aut (uel **ds**) illa **M***corr.***ds** 11 in *om.* **bds** 13 sententie conuenientie conuenientia *media uoce inducta* **M** 14 quid. Si **M¹** Quid si **C** si **M***corr.*, *rell.* 15 descendunt **M¹C** distent **bs** *adscr.* dubito *et u.* 16 sequendum esse **M***corr.***ds** (*sed* est **d**, *om.* **s**) Quo deuenerit **M¹** 17 dubitaras (*Bosius*) *uel* -abas (*Ern.*) *uulg.*, *sed cfr Bonnetus, 'Rev. de Phil.'* XXX (*a.* 1906) *p.* 54 20 ibi *om.* **EIA²***Rom.* *adscr.* futurum *et* expectabis **M***corr.***ds** atque *Wesenb. Em. alt. p.* 117: ad **ΔEOPR***Rom.* ad VI **IA²c** *fort.* at *cfr p.* 25, 13 22 integra **bdmsPR***Rom.* in integra **MEOIA²c**

3 *Sjögren.*

quam si una proieceris te. deinde IIII Non. Mart., ὑπὸ τὴν διάλειψιν cum breuiter scriberes, tamen ponis hoc: cras scribam plura et ad omnia; hoc tamen dicam, non paenitere me consilii de tua mansione, et, quamquam magna sollicitudine, tamen, quia minus mali puto esse quam in illa profectione, maneo in sen-
9 tentia et gaudeo te mansisse. cum uero iam angerer et timerem, ne quid a me dedecoris esset admissum, III Non. Mart.: te tamen non esse una cum Pompeio non fero moleste; postea, si opus fuerit, non erit difficile, et illi, quoquo tempore fiet, erit ἀσμενιστόν. sed hoc ita dico, si hic, qua ratione initium fecit, eadem cetera aget, sincere, temperate, prudenter. ualde uidero et consideratius utilitati
10 nostrae consuluero. VII Id. Mart. scribis Peducaeo quoque nostro probari, quod quierim, cuius auctoritas multum apud me ualet.

His ego tuis scriptis me consolor, ut nihil a me adhuc delictum putem. tu modo auctoritatem tuam defendito; aduersus me nihil opus est, sed consciis eg⟨e⟩o aliis. ego, si nihil peccaui, reliqua tuebor. ad ea tute hortare et me omnino tua cogitatione adiuua. hic nihildum de reditu Caesaris audiebatur. ego his litteris hoc tamen profeci: perlegi omnes tuas et in eo acquieui.

1 una *om.* **m***Rom.* IIII **M***corr.***bdmsIA**^{2}**c***Rom.* illi **M**^{1}**EPR** ὑπὸ τὴν διάλειψιν *Gurlittus*: ΥΠΟΤΠαΠψΙΝ **M**^{1}**mPR** ὑπογραφὴν **C** ἐν ἀπολογίᾳ τινὶ **A**^{2}**c** Gr. **E** *om.* **bds***Rom.* *cfr p.* 3, 13 7 te mansisse. cum] tamen sis secum **M**^{1} 8 a] ad **M**^{1}**bdI** 9 te tamen **M***corr.*(*ut uid.*)**EOPR** tamen te **ΔIA**^{2}**c***Rom.* 11 ἄσμενον **A**^{2}**c**, *corr.* **C** (-μένιστον) *cfr ad p.* 5, 10 *adscr.* placidum **M***corr.*(*del.*)**ds**, rectissimum (?) **M**^{4} 13 agat **bds** 14 et *om.* **IA**^{2}**c**, *add.* **C** 16 multum] plurimum **bds**

20 opus est, sed consciis egeo aliis *Bosius*: opus esse conscius ego aliis **ΔEO**^{2}**PRIA**^{2}**c***Rom.*, *sed* consciis **EO**^{1}**PR**; esse *om.* **s**; *pro* conscius ego aliis *habet* consciis aliis **C** 21 tute] tu te **M***corr.***bd***Rom.* 22 de *om.* **M**^{1} 24 omnis **Mm***Rom.* Vale *add. Rom.*

XI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Lentulum nostrum scis Puteolis esse? quod cum e uia- 1
tore quodam esset auditum, qui se diceret eum in Appia uia, cum is paulum lecticam aperuisset, cognosse, etsi uix ueri simile, misi tamen Puteolos pueros, qui peruestigarent, et ad eum litteras. inuentus est uix in ⟨h⟩ortis suis ⟨se⟩ occultans litterasque mihi remisit mirifice gratias agens Caesari; de suo autem consilio C. Caecio mandata ad me dedisse. eum ego hodie exspectabam, id est XIII[I] Kal. Aprilis.

Venit etiam ad me Matius Quinquatribus, homo me- 2
hercule, ut mihi uisus est, temperatus et prudens; existimatus quidem est semper auctor otii. quam ille haec non probare mihi quidem uisus est, quam illam νέκυιαν, ut tu appellas, timere! huic ego in multo sermone epistulam ad me Caesaris ostendi, eam, cuius exemplum ad te antea misi, rogauique, ut interpretaretur, quid esset, quod ille scriberet, consilio meo se uti uelle, gratia, dignitate, ope rerum omnium. respondit se ⟨non dubitare⟩, quin et opem et gratiam meam ille ad pacificationem quaereret.

EP. XI. *Noua ep.* (*om. salut.*) **msE***Rom.*, *superiori uno tenore adiungunt* **MbdOPRIA^{2}c** 3 *interrogari censent Bootius, Wesenb. l. l.*, *affirmari alii* 5 uia *om.* **M^1**, *uulg.*, *add.* **M^2**, *rell.* *cfr* Appia uia *ad Q. fr.* I 1, 17; *pro Mil.* 6, 15; *in M. Ant.* VII 1, 1; Appia *ad Att.* VIII 16, 2; *pro Mil.* 6, 14 paululum **bs***Rom.* 6 *ante* uerisimile *add.* uidebatur *Rom.*, *post* u. **A^{2}c** 7 inuentus] sunt uentum **M^1**, *corr.* **M^2** inuentum **O^1** hortis **IA^{2}c***Rom.* ortis *codd. ut fere semper* se *uulg.*: *om.* **ΔEOPRIA^{2}c** *Rom.* *cfr* VIII 14, 3 9 Caecio *Manutius*: cetio (-cio) **ΔEO^{1}PR***Rom.* C(a)elio **O^{2}IA^{2}c** *cfr Schulzeus, 'Zur Gesch. lat. Eigenn.' p.* 75 10 XIII *Bosius*: XIIII **ΔEOPRIA^{2}c***Rom.* 14 auctor otii] auctoritati **M^{1}bd**, *corr.* **M^{2}l'** hoc **MmO^2***Rom.* 15 νεκύιαν **A^{2}c** ΝΕΚΕΙΑΝ **M^{1}EPR** νεκείαν **M***corr.***bdmsO**(-εῖ-)*Rom.* *adscr.* stragem **M***corr.***ds** 18 rogari que **M^1**, *corr.* **M^{2}c^s** 19 gratias **M^1** 20 ope rerum] opum **M^1**, *corr.* **M^2** respondit se] respondisse **M^{1}O^1**, *corr.* **M^2** non dubitare (*post* se) **M^{4}A^{2}c***Rom.*(*post* quaereret)**PI** *om.* **ΔEOR**

utinam in hac aliquod miseria rei p. πολιτικὸν opus efficere et nauare mihi liceat! Matius quidem et illum in ea sententia esse confidebat et se auctorem fore pollicebatur.

3 Pridie autem apud me Crassipes fuerat, qui se pridie Non. Mart. Brundisio profectum atque ibi Pompeium reliquisse dicebat, quod etiam qui VIII Id. illinc profecti erant nuntiabant; illa uero omnes, in quibus etiam Crassipes, qui ⟨pro sua⟩ prudentia potuit attendere, sermones minaces, inimicos optimatium, municipiorum hostes, meras proscriptiones, meros Sullas; quae Lucceium loqui, quae totam
4 Graeciam, quae uero Theophanem! et tamen omnis spes salutis in illis est, et ego excubo animo nec partem ullam capio quietis et, ut has pe⟨s⟩tis effugiam, cum dissimillimis nostri[s] esse cupio! quid enim tu illic Scipionem, quid Faustum, quid Libonem prae⟨ter⟩missurum ⟨s⟩celeris putas, quorum creditores conuenire dicuntur? quid eos autem, cum uicerint, in ciuis effecturos? quam uero μακροψυχίαν Cn.

1 in hac aliquod **MbdmEOPRI***Rom.* (-id **bd**) aliquod in hac **sA^{2}c**, *uulg. cfr Klotzius prooem. p.* XXVI *adscr.* ciuile **M***corr.***ds** 2 narrare **s** manere **I** 3 esse *om.* **M^1**, *add.* **M^2** pollicebantur **MO** *post h. u. add.* Cura ut ualeas *et a* Pridie *u.* 4 *nouam ep. incipiunt* **PRIA^{2}c** 4 Crasippus **M^1**, *corr.* **M^2** (*item u.* 7) Crassipus **Z^b** crassipedes **mO^1** 7 in quibus crassipes erat **bds** (er. cr. s) 8 pro sua prudentia potuit *Maduigius Adu. crit.* III *p.* 182 *sq.* (*om.* sua), *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 112: prudentia potius **ΔEOPRIA^{2}c***Rom.* minaces . . . hostes **EPR** minacis . . . hostis **ΔO***codd.Mal.Rom.* minacis . . . hostes **I** minaceis . . . hosteis **A^{2}c** 12 in illis est salutis **bds** pacem **m***Rom.* 13 et ut . . . salutaria *p.* 37, 4 *om.* **E** has pestis *Rom.* has petis **ΔO** aspectis **R** expetis **P** aspectus **IA^{2}c** 14 nostri *Manutius*: nostris **ΔOPRIA^{2}c** *Rom.* illic **OPR***Ant.Rom.* illuc **ΔIA^{2}c** quid] quidem **M^1**, *corr.* **M^{2}c^S** 15 Faustum **C** austum **M^1** Castum **P** enustum **R** Emastium **M^{2}c^{S}bdms***Rom.* (-strum **bd**) Emagium **IA^{2}c** praetermissurum **M***corr.***sA^{2}c** *Rom.* pr(a)emissurum **M^{1}bdmOPRI** (pro- **I**) sceleris **M***corr.***m^{2}sIA^{2}c***Rom.* celeris **M^{1}bdm^{1}OPR** 17 ciues **A^{2}c** putas *etiam post* effecturos **ms***Rom.*, *post* uero **A^{2}c** μακροφυχίαν **ΔOPRC***Rom.* μικροψυχίαν **A^{2}c**, *alii adscr.* longanimitatem *et p.* 37, 1 felicem **M***corr.***ds** Cn.] nec **ΔI***Rom.* nec enim **PR** nam **O** nunc **A^{2}c** Gnaei *Victorius*

nostri esse? nuntiant Aegyptum et Arabiam εὐδαίμονα et Μεσοποταμίαν cogitare, [in] Hispaniam abiecisse. monstra narrant, quae falsa esse possunt; sed certe et haec perdita sunt et illa non salutaria.

Tuas litteras iam desidero. post fugam nostram numquam iam tantum earum interuallum fuit. misi ad te exemplum litterarum mearum ad Caesarem, quibus me aliquid profecturum puto.

A

CICERO IMP. S. D. CAESARI IMP.

Ut legi tuas litteras, quas a Furnio nostro acceperam, 1
quibus mecum agebas, ut ad urbem essem, te uelle uti consilio et dignitate mea minus sum admiratus; de gratia et de ope quid significares mecum ipse quaerebam, spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac singulari sapientia de otio, de pace, de concordia ciuium agi uelle arbitrarer, et ad eam rationem existimabam satis aptam esse et naturam et personam meam. quod si ita est et si qua de Pompeio nostro tuendo 2
et tibi ac rei p. reconciliando cura te attingit, magis idoneum, quam ego sum, ad eam causam profecto reperies

1 ЄΓaMMON **M**[1] 1–2 & · μεσοποταμίαν *antiqui codd. Bosi* et MЄCO-ΠOTaMHaν **P** et (*sequ. spat.*) **O** et Mesopotamiam **c** *om.* **ΔRIA**[2]*Rom.* 2 in **MmsOPRI***Rom.* in arabia **bd** *om.* **A**[2]**c** iam *Wesenb.* *fort.* iter in *cfr p.* 53, 5 3 prodita **M**[2]*al'.* uel perdita **bd**[1] *suprascr.* l' pro **d**[2] praedita **O** 4 Vale *add.* **PRIA**[2]**c** 5 Tuas] *accedit* **E** *noua ep.* **PR** 6 tantum earum *Muretus*: nostrum earum **ΔORIA**[2]**c***Rom.* (eo- **R**) nostrum **E** nostrarum **P** tam (*pro* iam) longum earum *Corradus* nostrum *propter* nostram, *ut uid.*; *cfr* V 17, 5 muni] ama **Ω**; 21, 4 esse] fore **Δ**; 21, 5 recta] certa **Δ**; XI 16, 5 sentias] scribas *codd.* 8 Vale *add.* **IA**[2]**c***Rom.*

EP. XI A. 10 S. D.] sed **M**[1], *corr.* **M**[2] M. T. CICERO C. CAESARI IMPERAT. (*h. u. om.* **A**[2]) S. **A**[2]**c** M. Tul. Cicero Imper. C. Cesari Imper. S. p. d. *Rom.* *om.* **I** *cfr ad p.* 14, 17 11 ab **IA**[2]**c** 13 mea *om.* **M**[1], *add.* **M**[2] et *et* mea *del., in marg. add.* meo gratia dignitate ope rerum omnium **M**[4] *cfr p.* 15, 2 minus *om.* **O**[1]**PR** 18 *prius* et **Ms0**[1] ei **bdmO**[2] ad **P** *om.* **ERIA**[2]**c***Rom.* *post.* et *om.* **P**

neminem; qui et illi semper et senatui, cum primum potui, pacis auctor fui nec sumptis armis belli ullam partem attigi iudicauique eo bello te uiolari, contra cuius honorem populi Romani beneficio concessum inimici atque inuidi niterentur. sed ut eo tempore non modo ipse ⟨f⟩au[c]tor dignitatis tuae fui uerum etiam ceteris auctor ad te adiuuandum, sic me nunc Pompei dignitas uehementer mouet. aliquot enim sunt anni, cum uos duo delegi, quos praecipue colerem et quibus essem, sicut sum, amicissimus.

3 Quam ob rem a te peto uel potius omnibus te precibus oro et obtestor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi, ut tuo beneficio bonus uir, gratus, pius denique esse in maximi beneficii memoria possim. quae si tantum ad me ipsum pertinerent, sperarem me a te tamen impetraturum, sed, ut arbitror, et ad tuam fidem et ad rem p. pertinet me, et pacis et utriusque uestrum ⟨amicum, ad uestram⟩ et ad ciuium concordiam per te quam accommodatissimum conseruari. ego, cum antea tibi de Lentulo gratias egissem, cum ei saluti, qui mihi fuerat, fuisses, tum lectis eius litteris, quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate beneficioque misit, eandem me salutem a te accepisse ⟨putaui⟩ quam ille. in quem si

2 auctor fui] auctore ut **M^1**, *corr.* **M^2** belli ullam] bellis nullam **M^1** bella in ullam **O^{1}PR** 3 te eo bello **IA^{2}c** populi Romani] .p.r. (.pr.) **dms** 5 fautor *codd. Bosi*: au(c)tor **ΔEOPRIA^{2}c***Rom.* *cfr ep.* XII 25, 3 8 duo **M^{1}EC** duos **M^2***al.*, *rell.* delegi **M^{1}mEPRC** *Rom.* legi **M***corr.***bds** elegi **IA^{2}c** quo **M^1**, *corr.* **M^{2}c^s** 10 omnibus te precibus **EOPR** omnibus et precibus **Mbdm***Rom.* omnibus precibus **s** precibus omnibus **IA^{2}c** 11 oro] et oro **m***Rom.* in peritas **M^1**, *corr.* **M^1**, *ut uid.* 12 ut] et **IA^{2}c** 13 pius] plus **M^{1}O^1** (?) esse in] essem **M^1** maxime **M^{1}ER** maximis **P** 14 separarem **M^{1}R**, *corr.* **M^2** 15 imperaturum **M^{1}O** et] sed **M^1**, *corr.* **M^2** 16 pertinent **M** et pacis utriusque **A^{2}c** 17 amicum, (et) ad uestram *Lehm. Quaest. Tull. p.* 96 *sqq.* *om. codd. et uett. edd.* 18 conuersari **M^1**, *corr.* **M^{2}l'** 19 ei] eius **IA^{2}c** 20 tum **M^{1}EO^{1}R** cum **P** tamen **M***corr.* **bdmsO^{2}IA^{2}c***Rom.* eius litteris lectis **IA^{2}c** 22 me . . . accepisse putaui **IA^{2}c** me . . . accepisse **ΔEOPR***Rom.* mihi (mi) uideor . . . accepisse *Klotzius prooem. p.* XXVI ille] .IIII. **M^{1}EO^{1}R**, *corr.* **M^{2}c^s** mi **P**

me intellegis esse gratum, cura, obsecro, ut etiam in Pompeium esse possim.

XII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Legebam tuas litteras xiii Kal., cum mihi epistula 1
adfertur a Lepta circumuallatum esse Pompeium, ratibus etiam exitus portus teneri. non medius fidius prae lacrimis possum reliqua nec cogitare nec scribere. misi ad te exemplum. miseros nos! cur non omnes fatum illius una exsecuti sumus? ecce autem a Matio et Trebatio eadem, quibus Minturnis obuii Caesaris tabellarii. torqueor infelix, ut iam illum Mucianum exitum exoptem. at quam honesta, at quam expedita tua consilia, quam euigilata tuis cogitationibus qua itineris, qua nauigationis, qua congressus sermonisque cum Caesare! omnia cum honesta tum cauta. in Epirum uero inuitatio quam suauis, quam liberalis, quam fraterna!

De Dionysio sum admiratus, qui apud me honoratior 2
fuit quam apud Scipionem Panaetius; a quo impurissime haec nostra fortuna despecta est. odi hominem et odero; utinam ulcisci possem! sed illum ulciscentur mores sui.

Tu, quaeso, nunc uel maxime, quid agendum nobis sit, 3
cogita. populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumsidet,

1 se se gratum cur **M**[1], *corr.* **M**[2]c[S] 2 Vale *add.* **IA**[2]c*Rom.* EP. XII *om.* **E** *superiori adnectunt* **MbdO**[1]**R** (*sed* Epl'a *in marg.* **M** *corr.*) *sal. om.* **ms** 5 legebam] legerem **M**[1], *corr.* **M**[2] legeram *Orellius et Wesenb. Em. p.* 28, *recc. edd.* xiii **M**[2]**mIA**[2]c*Rom.* tertium decimum **M**[1]**OPR** xiiii **bds** 8 possum *Manutius*: possem **ΔOPRIA**[2]c *Rom.* 9 una fatum illius **m***Rom.* 10 simus **MR** ecce eadem a Matio et Trebatio, quibus **IA**[2]c 11 Menturnis **Mm***Rom.* obuit (?) **M**[1] obiit **PR** tabellarius **P** tabellario **O** 12 illum **P** ille *rell.* ad . . . ad **M**[1] 13 euigilat a **M**[1], *corr.* **M**[2]c[s] 16 uera **M**[1] 19 in pueris si me **M**[1], *corr.* **M**[2]c[S] nuperrime **P** 20 haec **O**[2]**PRA**[2]c*Rom.* h(a)ec h(a)ec **ΔO**[1]**I** odii **M**[1] 23 circumsidet **ΔO**[2]**PIA**[2]c*Rom., sed* circum sed (*per comp.*) et **M**[1], *corr.* **M**[2] circumsedet (**M**[1])**R**, *Baiterus, plerique edd. cfr* IX 18, 2; X 3 a, 2

fossa et uallo saeptum tenet, fuga prohibet: nos uiuimus, et stat urbs ista, praetores ius dicunt, aediles ludos parant, uiri boni usuras perscribunt, ego ipse sedeo! coner illuc ire, ut insanus, implorare fidem municipiorum? boni non sequentur, leues irridebunt, rerum nouarum cupidi, uictores
4 praesertim et armati, uim et manus adferent. quid censes igitur? ecquidnam est tui consilii ad finem huius miserrimae uitae? nunc doleo, nunc torqueor, cum cuidam aut sapiens uideor, quod una non ierim, aut felix fuisse. mihi contra. numquam enim illius uictoriae socius esse uolui; calamitatis mallem fuisse. quid ego nunc tuas litteras, quid tuam prudentiam aut beneuolentiam implorem? actum est. nulla re iam possum iuuari, qui ne quid optem quidem iam habeo, nisi ut aliqua inimici misericordia liberemur.

XIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος, ut opinor, ille de ratibus. quid enim es⟨se⟩t, quod Dolabella iis litteris, quas III Id. Mart. a Brundisio dedit, hanc εὐημερίαν quasi Caesaris scriberet,

1 uallos aptum **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}c^s nos **sPIA**^{2}**c** non **MbdmO**(?)**R** nam *Rom.* uiuimus? *et u.* 3 sedeo? **Δ**, *alii* 5 consequentur **C**, *alii* 6 afferrent **Md** 7 ecquidnam *Bosius*: et quidnam **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* ad finem **FPIA**^{2}**c** ad fines **M**^{1}**O** (?) ad finis **M***corr.***bdmsR***Rom.* ecqui finis *cod. Graeuii* (-quis), *Schicheus l. l. p.* 359 *de* ad *cfr* X 4, 6 8 cuidam *Klotzius l. l.*: quidam **M**^{1}**O**^{1}**R** quidem **M**^{2}**bdmsO**^{2}**PIA**^{2}**c***Rom.* 9 fuisse] fuit e se **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 11 malem **M**^{1}**P**, *corr.* **M**^{2}c^s fuissem *Baiterus sed cfr* X 4, 10; XI 6, 2; *ad* VII 1, 2 13 quod *Ernestius, alii* 14 liberemur *Bosius*: liberetur **ΔO**^{1}**PI***Rom.* liberentur **R** liberer **A**^{2}**c**

EP. XIII *deest in* **E** *nouae ep. initium fecit Schuetzius, superiori adnectunt codd. et uett. edd.* 17 ΛΟΤΟϹ (ΛΟ-) **M**^{1}**PR** *adscr.* non est uerus sermo **M***corr.***ds** *cfr Poet. lyr. Gr.* III *p.* 217 *Bk* rationibus **c**, *corr.* **C** 18 esset *Wesenb. Em. alt. p.* 117: est **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* iis . . . iis *p.* 41, 2 **O***Rom.* is . . . is **R** his . . . iis **m** his . . . his *rell.* Dolabella **MPRc** Dolobella *rell.* *talia non semper notaui* 19 *adscr.* felicem pugnam **M***corr.***ds** quasi Caesaris **ΔOPRc***Rom.* (*sed ante* εὐ. *Rom.*) Caesaris quasi **IA**^{2} quasi εὐημερίαν Caesaris *Lamb., alii*

Pompeium in fuga esse eumque primo uento nauigaturum? quod ualde discrepat ab iis epistulis, quarum exempla antea ad te misi. hic quidem mera scelera loquuntur; sed non erat nec recentior auctor nec huius rei quidem melior Dolabella.

Tuas XI Kal. accepi litteras, quibus omnia consilia dif- 2
fers in id tempus, cum scierimus, quid actum sit. et certe ita est, nec interim potest quicquam non modo statui sed ne cogitari quidem. quamquam hae me litterae Dolabellae iubent ad pristinas cogitationes reuerti. fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempestas, qua ego illum usum puto.

Συναγωγὴ consiliorum tuorum non est a me collecta 3
Cum quod scriberem plane nihil haberem, haec autem reliqua essent, quae scire cuperem, profectusne esset, quo in statu urbem reliquisset, in ipsa Italia quem cuique regioni aut negotio praefecisset, ecqui essent ad Pompeium et ad consules ex S. C. de pace legati: cum igitur haec scire ⟨cupere⟩m, dedita opera has ad te litteras misi. feceris

1 et inde **M[1]O[1]PR** *om.* **M***corr.***bdmsEO[2]IA[2]c***Rom.* ut inde *Wesenb. Em. alt. p.* 119, *alii, coll.* XIV 7, 1 2 afferreretur **M** 3 possint **Mbd EOPRI** possunt **msA[2]c**, *uulg.* non possunt *Rom.* 4 λαλαγεῦσα *Bosius*: MMTErca **M** MaΛTEVCa **mOPR** μάντευμα **c** sic scriptum uidebatur in codice ueteri. Verum si propius intuearis, . . . legendum erit, quod non multo ante reperitur (*i. e.* IX 18, 3) . . . ἀλλὰ τελέαν, seu ut rectius habebat, ἀλλὰ τελοῦσα, *Crat. ind. Gr.* Gr. **E** *om.* **bdsA[2]** 6 quoad **s** 7 fortunae . . . ulla] *cfr Com. Rom. fragm. p.* 137 *Ribb.*[3] 8 si *om.* **M[1]O** 9 nollem *Wesenb. l. l., alii cfr u.* 12; *p.* 54, 9 10 ad *om.* **M[1]O[1]** 12 nolim *Ernestius*: nolem **EP** nollem **ΔORIA[2]c***Rom.*, *alii* cui] enim **E** 13 nolo **ΔOIA[2]c***Rom.* uolo **M***corr.***EPR** Vale *add.* **IA[2]c***Rom.*

EP. III *superiori adnectit* **M**, *sed* Epl'a *in marg.* **M[4]** *inscr. om.* **dm** 16 quod *Malaspina*: quid **ΔEOPRIA[2]c***Rom.* *cfr p.* 60, 9; *ad* IX 16, 1 17 esse quo **M[1]** 19 ecqui *uulg.*: et qui **ΔEOPRIA[2]c***Rom.* 20 cum **M[1]O[1](?)PR** ut **M[2]bdmsEO[2]IA[2]c***Rom.* scire **M[1]O[1]**, *ut uid.* scirem **M***corr.*, *rell.* cum . . . scire cuperem *Lambinus* ut . . . scirem *alii*

igitur commode mihique gratum, si me de his rebus et si quid erit aliud, quod scire opus sit, feceris certiorem. ego in Arcano op⟨p⟩erior, dum ista cognosco.

III a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

A. d. VII Id. alteram tibi eodem die hanc epistulam 1
dictaui et pridie dederam mea manu longiorem. uisum te aiunt in regia, nec reprehendo, quippe cum ipse istam reprehensionem non fugerim. sed exspecto tuas litteras neque iam sane uideo, quid exspectem, sed tamen, etiam si nihil erit, id ipsum ad me uelim scribas.

Caesar mihi ignoscit per litteras, quod non uenerim, 2
seseque in optimam partem id accipere dicit. facile patior, quod scribit secum Tullum et Seruium questos esse, quia non idem sibi quod mihi remisisset. homines ridiculos! qui, cum filios misissent ad Cn. Pompeium circumsedendum, ipsi in senatum uenire dubitarent. sed tamen exemplum misi ad te Caesaris litterarum.

2 fecerit **M**^{1} 3 opperior **A**^{2}**c***Rom.* operior *rell.*

EP. III a. *Nouae epistulae initium fecit Schuetzius, superiori adnectunt codd. et uett. edd., sed ante* Alteram *spat.* **Mm**, Epl'a *adscr.* **M**^{4}, *ut uid., plene interp.* **ΔEOPRI**, *non* **A**^{2}**c***Rom.** 6 hanc *om.* **mA**^{2}**c***Rom.* 7 pridie **bsO**^{2}**IA**^{2}**c** prid. **m***Rom.* pr. (P.R., p.r.) **MdEO**^{1}**PR** *talia non semper notaui* 8 ipse] ego **m***Rom.* 9 fugerim **A**^{2}**c***Rom.* fugerem **ΔEOPRI** 10—11 etiam si] etiam et **M**^{1}**O**^{1}, si *superscr.* **M**^{2} si **m***Rom.* etiam **R** 14 Tullum *uulg.*: Tulium **M** Tullium *rell.* Titinium *Kochius Mus. Rhen.* XII (*a.* 1857) *p.* 276 *sq.*, *alii, sed cfr Tyrr.-Purs. ad l.* Serbium **M**^{1}**O** 15 idem] idem quoque **A**^{2}**c***Rom.* qui *ex* quem **MO** 17 dubitarint *Wesenb. Em. p.* 127 *n.*, *recc. edd.* 18 epistolarum **O** *cfr p.* 64, 3 Vale *add.* **PIA**^{2}**c***Rom.*

IV

CICERO ATTICO SAL.

1 Multas a te accepi epistulas eodem die, omnes diligenter scriptas, eam uero, quae uoluminis instar erat, saepe legendam, sicuti facio. in qua non frustra laborem suscepisti, mihi quidem pergratum fecisti. qua re ut id, quoad licebit, id est quoad scies, ubi simus, quam saepissime facias, te uehementer rogo.

Ac deplorandi quidem, quod cottidie facimus, sit iam nobis aut finis omnino, si potest, aut moderatio quaedam, quod profecto potest. non enim tam, quam dignitatem, quos honores, quem uitae statum amiserim, cogito, sed quid consecutus sim, quid praestiterim, qua in laude uixerim, his denique in malis quid intersit inter me et istos, quos propter omnia amisimus. hi sunt, qui, nisi me ciuitate expulissent, obtinere se non putauerunt posse licentiam cupiditatum suarum; quorum societatis et sceleratae con-
2 sensionis fides quo eruperit uides. alter ardet furore et scelere nec remittit aliquid sed in dies ingrauescit; modo Italia expulit, nunc alia ex parte persequi, ex alia prouincia exspoliare conatur nec iam recusat sed quodam modo postulat, ut, quem ad modum est, sic etiam appelletur ty-
3 rannus. alter, is qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne subleuabat quidem, qui se nihil contra huius uolunta-

EP. IV. 3 epistulas (-ol-) **MbdsEOPRC** litteras **mIA**^{2}**c***Rom.* *cfr p.* 63, 18 4–5 ea . . . legenda **IA**^{2} eam . . . legenda **c** . 7 sumus **A**^{2}**c** scimus **M**^{1}**O**, *corr.* **M**^{2}c^S 9 ac *Ernestius*: at **ΔEOIA**^{2}**c***Rom.* et **P** id **R** cottidie **R** cotidie **E** quotidie *rell.* 11 profecto non potest *media uoce inducta* **M** tam quam (tanquam) **M**^{1}**EORZ**$^\beta$ quam **M**^{2}c^S**bdms** **O**^{2}**PIA**^{2}**c***Rom.* iam, quam *Lamb.*, *uulg.* *cfr p.* 20, 23; III 7, 2 12 uitae] ultra **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 15 amicissimos **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}l' 16 putauerunt posse **M***corr.***mEOPR***Rom.* (potue- **R**) posse putauerunt **M**^{1}**bds** posse putarunt **IA**^{2}**c** 17 societatis **MmEFOPR***Ant.***C***Rom.* societas **bdsIA**^{2}**c** 20 expulit generum, nunc *Kayserus* ex alia] et Italia *Rom.* prouinciam **PI** 21 spoliare **m**^{1}**PA**^{2}**c** explorare **bd** tam **M**^{1} 24 suplebat **M**^{1} (*corr. in* suppl-), *corr.* **M**^{2} subleuat **bds** quidem qui se *Rom.* qui se quidem **ΔEOPRIA**^{2}**c** (*sed* que **M**^{1})

tem facere posse, elapsus e soceri manibus ac ferro bellum
terra et mari comparat, non iniustum ille quidem sed cum
pium tum etiam necessarium, suis tamen ciuibus exitiabile,
nisi uicerit, calamitosum, etiam si uicerit. horum ego sum- 4
morum imperatorum non modo res gestas non antepono
meis sed ne fortunam quidem ipsam; qua illi florentissima,
nos duriore conflictati uidemur. quis enim potest aut de-
serta per se patria aut oppressa beatus esse? et si, ut nos
a te admonemur, recte in illis libris diximus nihil esse
bonum, nisi quod honestum, nihil malum, nisi quod turpe
sit, certe uterque istorum est miserrimus, quorum utrique
semper patriae salus et dignitas posterior sua dominatione
et domesticis commodis fuit. praeclara igitur ⟨con⟩scientia 5
sustentor, cum cogito me de re p. aut meruisse optime,
cum potuerim, aut certe numquam nisi pie cogitasse, eaque
ipsa tempestate euersam esse rem p., quam ego XIIII annis
ante prospexerim. hac igitur conscientia comite proficiscar,
magno equidem cum dolore, nec tam id propter me aut
propter fratrem meum, quorum est iam acta aetas, quam
propter pueros, quibus interdum uidemur praestare etiam
rem p. debuisse. quorum quidem alter, non tam ⟨quia filius
quam⟩ quia maiore pietate est, me mirabiliter excruciat,
alter — o rem miseram! nihil enim mihi accidit in omni

1 facere aiebat posse *Rom.* aiebat facere posse **A**^{2}**c**, *alii* 3 tamen *om.* **E** 5 non *ante u.* antepono *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2} 6—7 ille florentissimei nos duriorem **M**^{1} 10 bonum deest nisi **E** (*scilicet nota deest e codice, ubi aliquid interciderat, transscripta*) nisi quod honestum nichil malum *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2}c^s 12 dignitaṭịs **M** 13 praelata **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} conscientia **PIA**^{2}**c** scientia **M**^{2}l'**bdmsEOR***Rom.* sententia **M**^{1}
15 nisi pie *Bosius*: nisi die **m**^{2}**EOZ**^{b} nisi diem **R** insidie **Mbdm** (-iæ **b**, *ex* inci- **M**?) infide **M***corr.* nisi diuine **PI** nisi de ea **s***Rom.* nisi de ea diuine **A**^{2}**c** *de* P *et* D *confusis cfr p.* 15, 7; XI 12, 4; *ep.* I 8, 2
17 perspexerim **m***Rom.* hac] ab **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}c^s comitte **ER** committe **M**^{1}**O** 18 tamen **M**^{1}**OR** 19 est *Lambinus*: ut **M**^{1}**O**^{1}**Z**^{bl} *om. rell.* ut *ante* quorum *transp. Schmidtius Mus. Rhen.* LII (*a.* 1897) *p.* 162
20 uidemus **M**^{1} 21 quia filius quam *Malaspina auctore add. Lambinus*: *om.* **ΔEOPRIA**^{2}**c***Rom.* 22 excruciat **M***corr.***bdmsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* excruciari **M**^{1}**E**^{1}(?)**O**^{1}**PR** 23 o rem] opem **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}
5 *Sjögren.*

uita acerbius — indulgentia uidelicet nostra deprauatus eo progressus est, quo non audeo dicere. et exspecto tuas litteras; scripsisti enim te scripturum esse plur[im]a, cum
6 ipsum uidisses. omne meum obsequium in illum fuit cum multa seueritate neque unum eius nec paruum sed multa magna delicta compressi; patris autem lenitas amanda potius ab illo quam tam crudeliter negligenda. nam litteras eius ad Caesarem missas ita grauiter tulimus, ut te quidem celaremus, sed ipsius uidemur uitam insuauem reddidisse. hoc uero eius iter simulatioque pietatis qualis fuerit, non audeo dicere; tantum scio post Hirtium conuentum arcessitum a Caesare, cum eo de meo animo a suis rationibus alienissimo et consilio relinquendi Italiam; et haec ipsa timide. sed nulla nostra culpa est, natura metuenda est. haec Curionem, haec Hortensi filium, non patrum culpa corrupit.

Iacet in maerore meus frater neque tam de sua uita quam de mea metuit. huic tu, huic tu malo adfer consolationes, si ullas potes; maxime quidem illam uelim, ea, quae ad nos delata sint, aut falsa esse aut minora. quae si uera sint, quid futurum sit in hac uita et fuga, nescio. nam si haberemus rem p., consilium mihi non deesset nec ad seueritatem nec ad diligentiam. nunc siue iracundia siue dolore siue metu permotus grauius scripsi, quam aut tuus in illum amor aut meus postulabat, si uera sunt, ignosces, si falsa, me libente eripies mihi hunc errorem. quoquo

2 est *om.* **m***Rom.* et] sed *Malaspina* 3 esse *om.* **IA**^{2}**c** plura *Orellius*: plurima **ΔEOPRIA**^{2}**c***Rom.* 6 et magna **P**, *alii* 7 erat negligenda *Orellius* 9 uidemur *Schuetzius*: uidemus **ΔEOPRIA**^{2}**c** *Rom.* uideremur *Maduigius Em. in Cic:is libros phil.* I *p.* 53, *recc. edd. cfr p.* 65, 20 10 simulatio qui **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{S} 11 a(c)cersitum **bds RA**^{2}**c** 12 ab **IA**^{2}**c** eo de meo *Lambinus*: eodem eo **ΔEOPRIA**^{2}**c** *Rom.* ab **IA**^{2}**c** 18 mea] me **M**^{1} huic tu huic tu **MdmEOPI** huic tu **bsRA**^{2}**c***Rom.*, *plerique edd. prius* huic *est* fratri 19—20 ea quae] eque **M**^{1} 21 uita et **FOPR***Ant.***I** *om.* **ΔEA**^{2}**c***Rom.* 22 deesse **M**^{1} 23 indulgentiam *Manutius, alii* nunc] M. nec **M**^{1} nunc haec **c** haec *Vict.*, *alii* 24 dolores siue tu **M**^{1} 26 eripis **M**^{1} erripis **O**^{1}**PR**

modo uero se res habebit, nihil adsignabis nec patruo nec patri.

Cum haec scripsissem, a Curione mihi nuntiatum est 7
eum ad me uenire; uenerat enim is in Cumanum uesperi pridie, id est Idibus. si quid igitur eius modi sermo eius attulerit, quod ad te scribendum sit, id in litteris adiungam.

Praeteriit uillam meam Curio iussitque mihi nuntiari 8
mox se uenturum cucurritque Puteolos, ut ibi contionaretur. contionatus est, rediit, fuit ad me sane diu. o rem foedam! nosti hominem; nihil occultabat, imprimis nihil esse certius, quam ut omnes, qui lege Pompeia condemnati essent, restituerentur. itaque se in Sicilia eorum opera usurum. de Hispaniis non dubitabat quin Caesaris essent. inde ipsum cum exercitu, ubicumque Pompeius esset. eius interitu finem illi fore; propius factum esse nihil † ei; plane iracundia elatum uoluisse Caesarem occidi Metellum tr. pl.; quod si esset factum, caedem magnam futuram fuisse. permultos hortatores esse caedis; ipsum autem non uoluntate aut natura non esse crudelem, sed quod ⟨putaret⟩ popularem esse clementiam. quod si populi studium ami-

1 habeat **IA**^{2}**c**, *corr.* **C** 3 esse **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 5 igitur eius modi **sE***Rom.* eius (enim **R**) igitur modi **MbdmO**^{1}**PR** sermo eius **M***corr.* **bdmsER** eius sermo **M**^{1}**O**^{1}**P** sermo *Rom.* eius igitur sermo eiusmodi **IA**^{2}**c** eius igitur eius modi sermo **O**^{2} 6 in] his *Schuetzius, alii* adiniungam **M** 7 iussitque] tuus. sit q̂ **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 9 ad] *cfr Muell. ad l.* diu. o rem] diuo. rem **M**^{1} 10 occultabat **EOPRI** occultabit **Md** occultauit **bmsA**^{2}**c***Rom., uulg. cfr p.* 69, 2; 82, 8 13 de hispaniis **sOA**^{2}**c***Rom.* dicis panis **M**^{1} de hispanis **M***corr.* (h- *del.*), *rell.* (ysp- **E**) *talia non semper adnotaui* dubitat **M***corr.***bdO**^{2}**I** Caesaris] caes. **M**^{2}**m** caesar **bd** cessarem **E** ea **M**^{1} 15 interitum *Lambinus, alii* illi] belli *Manutius* mali *Orellius cfr Schmidtius Mus. Rh.* LII (*a.* 1897) *p.* 163 propius **sA**^{2}**c** prope ius **M**^{2}**bdmEOPRIA**^{2}(*in marg.*) *Rom.* Pompeius **M**^{1} ei **MbdmEOPRZ**^{bl}**I***Rom.* ni **s** eum **A**^{2}**c** *uaria temptarunt, uelut* propius f. e. nihil (*deleto* ei) *post* tr. pl. *u.* 17 *Malaspina duce transp. plerique edd. post* ei *dist.* **MI***Rom., post* esse **dm***Rom., post* nihil **A**^{2}**c** *cfr Muell. et Tyrr.-Purs. ad l.* 17 tr. pl.] et R. Pl. **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 18 fuisse **C** esse *rell.* esse] se **M**^{1} 19 uoluntatem **M**^{1}**O** non *et* quod *om.* **I** putaret **A**^{2}**c***Rom.* *om.* **ΔEOPRI** 20 esse] esset ueritus **s** dementiam **M**^{1}

sisset, crudelem fore. eumque perturbatum, quod intellegeret se apud ipsam plebem offendisse de aerario. itaque ei cum certissimum fuisset, ante quam proficisceretur, contionem habere, ausum non esse uehementerque animo
9 perturbato profectum. cum autem ex eo quaererem, quid uideret, quod exemplum, quam rem p., plane fatebatur nullam spem reliquam. Pompei classem timebat; quae si esset, se de Sicilia abiturum. quid isti, inquam, sex tui fasces? si a senatu, cur laureati? si ab ipso, cur sex? cupiui, inquit, ex S. C. surrupto; nam aliter ⟨non⟩ poterat. at ille impendio nunc magis odit senatum. ad senatum a me, inquit, omnia proficiscentur. — cur
10 autem sex? — quia XII nolui; nam licebat. tum ego quam uellem, inquam, petisse ab eo, quod audio Philippum impetrasse! sed ueritus sum, quia ille a me nihil impetrabat. libenter, inquit, tibi concessisset. uerum puta te impetrasse; ego enim ad eum scribam, ut tu ipse uoles, de ea re nos inter nos locutos. quid autem illius interest, quoniam in senatum non uenis, ubi sis? quin nunc ipsum minime offendisses eius causa⟨m⟩, si in Italia non

2 ipsam] eam **bs** ipsum **A**^{2}**c** plebem *Victorius*: legem **ΔEOPR IA**^{2}**c***Rom.* 5 quererem rem quid **M**^{1} 6 quod] quem **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} quem exitum *Malaspina, Wesenb. Em. alt. p.* 120 8 esset] exisset *Weiskeus in adn. ad ep. sel.* (*Brunsuici a.* 1824) *p.* 132, *alii cfr* X 7, 3 *cfr* erat V 20, 1 sed e **M**^{1} habiturum **M**^{1}**ER** 9 fasces si a senatu] fac esse natu **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} a] ab **IA**^{2}**c** 10 cupibi **M**^{1}**E**(?) cupidi **OPR***Ant.* idi **F** surrepto **IA**^{2}**c** nam] non **R** non **A**^{2}**c***Rom.* *om.* **ΔEOPRI** *cfr ad* IX 5, 2 11–12 senatum ad senatum a me **M**^{1}**m**^{1}**s O**^{1}**PRZ**^{b}*Rom.* (a *om.* **M**^{1}**O**^{1}) senatum a senatu a me **M***corr.***bdm**^{2}**EO**^{2} senatum a me **IA**^{2}**c**, *recc. edd., sed cfr Orellius ad l.* 12–13 Quur autem sex? **C** autem sex **MdmEO** sex autem **sIA**^{2}**c***Rom.* sex **bR** autem *in* aut *corr.* **M**^{2}, *sed hoc postea deletum; ante* prof. *habent* **PR** 14 petisse] *cfr ad* IX 12, 4 16 concessissem **M**^{1}**O**^{1}(?)**PR** 18 ut] et **M**^{1}**R** 20 uenis ubi sis] ueni sub isis **M** ueni sub istis **PR** 21 offendisses] offendis sed **M**^{1} causam si in *Gronouius*: causas in **M**^{1} causa si in **M***corr.*, *rell.* italiam **M**^{1}**OPR**

fuisses. ad quae ego me recess[ur]um et solitudinem quaerere, maxime quod lictores haberem. laudabat consilium. quid ergo? inquam; nam mihi cursus in Graeciam per tuam prouinciam est, quoniam ad mare superum milites sunt. quid mihi, inquit, optatius? hoc loco multa perliberaliter. ergo hoc quidem est [uerum] profectum, ut non modo tuto uerum etiam palam nauigaremus.

Reliqua in posterum diem distulit; ex quibus scribam ad 11
te, si quid erit epistula dignum. sunt autem, quae praeterii: interregnumne esset exspectaturus, an quo modo dixerit ille quidem ⟨ad⟩ se[d] deferri consulatum sed se nolle in proximum annum. et alia sunt, quae exquiram. iurabat ad summam, quod nullo negotio facere ⟨sole⟩t, amicissimum mihi Caesarem esse debere. quid enim? inquam. scripsit ad me Dolabella. dic[o], quid? adfirmabat eum scripsisse[t], quod me cuperet ad urbem uenire, illum quidem gratias agere maximas et non modo probare sed etiam gaudere. quid quaeris? acquieui; leuata est enim suspicio illa dome-

1 ad quae *Lambinus*: atque **ΔEOPRIA**^{2}c*Rom.* recessum *Victorius*: recessurum **ΔEOPRIA**^{2}c*Rom.* 2 laudabat **msEO**^{1}**PRIA**^{2}c*Rom.* laudabit **MbdO**^{2} laudauit *uulg. cfr p.* 67, 10 4 per tuam] perpetuam **M**^{1} 6 est profectum *Manutius*: est uerum profecto **ΔEOPRI***Rom.* uerum est profecto **A**^{2}**c** uerum *e u.* 7 *praereptum* 9 die **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} scribam ad te scripsi si **M**^{1} 10 praeteriti **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 11–12 dixerit i. q. ad se deferri consulatum *Ernestius*: dixerim ille quidem sed deferri consulatum **ΔEOPRIA**^{2}C*Rom.* dixerim. ille quidem. **c** 13 alta **M**^{1} 14 facere solet *Orellius*: faceret **ΔEOPRIA**^{2}c*Rom.* 15 esse debere. Quid enim unquam **sA**^{2}**c***Rom.* (*sed* autem **s**, inquam **s**^{1}*Rom.*) esse debet. Quid enim unquam **MbdmEOPRI** (*sed sine puncto* **E**, inquam **bd**) esse. Dubito (*sic Lamb.*) equidem, inquam *H. A. Kochius Progr. Putbus a.* 1855 *p.* 16 16 dic *Handius Turs.* I *p.* 131: dico **ΔEOPRIA**^{2}c*Rom.* eum **E**(?) cum **M**^{2}**bdmsPRIA**^{2}c*Rom.* eo **M**^{1} quom **O** scripsisse **E** scripsisset *rell.* 18 et quod non **M**^{1}**P** 19 quid quaeris? acquieui. leuata est *Bosius*: quid quaeris atque vi lebata est **Z**^{bl} quid qu(a)eris atque uilebat. Est **ΔO**^{2}*Rom.* (*sed* iubebat **bds**) quid me queris atque iubebat. est **P** quid que queris atque iubebat est **R** atque iubebat. Quid quaeris? Est **IA**^{2}**c** quid . . . est *p.* 70, 7 *om.* **E**

stici mali et sermonis Hirtiani. quam cupio illum dignum
esse nobis et quam ipse me inuito † quae pro illo sit
suspicandum! sed opus fuit Hirtio conuento? est profecto
nescio quid, se⟨d⟩ uelim quam minimo. et tamen eum non-
dum redisse miramur. sed haec uidebimus.
12 Tu Oppios Terentiae dabis; iam enim urbis unum
periculum est. me tamen consilio iuua, pedibusne Regium
an hinc statim in nauem et cetera, quoniam commoror.
ego ad te statim habebo, quod scribam, simul ut uidero
Curionem. de Tirone cura, quaeso, quod facis, ut sciam,
quid is agat.

V

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 De tota mea cogitatione scripsi ad te antea satis, ut
mihi uisus sum, diligenter. de die nihil sane potest scribi
2 certi praeter hoc: non ante lunam nouam. Curionis sermo
postridie eandem habuit fere summam, nisi quod apertius
significauit se harum rerum exitum non uidere.
Quod mihi mandas de quodam regendo, Ἀρκαδίαν.
tamen nihil praetermittam. atque utinam tu...! sed modestior

1 sermonis **PIA^{2}c** sermones *rell.* lurtiani **Mbdm** 2 esset **MbdOR** quae] ad id quod *Kayserus* *alii aliter* 3 suspicandum *etiam* **Z^1** lurtio **Mdm** lucio **b** for.hirtio **M^2** profectus **O^{1}PR** 4 sed **msC***Rom.* se **MbdOPR** quod **IA^{2}c** 6 Oppios *Victorius*: optimos **ΔIA^{2}c***Rom.* optimus **OPR** enim **O^{1}PRIA^{2}c** cum **ΔO^2***Rom.* unum] nullum *Pius* 7 me] *accedit* **E** *cfr Lehm. Qu. Tull. p.* 108 9 statim *del. Schuetzius, sed cfr aduerbia paruo interuallo repetita* IX 13 a, 1 statim (*Caesar*); X 8, 9 umquam (*de leg.* III 9, 21); X 16, 4 simul; *ep.* I 7, 2 maxime; X 3, 1 praeterea ut] et **M^{1}d^1**, *omnes codd. Bosi* (**Z**?), *fort. recte; cfr* II 20, 2; X 16, 4; *ad Q. fr.* II 5, 3 10 quod] ut **m***Rom.*

EP. V. *Nouam ep. uulgo faciunt, superiori adnectunt codd. et uett. edd.* 15 scribi potest **M^{1}bds** 16 certi **A^{2}c** certe **ΔEOPRI***Rom.* 17 summam **MbdsEORIC** sententiam **mPA^{2}c***Rom.* 18 earum **IA^2** 19 Quod ... factum *p.* 71, 12 *om.* **E** quodam] Quinto *Vict., uulg.* *cfr* quadam *ep.* VII 3, 2; (ali)quis *ad Att.* VII 3, 11, *ubi u. Hofm.-Sternk.*; VIII 12, 6 αPKαIαN **M^{1}PR** ἀρχλίαν **Z^1** *adscr.* arcadia(m) **M***corr.***ds** *cfr Herod.* I 66 20 molestior *Victorius, alii, fort. recte* *cfr* X 12, 3; 12 a, 4

non ero. epistulam ad Vestorium statim detuli, ac ualde requirere solebat. commodius tecum Vetti⟨e⟩nus est locutus, 3 quam ad me scripserat. sed mirari satis hominis neglegentiam non queo. cum enim mihi Philotimus dixisset se HS L emere de Canuleio deuersorium illud posse, minoris etiam empturum, si Vettienum rogassem, rogaui, ut, si quid posset, ex ea summa detraheret. promisit. ad me nuper se HS XXX emisse; ut scriberem, cui uellem addici; diem pecuniae Idus Novembr. esse. rescripsi ei stomachosius, cum ioco tamen familiari. nunc, quoniam agit liberaliter, nihil accuso hominem scripsique ad eum me a te certiorem esse factum.

Tu de tuo itinere quid et quando cogites, uelim me certiorem facias. a. d. XV Kal. Maias.

VI

CICERO ATTICO SAL.

Me adhuc nihil praeter tempestatem moratur. astute 1
nihil sum acturus. fiat in Hispania[m] quidlibet; et tamen

1 ero *uulg.*: pro **Δ** per **PRIA**^{2}**c***Rom.* propter **O** *locus uixdum sanatus; cfr Muell. ad l.* detuli ac *Graeuius*: deculia ac **Mdm** decidia ac **b** de tullia ac **sOPRIA**^{2}**c***Rom., alii* 2 Vettienus *Vrsinus*: uectinus **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* (*sed* -nius **s***Rom.*) *cfr* X 11, 5 3 satis est hominis **M**^{1}**OR** 4 mihi enim **IA**^{2}**c** se HS L *Orellius*: esse L **MbdmOPR** sese L **s** sese.HS.(*spat.*)L *Rom.* sese CCL **A**^{2}**c** ccl **I** 5 deuersorium **O**^{2}(?) diuersorium *rell.* 6 uectienum (*uel sim.*) **MbdmOR** uectinum **PI A**^{2}**c** uectinium **s***Rom.* rogabi **M**^{1} rogabis **PR** 7 possit **IA**^{2}**c** 8 HS] H **M** HS XXX *om.* (*spat. rel.*) *Rom.* $\overline{\text{XXX}}$ (*et u.* 5 $\overline{\text{L}}$) *alii* 9 idus **ΔO***Rom.* idibus **PRIA**^{2}**c** (*sed* Nouembris *sequ.* **A**^{2}**c**) ei stomachosius *Manutius*: et istomacho si uis **C** et in stomacho si uis **O**^{1}**R** et in stomaco si (*spat.*) **P** et isto madio si uis **ΔO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom., sed* ista **sA**^{2}**c***Rom.*, medio **I** 10 ioco **A**^{2}**c** loco *rell.* 13 tu] *accedit* **E** 14 *post* facias *add.* Vale **PIA**^{2}**c**, *post* maias *Rom.* ad XV k. (kl'.) maias **ΔEO**^{1}**PRC** *Rom.* (Maij **C**) ad XI (*uel* undecimum) Cal. Martii (-ias) **IA**^{2}**c** *ab his uerbis noua ep.* **sEPIA**^{2}**c**; *uno tenore* (*sed ante* Ad *plene distinguitur*) **M**^{1}**bdO**^{1}**R** *a uerbis* Me adhuc *noua ep.* (*om. inscr.*) **M***corr.***m***Rom.*

EP. VI. 17 astute] *cfr Muell. ad l.* 18 in] ut in **IA**^{2}**c** hispania **msA**^{2}**c***Rom.* hispaniam *rell.* 18 *sq.* et tamen recitet et *etiam* **Z**^{b} (reti-

† recitet et. meas cogitationes omnis explicaui tibi superioribus litteris. quocirca hae sunt breues et quia festinabam eramque occupatior.

2 De Q. fit a me quidem sedulo, sed nosti reliqua. quod dein me mones, et amice et prudenter me mones, sed erunt omnia facilia, si ab uno illo cauero. magnum opus est, mirabilia multa, nihil simplex, nihil sincerum. uellem suscepisses iuuenem regendum; pater enim nimis indulgens, quicquid ego adstrinxi, relaxat. si sine illo possem, regerem; quod tu potes. sed ignosco; magnum, inquam, opus est.

3 Pompeium pro certo habemus per Illyricum proficisci in Galliam. ego nunc qua et quo uidebo.

VII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Ego uero Apuliam et Sipontum et tergiuersationem istam probo nec tuam rationem eandem esse duco quam meam, non quin in re p. rectum idem sit utrique nostrum, sed ea non agitur. regnandi contentio est, in qua pulsus est modestior rex et probior et integrior et is, qui nisi uincit, nomen populi Romani deleatur necesse est, sin autem uincit, Sullano more exemploque uincet. ergo hac

ceret **Z**^{l}) [et] tamen ire licebit *Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 172 *alii aliter cfr Muell. ad l.* et . . . et *om.* **E**, *post.* et *om.* **sIA**^{2}**c***Rom.* 1 omnes **EOP** explicauit **M** 2 et **OPR** *om.* **E** et tamen **ΔIA**^{2}**c***Rom.*, *Lehmannus de Cic:is epp. p.* 194 *cfr* XI 17, 1 4 de Q. fit a *scripsi*: de Q. fratre ita **ΔEOPRIA**^{2}**c***Rom.* (*sed* de quinto **bP**, deque **M**^{1}) de Quinto filio (*sic Corradus*) fit a (*sic Bosius*) *uulg.* *cfr p.* 91, 20; XI 7, 7; 10, 1* sed nosti reliqua] *distinxi cum codd.* 5 dein (*ut uid.*) **M**^{1} dem **C** de **M***corr.* **bdmsEO**^{2}*Rom.* enim **O**^{1}(?)**PR** *om.* **IA**^{2}**c** me mones (*post* prud.) **C** memoras *rell.*, *sed* -res **M**^{1}**O**^{1}(?) 10 ignosce **c**

EP. VII. *Nouam ep. hinc incipere uiderunt Corradus et Manutius cum superiore coniungunt codd. et uett. edd.* 18 quin] qui **MbdO**^{1}(?) quod **M**^{2}(*del.*)**O**^{2} 19 agatur **M**^{1}**O** 20 admodestior **Z**^{b} at(?) modestior **M**^{1} modestior *rell.* quis **M**^{1} 21 P. R. (p. r.) **MdmEO** *uariant ceteri* 22 uincat **E** *cfr Lebretonius 'Études' p.* 189 uincit **M**^{1}**E** erga **M**^{1}

in contentione neutrum tibi palam sentiendum et tempori seruiendum est. mea causa autem alia est, quod beneficio uinctus ingratus esse non possum, nec tamen in acie sed Melitae aut alio in loco, simili oppidulo, futurum puto. nihil, inquies, iuuas eum, in quem ingratus esse non uis? immo minus fortasse uoluisset. sed de hoc uidebimus; exeamus modo. quod ut meliore tempore possimus, facit Adriano mari Dolabella, Fretensi Curio.

Iniecta autem mihi spes quaedam est uelle mecum 2 Ser. Sulpicium conloqui. ad eum misi Philotimum libertum cum litteris. si uir esse uolet, praeclara συνοδία, sin autem —, erimus nos, qui solemus. Curio mecum uixit, iacere Cae- 3 sarem putans offensione populari Siciliaeque diffidens, si Pompeius nauigare coepisset.

Quintum puerum accepi uehementer. auaritiam uideo fuisse et spem magni congiarii. magnum hoc malum est, sed scelus illud, quod timueramus, spero nullum fuisse. hoc autem uitium puto te existimare non ⟨a⟩ nostra indulgentia sed a natura profectum. quem tamen nos disciplina regimus.

De Oppiis Veliensibus quid placeat, cum Philotimo

1 et tempori seruiendum *om.* **c**, *add.* **C** 3 me *post* tamen *aut* acie *plerique addunt*; *cfr* III 15, 7; XII 27, 3; *ep.* IV 13, 6; VII 3, 3; *dubitat Madu. de fin.* V 11, 31 4 Melitae *Victorius*: militi(a)e **M***corr.***mEOPRI***Rom.* militia **M**^{1}**bdsA**^{2}**c** aliquo **m***Rom.* simili] siue **ms***Rom.* siue in **A**^{2}**c** oppidulo *secl. Graeuius, alii cfr Funaioli, Arch. Woelffl.* XIII *p.* 334 5 gratus **M**^{1}**OPR**, *corr.* **M**^{2}**c**^{S} non *om.* **P** 7 Adriatico **A**^{2}**c**, *corr.* **C** 8 fretensi] fretensi tensi **Z**^{1} cretensi **M***corr.***msOIA**^{2}**c***Rom.* siculo **E**^{2} (*in marg.*) 11 cum] quem **M**^{1} praeclara *uulg.*: declara **MmEOPI** de clara **bdsR***Rom.* det clara **A**^{2}**c** συνοδία *uulg.*: synodia *codd. et uett. edd.* 12 Curio ... quibus *p.* 88, 6 *om.* **E** me cum uisit **M**^{2}**c**^{S}**I** (mecum **I**) 13 offensionem *et* defidens **M**^{1} 15 Vinctum **M**^{1} fuisse uideo **M**^{1}**I** 17 spero **MbdsOPRIC** uideo **mA**^{2}**c***Rom.* 18 a *add. Lambinus*: *om.* **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* 19 sed fortuna a natura **O**^{1}**PR** non **M**^{1} disciplinam **MO** 20 regemus *Ernestius, recc. edd.* 21 oppiis **O**^{1}**PRIA**^{2}**c** oppio **ΔO**^{2}*Rom.* uellensibus **ΔOPR***Rom.* (*sed* pell- **bs**, dell- **d**) uelensibus **IA**^{2}**c** cum **OPRIA**^{2}**c** quem **Δ***Rom.*

uidebis. Epirum nostram putabimus, sed alios cursus uide⟨b⟩amur habituri.

VIII

CICERO ATTICO SAL.

1 Et res ipsa monebat et tu ostenderas et ego uidebam de iis rebus, quas intercipi periculosum esset, finem inter nos scribendi fieri tempus esse; sed cum ad me saepe mea Tullia scribat orans, ut quid in Hispania geratur exspectem, et semper adscribat idem uideri tibi idque ipse etiam ex tuis litteris intellexerim, non puto esse alienum me ad te, quid de ea re sentiam, scribere.

2 Consilium istuc tunc esset prudens, ut mihi uidetur, si nostras rationes ad Hispaniensem casum accommodaturi essemus; quod fieri ⟨nequit⟩. necesse est enim aut, id quod maxime uelim, pelli istum ab Hispania aut trahi id bellum aut istum, ut confidere uidetur, apprehendere Hispanias. si pelletur, quam gratus aut quam honestus tum erit ad Pompeium noster aduentus, cum ipsum Curionem ad eum transiturum putem? si trahitur bellum, quid exspectem aut quam diu? relinquitur, ut, si uincimur in Hispania, quiescamus. id ego contra puto. istum enim uictorem magis relinquendum puto quam uictum et dubitantem magis quam fidentem suis rebus. nam caedem uideo, si uicerit, et impetum in priuatorum pecunias et exsulum reditum et tabulas nouas et turpissimorum honores et regnum non modo Ro-

1 nostram **A**^{2}c*Rom.* nostrum **bdsOPI** nr̄m **MmR** putabamus **A**^{2}c *om.* **bs** uidebamur **A**^{2}c*Rom.* uideamur **MbdmOPI**, *ex* -ebimur **R** uidemur **s** 2 Vale *add.* **PIA**^{2}c*Rom.*

EP. VIII. *Deest* **E** 6 de iis **mO***Rom.* de hiis **R** denis **M**^{1} de his **M**^{2}c^s, *rell.* esse **M**^{1}**O**^{1} 9 adscribam **M**^{1}**O**^{1}**R** 10 ad] a **M**^{1}**mOR**

12 istuc **O**^{1}**PR** istud *rell., uulg.* *cfr* VII 9, 3; XII 5 a 13 nostr(a)e **MbdO**^{2} ad *om.* **M**^{1} 14 *post* fieri *add.* non debet **PI**, dicitis oportere **A**^{2}c*Rom.*, nequit *H. A. Kochius Zeitschr. f. d. G.-W.* XIV (*a.* 1860) *p.* 883, *Lahmeyerus Philol.* XXI (*a.* 1864) *p.* 291 *n.* *om.* **ΔOR** *alii aliter*

necesse est] nec est **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}l' 15 ad hispaniam **M**^{1}**O**^{1} 19 si] si cum **M**^{1}**O**^{1} si trahitur] *cfr Lebretonius 'Études' p.* 189 aut] ut **M**^{1}

mano homini sed ne Persae quidem cuiquam tolerabile.
tacita esse poterit [id] indignitas nostra? pati poterunt oculi 3
me cum Gabinio sententiam dicere, et quidem illum rogari prius? praesto esse clientem tuum Clodium, C. Atei Plaguleium, ceteros? sed cur inimicos conligo, qui meos necessarios a me defensos nec uidere in curia sine dolore nec uersari inter eos sine dedecore potero? quid, si ne id quidem est exploratum, fore ut mihi liceat? scribunt enim ad me amici eius me illi nullo modo satis fecisse, quod in senatu⟨m⟩ non uenerim. tamenne dubitemus, an ei nos etiam cum periculo uenditemus, quicum coniuncti[o]ne cum praemio
quidem uolu⟨i⟩mus esse? deinde hoc uide, non esse iudi- 4
cium de tota contentione in Hispaniis, nisi forte iis amissis arma Pompeium abiecturum putas, cuius omne consilium Themistocleum est. existimat enim, qui mare teneat, eum necesse ⟨esse⟩ rerum potiri. itaque [qui] numquam id egit, ut Hispaniae per se tenerentur; naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. nauigabit igitur, cum erit tempus, maximis classibus et ad Italiam accedet, in qua nos sedentes quid erimus? nam medios esse iam non licebit. classibus aduersabimur igitur? quod maius scelus aut tantum deni-

1 per se **M^{1}bdOPI** 2 tacita **ΔORIA^{2}c***Rom.* tanta **PZ^1**, *alii cfr Muell. ad l., Naegelsb. Stil.^{9} p.* 88 indignitas *Victorius*: id indignitas **M^{1}Z^1** in id dignitas **M***corr., rell.* mea **O^{2}IA^{2}c**, *corr.* **C** poterunt **msA^{2}c***Rom.* poterint **P** potuerint **MbdORI** 4 clodium **bsO^2** cloelium **Mdm** *Rom.* cloclium **PR** Chloelium **IA^{2}c** C. Ateij *Bosius*: cateli **ΔOP***Rom.* (-uli **s**) Catelli **RIA^{2}c** 7 sine *om.* **M^1**, *add.* **M^2** si ne] sine **M^{1}dR** quidem] quid **Mbd** 9 senatum **bdsIA^{2}c** senatu **MmOPR***Rom.* 10 uenerim **M^{2}c^{s}bdmsO^{2}IA^{2}c***Rom.* uenirem **M^{1}O^{1}PR** *cfr p.* 77, 5 ei *uulg.*: ut **bd^{1}s** et *rell.* 11 uenditemus **C** uendicemus **ΔORIA^2***Rom.* uindicemus **Pc** quicum] qui cum **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* (*sed* quum **c**) coniuncti ne *Heruagius*: coniunctione **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* cum] tum **sA^{2}c** *Rom.* 12 uoluimus *Manutius*: uolumus **ΔOR***Rom.* nolumus **PIA^{2}c** 13 nisi forte iis amissis] misi sorteus malis sis **M^1**, *corr.* **M^2** 16 esse *Lambinus*: *om.* **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* itaque *Schuetzius*: itaque qui **M^1(?)bdmsOPRIA^{2}c***Rom.* itque que **M^1(?)** ita que (*uix* quem) **M***corr.* 17 ei] et **M^{1}O^1** 18 cura *om.* **M^{1}O** nauigauit **M^{1}O** nauigabat **R** 21 aduersauimur **M^1** quod maius scelus aut tantum *Malaspina*:

que? quid turpius? † aninual de hic in absentis solus tuli scelus, eiusdem cum Pompeio et cum reliquis principibus
5 non feram? quod si iam misso officio periculi ratio habenda est, ab illis est periculum, si peccaro, ab hoc, si recte fecero, nec ullum in his malis consilium periculo uacuum inueniri potest, ut non sit dubium, quin turpiter facere cum periculo fugiamus, quod fugeremus etiam cum salute[m]. non simul cum Pompeio mare transi[er]imus. omnino ⟨non⟩ potuimus; exstat ratio dierum. sed tamen — fateamur enim, quod est — ne con⟨ten⟩dimus quidem, ut possemus. fefellit ea m⟨e⟩ res, quae fortasse non debuit, sed fefellit: pacem putaui fore. quae si esset, iratum mihi Caesarem esse, cum idem amicus esset Pompeio, nolui; senseram enim, quam idem essent. hoc uerens in hanc tarditatem incidi. sed assequor
6 omnia, si propero; si cunctor, amitto. et tamen, mi Attice, auguria quoque me incitant quaedam spe non dubia, nec

quod malus scilicet tantum **M^{1}ORZ^l** (maius **Z$^\beta$**; tamen **R**; l' maius l' malum **M^2**) quod maius scilicet tantum **bdms***Rom.* quod malum scilicet tum **P** quod malum maius scilicet tantum **IA^{2}c** 1 quid] an quid **Z^l**(?) aninual de hic **M^1** an in ualde hic **M^2**l'**bdmZ$^\beta$IA^{2}c***Rom.* (*sed* ni **IA^{2}c**, tu **b**; hinc **Z$^\beta$**) an cum ualde hic **s** an inualide hic **O** animal de hic **PR** (dehinc **P**) anni ualde hic, an qui ualde hinc (*om. sequ.* in), animal de hic (*om.* in) *codd. Mal.* in absenti **I** in absentia **A^{2}c** an, cuius adhuc in absentis *Maduigius Adu. crit.* III *p.* 185 *alii aliter, cfr Muell. ad l.* 6 turpiter facere *om.* **A^{2}c***Rom.* 7 salute **PIA^{2}c** salutem **MbdmOR***Rom.* saltem **s** 8 transiimus *Nipperdeyus Opusc. p.* 457: transierimus **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* *alii aliquid excidisse suspicantur, uelut* ⟨Nam si quis reprehenderit, quod⟩ non *eqs. Kochius l. l. p.* 277 *coll.* VIII 12, 3 non *Manutius*: *om.* **ΔOR***Rom.*, *ante* omnino *add.* **PIA^{2}c** *cfr ad* IX 5, 2 10 contendimus *Nipp. l. l.*: condimus **ΔORC***Rom.* condamus **PIA^{2}c** possemus *Nipp. l. l.*: possimus **ΔOPRIC***Rom.* possumus **A^{2}c** ea me *Bosius*: eam **M^{1}O^{1}Z^b** ea **M***corr.***bdmsPRIA^{2}c***Rom.* enim **O^2** 11 debui sed **O** debuisset **M^1** fefellit quod pacem **IA^{2}c** 12 iratum **A^{2}c***Rom.* rata **ΔOPRI** 13 esse **M^{1}sO^1** iidem **bdsIA^{2}c** 14 esset **O^{1}P** esse **M^1** uerens **M^{1}mO^{1}R***codd. Mal. Rom.* uereris **M***corr.***bdsO^2** ueritus **PIA^{2}c** *cfr Antibarb. s. u.* uereri incidis. sed **bds** incidisset **M^1**, *corr.* **M^2** incidisses **R** assequor *Bosius*: assequar **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* *cfr Lebretonius 'Études' p.* 190 16 qu(a)edam **OPR***Rom.* quadam **ΔIA^{2}c** *uulg.* nec **M^{1}OPR** non **M***corr.***bdmsIA^{2}c***Rom.*

haec collegii nostri ab Att[ic]o sed illa Platonis de tyrannis. nullo enim modo posse uideo stare istum diutius, quin ipse per se etiam languentibus nobis concidat, quippe qui florentis⟨simus⟩ ac nouus VI, VII diebus ipsi illi egenti ac perditae multitudini in odium acerbissimum uenerit, qui duarum rerum simulationem tam cito amiserit, mansuetudinis in Metello, diuitiarum in aerario. iam quibus utatur uel sociis uel ministris? ii prouincias, ii rem p. regent, quorum nemo duo menses potuit patrimonium suum gubernare?

Non sunt omnia colligenda, quae tu acutissime per- 7
spicis, sed tamen ea pone ante oculos: iam intelleges id regnum uix semestre esse posse. quod si me fefellerit, feram, sicut multi clarissimi homines in re p. excellentes tulerunt, nisi forte me Sardanapali uicem in suo lectulo mori malle censueris quam exsilio Themistocleo. qui cum fuisset, ut ait Thucydides, τῶν μὲν παρόντων δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, τῶν δὲ μελλόντων ἐς πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής, tamen incidit in eos casus,

1 Atto *Orellius*: Attico **ΔOPR***codd.Mal.***IA**^{2}**c***Rom.* *cfr Plat. de re p.* VIII 562 c, *Cic. de re p.* I 43, 66 2 iste **M**^{1}**O** 4 florentissimus ac nouus VI, VII *Manutius*: florentis ac nouos ut uti **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* (*sed* aut *pro* ac **m***Rom.*, uti ut **PR**) egentia **M**^{1} perditi **MO** 5 uenerit *Corradus*: ueniret **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* *cfr p.* 75, 10 6 tamen **M**^{1}**OR** 7 aerario *Victorius*: af(f)ranio **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* utetur *Kayserus, Maduigius l. l.* 8 socius **M**^{1} ii ... ii *Madu. l. l.*: si ... si **M**^{1}**OP** si ii (hi) ... si ii (hi) **M**^{2}**bdms***Rom.* si ii ... si **RIA**^{2}**c** 9 duo **M**^{1}**m**^{1}**OR** duos *rell.* *cfr* IX 11 A, 2 11 intelliges id] intelligent (*ut uid.*) **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} intelliges **O**^{2}**PR** 12 semenstre **MmO** 14 Sardanapali **MPZ**^{l}**IA**^{2}**c** Sardanapalli **bdmsOR***Rom.* uice **IA**^{2}**c** in suo l. (mori) *nonnullis suspectum; cfr Comm. Tull. p.* 158 15 male **M**^{1}**OR** censueris **PIA**^{2}**c** censuerint **Z**^{b} censuerunt **ΔOR***Rom.* exilio] ex illo **M**^{1}**O**^{1}**P**

16 *Thuc.* I 138, 4 TONMЄMΠaPONTa **M**^{1}**PR** (-MЄΠ- **PR**) τῶν μὲν παραχρῆμα **M***corr.***bdmsO***Rom.*, *item* **A**^{2}**c**, *Thuc.*, *sed* τῶν τε ЄaXICTOI **M**^{1}**PR** 17 κράτιστος γνώμων] ΠaTЄICΘYCTNωaI **M**^{1} ΠaTЄICΘYCTHωΛI (Na-) **PR** TωNaЄMЄaωN **M**^{1}**PR** (-aON **P**) καὶ τῶν μελλόντων **M***corr.***bdmsOA**^{2}**c***Rom.*, *Thuc.* ЄCΠaЄICTω **M**^{1}**PR** (-TO **P**) ἐπὶ πλεῖστον **M***corr.***bdmsOA**^{2}**c***Rom.*, *Thuc.* 17—18 TOYTЄNICωNЄNOYaPICTO **M**^{1}**R** (-TЄΠIC- **R**) TOYTЄΠICONЄNOPaYICTO **P** *adscr.* inopinate incidentium per angustiam consilii optimus cognitor et futurorum longe preteriti optimus coniectator **M***corr.***ds**

quos uitasset, si eum nihil fefellisset. etsi is erat, ut ait idem, qui τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι ἑώρα μάλιστα, tamen non uidit, nec quo modo Lacedaemoniorum nec quo modo suorum ciuium inuidiam effugeret nec quid Artaxerxi polliceretur. non fuisset [et] illa nox tam acerba Africano, sapientissimo uiro, non tam dirus ille dies Sullanus callidissimo uiro C. Mario, si nihil utrumque eorum fefellisset. nos tamen hoc confirmamus illo augurio, quo dixi-
8 mus, nec nos fallit nec aliter accidet. corruat iste necesse est aut per aduersarios aut ipse per se, qui quidem sibi est aduersarius unus acerrimus. id spero uiuis nobis fore. quamquam tempus est nos de illa perpetua iam, non de hac exigua uita cogitare. sin quid acciderit maturius, haud sane mea multum interfuerit, utrum factum uideam an futurum esse multo ante uiderim. quae cum ita sint, non est committendum, ut iis paream, quos contra me senatus, ne quid res p. detrimenti acciperet, armauit.

9 Tibi sunt omnia commendata; quae commendationis meae pro tuo in nos amore non indigent. ne hercule ego quidem reperio, quid scribam; sedeo enim πλουδοκῶν. etsi nihil umquam tam fuit scribendum quam nihil mihi umquam

1 si . . . erat *om.* **m***Rom.* 2 ΤΟΛΜΙΝΟΝΚaΤΤΟ **MR** (aMIN- **R**) ΤΟΛΜΗΝΟVΚaΤΙΟ **P** τό τε ἄμ. ἢ χ. *Thuc.* ЄΝΤΟΙaΦaΝЄΙCΤΙ **M**^{1}**PR** ἐν τοῖς ἀφανέσιν **M***corr.***bdmsA**^{2}**c** (*sed* -άνοισ- **s**; -εῖ ἔτι *superscr.* **M***corr.*) προεώρα **OA**^{2}**c**, *Thuc.* 3 ΜaΜCΤa **M**^{1}**PR** *adscr.* satius et peius in obscuris uidebat plurimum **M***corr.***ds** 5 artaxersi **MdPR** polliceretur **M***corr.***bdsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* pollicetur **M**^{1}**mO**^{1}**PR** fuisset **s** fuisse et **M**^{1}**O** fuisset et **M**^{2}, *rell.* 7 si] se **M**^{1}**O**^{1} 8 tam **MO** quod **msA**^{2}**c** *Rom.* *cfr p.* 21, 2; *C. M.* 16, 56; *Plasbergius ad Luc.* 2, 4; *Foersterus 'Festschrift Mueller'* (*a.* 1900) *p.* 178 9 accidet *Manutius*: accidit **ΔOPRIA**^{2}**c** *Rom.* *cfr p.* 56, 14 ista **M**^{1}**O**^{1} 10 qui *om.* **M**^{1}**O**^{1} 13 haud] aut **M**^{1}**R** haud sane *om.* **O**^{1} 14 factum **M***corr.***bdsm***Rom.* factum fiat **M**^{1}**O**^{1} factum fuerit **PRA**^{2}**c** factum fuit **I** 15 futuram **MbdO** 16 paream **M**^{1}**OPRC** pareamus **M**^{2}, *rell.* 19 egent **m***Rom.* nec *Hofmannus, recc. edd.* *cfr* XIII 10, 3 ego *om.* **IA**^{2}**c** 20 πλουδοκῶν **C** ΠaΟΓΔΟΚωΝ **Mm** ΠΛΟΧΟωΚΟV **P** ΠΟΑΧΑΟΚωΗ **R** πλουτοδοκῶν **A**^{2}**c** *om.* **bds***Rom.* 21 tam **ΔIA**^{2}**c***Rom.* iam **OPR** mihi umquam] minus quam **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}

ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse quam quod meam Tulliam suauissime diligentissimeque coluisti. ualde eo ipsa delectata est, ego autem non minus. cuius quidem uirtus mirifica. quo modo illa fert publicam cladem, quo modo domesticas tricas! quantus autem animus in discessu nostro! est στοργή, est summa σύντηξις. tamen nos recte facere et bene audire uult. sed hac super re ⟨ni⟩mis, ne 10
meam ipse συμπάθειαν iam euocem.

Tu, si quid de Hispaniis certius et si quid aliud, dum adsumus, scribes, et ego fortasse discedens dabo ad te aliquid, eo etiam magis, quod Tullia te non putabat hoc tempore ex Italia. cum An⟨ton⟩io item est agendum, ut cum Curione, Melitae me uelle esse, huic bello nolle interesse. eo uelim tam facili ut⟨i⟩ possim et tam bono in me quam Curione. is ad Misenum VI Non. uenturus dicebatur, id est hodie. sed praemisit mihi odiosas litteras hoc exemplo.

1 tuis plurimis **bds** accidisset **M**^{1}**OPR** 6 est . . . est *Lambinus*: sit . . . sit **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* στοργῆς **M***corr.***dmsOA**^{2}**c***Rom.* CTOPTHC **M**^{1} CTPOTHC **PR** (-TIC **P**) *om.* **b** *adscr.* pietatis **M***corr.***ds** σύντηξις *om.* **bds***Rom.* 7 re nimis **A**^{2}**c** remis **ΔO**^{2}**PRI***Rom.* re ne nimis *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 109, *alii, sed cfr Madu. de fin.* V 3, 8 ne meam] nec uitam **m***Rom.* 8 συμπάθειαν **c** sim ΠaeIaN **Mm PR** sim (*sequ. spat.*) **bd***Rom.*(*om. spat.*)**s** *om.* **IA**^{2} (*spat.*) 10 absumus **bds** scribito **P** scribis **R** 11—12 ex Italia hoc tempore **IA**^{2}**c** antonio **sIA**^{2}**c***Rom.* anio **MbdmR** annio **O** a (*spat.*) **P** 13 Curionem **M**^{1} uelle **O**^{1}**PR**, *Orellius*: uellet **M**^{1}**bdm**^{1}**O**^{2}**I** uelit **m**^{2}**s A**^{2}**c***Rom.* bello **m**^{2}**sO**^{2}**PRIA**^{2}**c***Rom.* libello **Mbdm**^{1}**O**^{1} ciuili bello *Wesenb. Em. alt. p.* 121 nolo **IA**^{2}**c** 14 uti **IA**^{2}**c** ut **ΔOPR***Rom.* possim **bP**, *Muellerus Philol.* XIX (*a.* 1863) *p.* 625: possem *rell.* posse *alii*; *cfr Bootius ad l.* 15 Curione. is *Beroaldus*: curionis **M**^{1}**O**^{1} *codd. Mal.* (*ut uid.*) curionis. is **bdmsPR***Rom.* curio. is **M***corr.***O**^{2}**IA**^{2}**c** VI] ut **bd** VII **s** 16 litteras *om.* **m***Rom.*

A

ANTONIVS TR. Pl. PRO PR. CICERONI IMP. SAL.

Antonius 1 Nisi te ualde amarem, et multo quidem plus, quam tu putas, non extimuissem rumorem, qui de te prolatus est, cum praesertim falsum esse existimarem. sed quia te nimio plus diligo, non possum dissimulare mihi famam quoque, quamuis sit falsa, falsam agnoscere magni esse. trans mare credere non possum, cum tanti facias Dolabellam, Tulliam tuam, feminam lectissimam, tantique ab omnibus nobis fias; quibus mehercule dignitas amplitudoque tua paene carior est quam tibi ipsi. sed tamen non sum arbitratus esse amici non commoueri etiam improborum sermone, atque eo feci studiosius, quod iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra, quae magis a zelotypia mea quam ab iniuria tua nata est. sic enim uolo te tibi persuadere, mihi neminem esse cariorem te excepto Caesare meo meque illud una iudicare, Caesarem maxime in suis M. Ciceronem reponere.

2 Qua re, mi Cicero, te rogo, ut tibi omnia integra serues, eius fidem improbes, qui tibi, ut beneficium daret, prius iniuriam fecit, contra ne profugias, qui te, etsi non amabit — quod accidere non potest —, tamen saluum amplissimumque esse cupiet.

EP. VIII A. *Deest* **E** 2 PL. *om.* **OA^{2}c** PRO *om.* **A^2** PR.] P. R. (p. r.) **MbdmOPA^{2}c** ppl'o.ro. **R** Po.Ro. *Rom.* *inscr. om.* **I** *cfr ad p.* 14, 17 5 esse *om.* **c** 6 mihi famam] infamiam **IA^{2}c** 7 falsa falsam agnoscere **Z^b** falsam agnosce **M^1**, *sed lineola nas.* (-m) *deleta, item* agnosce *linea transuersa* falsa **M***corr.***bdmsOPRIA^{2}c***Rom.* magni **M***corr.* **bdmsZ^b***Rom.* magno **M^{1}OPRI** in animo **M^4** Nauigio **A^{2}c** *post* esse *add.* te iturum **PIA^{2}c** (te iturum esse *alii*), te *Rom.* *om.* **ΔOR** *cfr* II 1, 5; X 4, 8; 8, 10; *ep.* IX 7, 2 9 Dolabellam et Tulliam **A^{2}c** *de asyndeto cfr* VII 21, 3; XII 27, 3 letissimam **M^{1}bdP^1***Rom.* 10 fiat **M^{1}bdO** designatas **M^1**, *corr.* **M^2** 12 commouerit **M^1** 15 zelotypia **Ic** zelotipia **ΔOPR***Rom.* (*sed* -pea **M***corr.*, çe- **M^{2}s**) ζηλοτυπίᾳ **A^2**, *Crat. ind. Gr.* 17 meo meque illud una iudicare **C** *om.* **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* Caesarem *om.* **M^{1}O**, *add.* **M^2** 20 seruis **M^{1}O^1** 21 ne **ΔO***Rom.* eum ne **PRIA^{2}c**

Dedita opera ad te Calpurnium, familiarissimum meum, misi, ut mihi magnae curae tuam uitam ac dignitatem esse scires. *Antonius*

Eodem die a Caesare Philotimus attulit hoc exemplo:

B

CAESAR IMP. SAL. D. CICERONI IMP.

Etsi te nihil temere, nihil imprudenter facturum iudi- 1 *Caesar*
caram, tamen permotus hominum fama scribendum ad te existimaui et pro nostra beneuolentia petendum, ne quo progredereris proclinata iam re, quo integra etiam progrediendum tibi non existimasses. namque et amicitiae grauiorem iniuriam feceris et tibi minus commode consulueris, si non fortunae obsecutus uideberis — omnia enim secundissima nobis, aduersissima illis accidisse uidentur —, nec causam secutus — eadem enim tum fuit, cum ab eorum consiliis abesse iudicasti —, sed meum aliquod factum condemnauisse, quo mihi grauius abs te nil accidere potest. quod ne facias, pro iure nostrae amicitiae a te peto. postre- 2
mo, quid uiro bono et quieto et bono ciui magis conuenit quam abesse a ciuilibus controuersiis? quod non nulli cum probarent, periculi causa sequi non potuerunt; tu

1 dedit $\mathbf{M}^1$ familiarissimumque $\mathbf{M}^1\mathbf{O}^1$ meum] eum $\mathbf{M}^1\mathbf{O}^1$(?) *om.* **R** 3 Vale *add.* $\mathbf{A}^2$**c** 4 attulit $\mathbf{M}^1$**mOPR***Rom.*, *codd. Bosi* litteras attulit $\mathbf{M}^2$**bdsI**$\mathbf{A}^2$**c** (*sed* litteras *del.* **M***corr.*) *cfr* IX 14, 1; XV 5, 1 EP. VIII B *habet etiam* **H** *deest* **E** 6 d. Cic. imp. *om.* $\mathbf{M}^1$, *add.* $\mathbf{M}^2$ CAESAR IMP. M. T. CICERONI IMP(E). S. $\mathbf{A}^2$**c** *om.* **I** *cfr ad p.* 14, 17 7 iudicarem **bdsH** 10 proclinata **Mbd**$\mathbf{O}^2$**PRIC** inclinata **msH**$\mathbf{O}^1\mathbf{A}^2$**c***Rom.* quo $\mathbf{M}^1$**OR** qua **M***corr.*, *rell.* etiam *om.* **OPR** 12 commodi **m**$\mathbf{O}^2$**PRI***Rom.* consulueris **M***corr.***bdsOA**^{2}**c** consueueris $\mathbf{M}^1$**m** consueris *Rom.* consciueris **PRI** *post* cons. *add.* quod minus placet $\mathbf{A}^2$**c** 13 uideberis $\mathbf{M}^4$(*uix* -re)**bdsH** ut deberes $\mathbf{M}^1$**mO***Rom.* fueris ut debes **PRI**$\mathbf{A}^2$**c** (-beres **R**) uidebere *Vict.* 16 condemnauisse $\mathbf{M}^2$**mO** *Rom.* condemnabis se $\mathbf{M}^1$ condempnabis si **R** condemnabis **P** condemnasse **bdsI**$\mathbf{A}^2$**c** condemnasti **H** 17 abs te] obstent $\mathbf{M}^1$, *corr.* $\mathbf{M}^2$ nil $\mathbf{M}^1$**mI**$\mathbf{A}^2$**c** nihil *rell.* 18 puto $\mathbf{M}^1$ 21 cum probarent] comprobarent $\mathbf{M}^1$**HR** causam $\mathbf{M}^1$ tu] quo $\mathbf{M}^1\mathbf{O}^1$ quo et **R**

6 *Sjögren.*

Caesar explorato et uitae meae testimonio et amicitiae iudicio neque tutius neque honestius reperies quicquam quam ab omni contentione abesse. xv Kal. Mai. ex itinere.

IX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Aduentus Philotimi — at cuius hominis, quam insulsi
et quam saepe pro Pompeio mentientis! — exanimauit
omnis, qui mecum erant; nam ipse obdurui. dubitabat
nostrum nemo, quin Caesar itinera repressisset: uolare di-
citur; Petreius cum Afranio coniunxisse⟨t se⟩: nihil adfert
eius modi. quid quaeris? etiam illud erat persuasum, Pom-
peium cum magnis copiis iter in Germaniam per Illyricum
fecisse; id enim αὐϑεντικῶς nuntiabatur. Melitam igitur,
opinor, capessamus, dum quid in Hispania[m]; quod quidem
prope modum uideor ex Caesaris litteris ipsius uoluntate
facere posse, qui negat neque honestius neque tutius mihi
2 quicquam esse quam ab omni contentione abesse. dices:
ubi ergo tuus ille animus, quem proximis litteris? adest et
idem est; sed utinam meo solum capite decernerem! lacrimae
meorum me interdum molliunt precantium, ut de Hispaniis
exspectemus. M. Caeli quidem epistulam scriptam misera-
biliter, cum hoc idem obsecraret, ut exspectarem, ne for-

1 et plorato **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 3 omne contentionem **M**^{1} *post* abesse *add.* Vale **HPIA**^{2}**c** *a uerbis* xv . . . itinere *incipit ep.* IX *in* **PI A**^{2}**c** (*sed* Quintodecimo **IA**^{2}**c**)

EP. IX. *Deest* **E** *cum superiore coniungunt* **ΔOR***Rom.* 6 at] ad **M**^{1} et **bs** 8 omnes **bdsP** dubitabat **P**, *Vict.*: dubitabit **M**^{1}**OR** dubitauit **M**^{2}**bdms***Rom.* dubitauitque **IA**^{2}**c** *cfr p.* 67, 10 9 repressisset] repressisset tuo **M**^{1} reprehendisset **P** oppressisset **bdsR** (*suprascr.* re **R**)

10 coniunxisset se *Bosius*: coniunxisse **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* 11 Pompeio **M**^{1}**O**^{1} 12 in] inter **M**^{1} Galliam *nescio quis ap. Corradum* (*coll.* X 6, 3), *alii* 13 αὐϑεντικῶς *om.* **bs***Rom.* (*spat.* **b***Rom.*) 14 ut opinor **ms***Rom.* capessamus **MmOPR** *codd. Mal. Rom.* capessemus **bds IA**^{2}**c** quid **F** quod *rell.* *cfr* IX 16, 1 Hispania **IA**^{2}**c** Hispaniam **ΔOPR***Rom.* 17 abesse] quicquam esse **M**^{1} 18 ergo tuus ille **Z**^{b}**b** *codd. Mal.* ille ergo tuus **MdmsOPRIA**^{2}**c***Rom.* 21 miserabiter **M** 22 obsecrare **M**^{1}

tunas meas, ne unicam filiam, ne meos omnis tam temere proderem, non sine magno fletu legerunt pueri nostri. etsi meus quidem est fortior eoque ipso uehementius commouet nec quicquam nisi de dignatione laborat.

Melitam igitur, deinde quo uidebitur. tu tamen etiam 3 nunc mihi aliquid litterarum, et maxime si quid ab Afranio. ego, si cum Antonio locutus ero, scribam ad te, quid actum sit. ero tamen in credendo, ut mones, cautus; nam occultandi ratio cum difficilis tum etiam periculosa est. Seruium exspecto ad Nonas; et adigit ⟨it⟩a Postumia et Serui⟨us⟩ fili⟨us⟩. quartanam leuiorem esse gaudeo. misi ad te Caeli etiam litterarum exemplum.

A

CAELIUS CICERONI SAL.

Exanimatus tuis litteris, quibus te nihil nisi triste 1 *Caelius* cogitare ostendisti neque id quid esset perscripsisti neque non tamen, quale esset quod cogitares, aperuisti, has ad te ilico litteras scripsi.

Per fortunas tuas, Cicero, per liberos te oro et obsecro, ne quid grauius de salute et incolumitate tua consulas. nam deos hominesque amicitiamque nostram testificor me tibi praedixisse neque temere monuisse sed, postquam Caesarem conuenerim sententiamque eius, qualis futura esset

1 unicum filium *cum Corrado et Manutio coll. ep. Caeli* § 2 (*p.* 84, 6) *plerique edd.* 4 de dignatione **OPRI** dedignatione *rell.* 5 quo **FP** quod **ΔO**^{2}(?)**IA**^{2}**c***Rom.* cum **R** 8 in edendo **M**^{2}c^s (*del.*) 9 Serbium **M**^{1}**O**^{1}**PR** 10 adigit ita *Bosius*: adi(i)cit a **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* *cfr* X 10, 4 et] Sed et **IA**^{2}**c** Seruius filius *Bosius*: Serui(i) fili(i) **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* (*sed* Serbi **M**^{1}**O**^{1}**PR**) 12 Vale *add.* **IA**^{2}**c**

EP. IX A. *Alterum huius ep. exemplum est in cod. Med.* 49, 9, *qui epp. ad familiares, quae uocantur, continet; est ep.* VIII 16 **F** = *cod. Med.* 49, 9 15 tuis] sum tuis **F** nihil nisi **FPIA**^{2}**c** nihil **M**^{1}**OR** non nihil **M**^{2}**bdms***Rom.* triste *om.* **bs** 16 quid **F** quod *rell., sed* per quod **C** perscripsisti neque] perscripsi **F** 17 cogitares] cognita res **F** 18 ilico **M**^{1}**FI** illico **M***corr.*, *rell.* 19 te oro et] et oro et **P** oro **F** *cfr* XI 2, 3; *ep.* IV 13, 7 22 praedixi **F** 23 conuenirem **M**^{1}**O**^{1} futura] fuerat **F**

Caelius parta uictoria, cognorim, te certiorem fecisse. si existimas eandem rationem fore Caesaris in dimittendis aduersariis et condicionibus ferendis, erras. nihil nisi atrox et saeuum cogitat atque etiam loquitur; iratus senatui exiit; his intercessionibus plane incitatus est; non me hercules erit depre-
2 cationi locus. qua re si tibi tu, si filius unicus, si domus, si spes tuae reliquae tibi carae sunt, si aliquid apud te nos, si uir optimus, gener tuus, ualemus, quorum fortunam non debes uelle conturbare, ut eam causam, in quoius uictoria salus nostra est, odisse aut relinquere cogamur aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus —; denique illud cogita, quod offensae fuerit in ista cunctatione, te subisse; nunc te contra uictorem Caesarem facere, quem dubiis rebus laedere noluisti, et ad eos fugatos accedere, quos resistentis sequi nolueris, summae stultitiae est: uide ne, dum pudet te parum optimatem esse, parum
3 diligenter, quid optimum sit, eligas. quod si totum tibi persuadere non possum, saltem, dum quid de Hispaniis agamus scitur, exspecta, quas tibi nuntio aduentu Caesaris fore nostras. quam isti spem habeant amissis Hispaniis, nescio; quod porro tuum consilium sit ad desperatos accedere, non medius fidius reperio.

1 parta] partha uicta **F** cognouerim **F** *cfr Burg De Caelii Rufi gen. dic. p.* 12 2 fore **msFIA^{2}c***Rom.* forte **MbdOPR** 4 exiit his **O^2** exit. his **bdms***Rom.* exit. iis (*uel* hiis) **M***corr.* exithes **M^{1}R** exilit his **F** existit **P** existit. his **IA^{2}c** 5 me hercules **MmPR** me hercule **O** mehercule **bdsIA^{2}c***Rom.* *om.* **F** depraecatio **F** 7 curae **C** 8 ualet **F** *cfr Becher Üb. d. Sprachgebr. d. Caelius* (*Progr. Nordhaus. a.* 1888) *p.* 23 eorum **IA^{2}c** 9 uel **M^1** quoius **F** cuius *rell.* 10 odiose **M^1** odio se **O^1** 11 *cfr Hofm.-Sternk. ad l.* habeamus denique, illud *eqs. Ramain 'Rev. de Phil.'* XXXII (*a.* 1908) *p.* 305 12 quot **M***corr.***bd^{1}m^{1}sPA^{2}c***Rom.* defense **M^{1}d^{2}m^{2}O^1**(?)**R***Rom.* fuerit **FI** fuerint **MdmORA^{2}c** fuerunt **bs***Rom.* fiunt **P** 13 subisse **sF** subesse *rell.* Caesarem *om.* **F** 15 quos] quod **M^{1}F**, *corr.* **M^{2}c^s** resistentis sequi **M^{2}c^{s}mOFIA^{2}c***Rom.* resistentisse qui **M^1** resistentes sequi **bdsPR** 17 quid **F** quod *rell.* *cfr ad* IX 16, 1 18 hispaniis *aut* -nis *codd., item u.* 20, *ubi* -nii **F** 19 agatur **A^{2}c**, *corr.* **C** 21 quod **bO^{1}PRFA^{2}c** quid **MdmsO^{2}I***Rom.*

Hoc, quod tu non dicendo mihi significasti, Caesar audierat ac, simul atque haue mihi dixit, statim, quid de te audisset, exposuit. negaui me scire, sed tamen ab eo petii, ut ad te litteras mitteret, quibus maxime ad remanendum commoueri posses. me secum in Hispaniam ducit. nam nisi ita faceret, ego, prius quam ad urbem accederem, ubicumque esses, ad te percurrissem et hoc a te praesens contendissem atque omni ui te retinuissem. 4 *Caelius*

Etiam atque etiam, Cicero, cogita, ne te tuosque omnis funditus euertas, ne te sciens prudensque eo demittas, unde exitum uides nullum esse. quod si te aut uoces optimatium commouent aut non nullorum hominum insolentiam et iactationem ferre non potes, eligas censeo aliquod oppidum uacuum a bello, dum haec decernuntur, quae iam erunt confecta. id si feceris, et ego te sapienter fecisse iudicabo et Caesarem non offendes. 5

X

CICERO ATTICO SAL.

Me caecum, qui haec ante non uiderim! misi ad te epistulam Antoni. ei cum ego saepissime scripsissem nihil me contra Caesaris rationes cogitare, meminisse me generi mei, meminisse amicitiae, potuisse, si aliter sentirem, esse 1

1 mihi] me M^1 *om.* **P** 2 haue **F** habe **MbdmOR** habet s*Rom.* habuit **PIA**^{2}c 3 exposuit **PFIA**^{2}c ea posuit *rell.* negauit **F** sed **F** *om. rell.* 4 petii **F** petiui *rell.* 6 prius ad urbem quam **IA**^{2}c 7 esses **ΔO**^{2}*Rom.* esse **F** tu esses **O**^{1}**PRIA**^{2}c a M^1 percurrissem **OPRFIA**^{2}c*Rom.* percucurrissem **ΔC** (peruic- M^1, -uri- **Md**), *alii* 8 ui te retinuissem] uitæ retinuissem **bdFI** utteret Inuissem M^1, *corr.* M^2 ui retinuissem te O^1 9 te] ue M^1 omnis **F** omnes *rell.* (-eis **A**^{2}c) 10 ne M^1**OPRFI** nec M^2, *rell.* demittas unde **mOPA**^{2}c*Rom.* demittasum de **F** dimittas unde **MbdsRI** 11 de exitu inuides M^1 14—15 iam erunt confecta. id si feceris **ΔO PRIA**^{2}c*Rom.* tam erunt confeceris **F** 15 et *om.* **A**^{2}c 16 Vale *add.* **IA**^{2}c*Rom.*

EP. X. *Deest* **E** 20 ei *Malaspina*: et **ΔOPRIA**^{2}c*Rom.* aequissime *Maduigius Adu. crit.* III *p.* 186, *sed monet Ziehenus Ephem. Tull. p.* 22. 38 *hunc locum a Cic. irato* ἐμφατικῶς *conscriptum esse*

cum Pompeio, me autem, quia cum lictoribus inuitus cursarem, abesse uelle nec id ipsum certum etiam nunc habere, uide, quam ad haec τυραννικῶς:

Antonius 2 Tuum consilium quam uerum est. nam qui se medium esse uult, in patria manet, qui proficiscitur, aliquid de altera utra parte iudicare uidetur. sed ego is non sum, qui statuere debeam, iure quis proficiscatur necne: partis mihi Caesar has imposuit, ne quem omnino discedere ex Italia paterer. qua re parui refert me probare cogitationem tuam, si nihil tamen tibi remittere possum. ad Caesarem mittas censeo et ab eo hoc petas. non dubito, quin impetraturus sis, cum praesertim te amicitiae nostrae rationem habiturum esse pollicearis.

3 Habes σκυτάλην Λακωνικήν. omnino excipiam hominem. erat autem v Nonas uenturus uesperi, id est hodie; cras igitur ad me fortasse ueniet. temptabo, audiam; nihil properare, missurum ad Caesarem. clam agam, cum paucissimis alicubi occultabor; κάρτει hinc istis inuitissimis euolabo, atque utinam ad Curionem! σύνες ὅ τοι λέγω. magnus dolor accessit. efficietur aliquid dignum nobis.

1 autem *om.* **M**^{1}**O**^{1} 3 uide **M**^{2}l'**bd**^{1}**msO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* fide **M**^{1}**d**^{2}**O**^{1} fidem **PR** τυραννικῶς **c**, *Victorius*: ΠαρΝΝΙΚωCΚ **MmP** (*sed* Παι- **m**, -ΚΟΚC **P**) ΠΑρΝΗΙΚωΚC **R** παρηνικῶς **Z**^{1} *om.* **bdsA**^{2}*Rom.* παραινετικῶς *uel* παροινικῶς *Lamb.*, *alii* 4 quam **M**^{2}l'**bd**^{1}**msO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* quia **M**^{1}**d**^{2}**O**^{1}**PR** *cfr* VII 15, 2; *Schmalz-Hofm. Synt. p.* 462 *sq.* 5 aliquid ... proficiscatur *om.* **O**^{1} 6 altera utra **Mdm** alterutra *rell.* 7 quis] qui **M**^{1} negne **M**^{1} partes **PR** 9 paterer] preterea **M**^{1}**O**^{1}, *corr.* **M**^{2} preter ea **PR** refer te me **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 10 se **M**^{1} 11 puta (*sic* **O**^{1}) ... imperaturus **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} interpretaturus **O** 14 *adscr.* fasces laconum **M***corr.***ds** 15 quinto **O** 16 audiam *Moserus*: audeam **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* *alii aliter, cfr Muell. ad l.* 17 clam agam *Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 175: clamabam **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* quom paucissime **M**^{1} 18 κάρτει *scripsi*: carti **M**^{1}**bdORZ**$^\beta$ cati **Z**^{b} (*errore typ.*) carptim **P** certe **M**^{2}**msIA**^{2}**c***Rom.* *sic uel* caute, furtim *sim. alii* *cfr Hom. Il.* XVII 322; *Hes. Theog.* 73 19 σύνες ὅ τοι λέγω *Cobetus Mnem. N. S.* VIII (*a.* 1880) *p.* 199 *coll. Plat. Phaedr.* 236 *D, Men.* 76 *D*: σύνες ὅτι λέγω **c** CINECωΤΘΙΛΕΤω (-ΑΕΤω) **MmR** *et eadem fere* **P** *om.* **bdsA**^{2}*Rom.* (*spat.* **bd***Rom.*) 20 dolor magnus **s***Rom.* *cfr Muell. ad l.*

Δυσουρία tua mihi ualde molesta; medere amabo, dum
est ἀρχή. de Massiliensibus gratae mihi tuae litterae. 4
quaeso ut sciam, quicquid audieris. Ocellam cuperem, si
possem palam, quod a Curione effeceram. hic ego Seruium
exspecto; rogor enim ab eius uxore et filio, et puto
opus esse. hic tamen Cytherida[m] secum lectica aperta 5
portat, alteram uxorem; septem praeterea coniunctae lec-
ticae amicarum, eae sunt amicorum. ⟨ui⟩de, quam turpi
leto pereamus, et dubita, si potes, quin ille, seu uictus seu
uictor redierit, caedem facturus sit. ego uero uel luntriculo,
si nauis non erit, eripiam me ex istorum parricidio. sed
plura scribam, cum illum conuenero.

Iuuenem nostrum non possum non amare, sed ab eo 6
nos non amari plane intellego. nihil ego uidi tam ἀνηθο-
ποίητον, tam a[d]uersum a suis, tam nescio quid cogitans.
uim incredibilem molestiarum! sed erit curae et est, ut
regatur. mirum est enim ingenium; ἤθους ἐπιμελητέον.

1 aΥCOΥPIa **MmPR** δυσουρία **c** a **bd** *om.* **sA**^{2}*Rom.* (*spat.* **bds** *Rom.*) 2 *adscr.* principium **M***corr.***ds** gratue **M**^{1} mihi tu(a)e **bdms OPR***Rom.* tu(a)e mihi **MIA**^{2}**c**, *uulg.* 3 Ocellam **C** socellam **ΔOPRI** Sucelam *Rom.* Sullam **A**^{2}**c** *cfr* X 17, 3 4 quod *uulg.*: quid **ΔO PRIA**^{2}**c***Rom.* *cfr ad* IX 16, 1 a Curione **RIA**^{2}**c** acuone **Mbdm** a tirone **s***Rom.* Anione **O**^{2} *om.* **P** *cfr* X 4, 10 6 hic] *cfr* huic *de Antonio* X 12, 1 cytheridam **M**^{1}**ORc** (cith- **c**, -che- **R**) cytharidam (cith-) **M**^{2}**ms IA**^{2}*Rom.* cytaritam **bd** CΥΕΚΕΛΑΝ **P** Cytheridem *alii* Cytherius Cythe-rida *Purserus coll.* XV 22 7 portat **M**^{2}**msO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* portam **M**^{1} **O**^{1}(?)**PR** porta **bd** alteram **MbdOPRI** altera **msA**^{2}**c***Rom.*, *alii* *cfr in M. Ant.* II 24, 58 8 e(a)e **M***corr.***mORI***Rom.* h(a)e **bdsA**^{2}**c** esse **P** *om.* **M**^{1} eae sunt] sunt an *Bosius, alii* sunt amicorum *etiam* **Z**$^{\beta}$ uide **sA**^{2}**c***Rom.* de **MbdmOPRI** 9 lecto **IA**^{2}(*in marg.*) dubita si potes **M**^{1}**O**^{1}**PRC** dubitari potest **M***corr.***bdmsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* 10—11 uel luntriculo, si nauis non erit *Victorius* (lintr- *Manutius*): uellunt ridiculos maius nouerat **M**^{1} uel lutridiculo **Z**^{1} (lintridi- **Z**β) uelut rediculo **O**^{1} (rid-) **R** uelo ridiculo **M**^{2}**bdmsO**^{2}*Rom.* sicut rhediculo **P** uehiculo **IA**^{2}**c** si nauis non erit **M**^{2}, *rell.* 11 erripiam **M**^{1}**P** 14 tam uidi **bds** ΑΝΗΟΘΟΠΟΙΗΤΟΝ **M**^{1}**PR** (-ΠΟΙΤΟΝ **PR**) *om.* **s** *adscr.* insolens **M***corr.***ds** 15 auersum **msIA**^{2}**c***Rom.* aduersum **MbdOPR** tam nescio *uulg.*: tamen scio **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* cogitas **msPA**^{2}**c***Rom.* 16 o *ante* uim *add. Muellero auctore recc. edd., sed u. Flickingerus 'Amer. Journ. of Phil.'* XXXIV (*a.* 1913) *p.* 287 17 ΗΘΟΥΕΥΠΙΜΕΛΕΤΕΟΝ **M**^{1}**PR** *om.* **s** *adscr.* moris cura habenda est **M***corr.***ds**

XI

CICERO ATTICO SAL.

1 Obsignata iam epistula superiore non placuit ei dari, cui constitueram, quod erat alienus; itaque eo die data non est. interim uenit Philotimus et mihi a te litteras reddidit. quibus quae de fratre meo scribis, sunt ea quidem parum firma sed habent nihil ὕπουλον, nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem, nihil, quod non, quo uelis, uno sermone possis perducere. ne multa: omnis suos, etiam quibus irascitur crebrius, tamen caros habet, me quidem se ipso cariorem. quod de puero al⟨i⟩ter ad te scripsit et ad matrem de filio, non reprehendo. de itine⟨re⟩ et de sorore quae scribis molesta sunt, eoque magis, quod ea tempora nostra sunt, ut ego iis mederi non possim; nam certe mederer. sed quibus in malis et qua in desperatione rerum simus, uides.

2 Illa de ratione nummaria non sunt eius modi — saepe enim audio ex ipso —, ut non cupiat tibi praestare et in eo laboret. sed si mihi Q. Axius in hac mea fuga HS $\overline{\text{XIII}}$ non reddit, quae dedi eius filio mutua, et utitur excusatione temporis, si Lepta, si ceteri[s], soleo mirari de nescio

EP. XI. *Noua ep.* **msPIA^{2}c***Rom.*, *item* **E** *u.* 6; *cum superiore coniungunt rell.* *sal. om.* **ms** 3 dare **A^{2}c** 5 philomus **M** 6 quae] *accedit* **E** ea quidem **EOPRIA^{2}c** equidem **Mm***Rom.* quidem **bds** 7 ΠΟΥΛΟΝ **M^{1}PR** Gr. **E** *om.* **s** *adscr.* occulte putridum **M** *corr.*ds 8 non flexibile *Manutius*: flexibile non **ΔEOPRIA^{2}c***Rom.* 9 omnes **EP** 11 quod . . . et *u.* 12 *om.* **E** aliter **A^{2}c***Rom.* alter **ΔOPRI** 12 itinere **bdmsOPRIA^{2}c***Rom.* itine **MZ^1** ITINE **Z^b** *uarie correxerunt, cfr Muell. ad l.* 13 -bis] *accedit* **W**; *cfr Schepssius, 'Blätt. f. d. Bayer. Gymn.'* XX (*a.* 1884) *p.* 13 *in marg. folii non nulla abscisa sunt* ea] ad **Mdm^{1}O^2** *om.* **bs** 15 qua in **ΔIA^{2}c***Rom.* quam (*sic*) **W** qua **EOPR** 17 illa . . . iubet *p.* 89, 2 *om.* **E** modis **M^1** 19 Q. **C** qu(a)e **ΔOWI***Rom.* *om.* **PRA^{2}c** Axius **CW** anxius **ΔOPR***Rom.* *om.* **IA^{2}c** |$\overline{\text{XIIII}}$| **M** $\overline{\text{XVIII}}$ **m** $\overline{\text{XXIII}}$ **O** XIII **bdsPRW** XIIII **IA^{2}c** XVIII *Rom.* $\overline{\text{XII}}$ *coni. Purs. coll.* X 15, 4 20 redit que **O** reditque **Md** redit **R** reddidit **P** 21 ceteri **bds** ceteris *rell.*

quis HS $\overline{XX}$ cum audio ex illo se urgeri. uides enim profecto angustias. curari tamen ea tibi utique iubet. an existimas illum in isto genere lentulum aut restrictum? nemo est minus. de fratre satis. 3

De eius filio indulsit illi quidem suus pater semper, sed non facit indulgentia mendacem aut auarum aut non amantem suorum; ferocem fortasse haec, arrogantem et infestum facit. itaque habet haec quoque, quae nascuntur ex indulgentia, sed ea sunt tolerabilia — quid enim dicam? — hac iuuentute; ea uero, quae mihi quidem, qui illum amo, sunt his ipsis malis, in quis sumus, miseriora, non sunt ab obsequio nostro. nam suas radices habent; quas tamen euellerem profecto, si liceret. sed ea tempora sunt, ut omnia mihi sint patienda. ego meum facile teneo; nihil est enim eo tractabilius. quoius quidem misericordia languidiora adhuc consilia cepi, et quo ille me certiorem uult esse, eo magis timeo, ne in eum exsistam crudelior.

Sed Antonius uenit heri uesperi. iam fortasse ad me 4
ueniet aut ne id quidem, quoniam scripsit, quid fieri uellet. sed scies continuo, quid actum sit. nos iam nihil nisi occulte.

De pueris quid agam? paruone nauigio committam? quid mihi animi in nauigando censes fore? recordor enim,

1 $\overline{XX}$ **Mm** XX *rell.* ex illo *Victorius*: exilio **ΔOPRWIA**^{2}**c***Rom.* 2 utique *Manutius*: ubique **ΔOPRWIA**^{2}**c***Rom.* (ubique tibi ea **m***Rom.*) an] *accedit* **E** 3 existimans **MdmOW** lentum **W** 4 est] se **Mbdm**^{1} esse **I** 5 de eius filio **m**^{2}**sEPRIA**^{2}**c***Rom.* de eius infilio **O**^{1}(?)**W** leuis (-nis) in filio **Mbdm**^{1}**O**^{2} in *ex* indulsit *praereptum esse suspicatur Purserus* infido *uel* infideli *Lehm. Quaest. Tull. p.* 104, iuuene *Muell.* 7 haec **EO**^{1}**RW** hoc **P** ac **ΔIA**^{2}**c***Rom.* hac (?)**O**^{2} atque *uulg.* 10 hac] de hac **A**^{2}**c** 11 in qu(e)is **IA**^{2}**c** iniquis **R** inquis *rell.* 12 nam **CWZ**^{b} non **ΔEOPRIA**^{2}**c***Rom.* habent suas radices **IA**^{2}**c** 13 euellerem **msEPRIA**^{2}**c***Rom.* euellere me **MbdOW** ea] ea omnia **W** tempora sunt ut **cWZ**^{b} *om.* **ΔEOPRIA**^{2}*Rom.* 14 sint **OPRcWZ**^{b} sunt **ΔEIA**^{2} *Rom.* 15 quoius (quouis) **Mdms** quo ius **W** eius ius **P** cuius *rell.* languidiora **M**^{2}*al.*'**msEOPRIA**^{2}**c***Rom.* languido ora **M**^{1}**bdW** (ore **b**) 16 certiorem **MbdEORWC** fortiorem **msPIA**^{2}**c***Rom.* 18 here **EW** 19 scripsisti **IA**^{2} 21 occulti **M**^{1}(?)**OW** 22 agam de paruo ne **W**

aestate cum illis Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans quam fuerim sollicitus; quid duro tempore anni actuariola fore censes? o rem undique miseram!

Trebatius erat mecum, uir plane et ciuis bonus. quae ille monstra, di immortales! etiamne Balbus in senatu⟨m⟩
5 uenire cogitet? sed ei ipsi cras ad te litteras dabo. Vettienum mihi amicum, ut scribis, ita puto esse. cum eo, quod ἀποτόμως ad me scripserat de nummis curandis, θυμικώτερον eram iocatus. id tu, si ille aliter acceperit ac debuit, lenies. MONETALI autem adscripsi, quod ille ad me PRO COS. sed quoniam est homo et nos diligit, ipse quoque a nobis diligatur. uale.

XII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Quidnam mihi futurum est, aut quis me non solum infelicior sed iam etiam turpior? nominatim de me sibi imperatu[ru]m dicit Antonius, nec me tamen ipse adhuc uiderat sed hoc Trebatio narrauit. quid agam nunc, cui

1 illis *Bootius*: illo **ΔEOPRWA²c***Rom.*, *Purs.* (illorum odi- **W**) illi **I** illis illo *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 104 *sq.* ΑΦΡΑΤΤΩΙ **RW** ΑΦΡΑΓΓΩΙ **M¹** ΑΦΡΑΠΩΙ **P** ἄφρακτα **s***Rom.* Gr. **E** *cfr* V 11, 4; 13, 1; VI 8, 4 2 actuariola *Victorius*: acturiora **M¹W** actuaria **M²**, *rell.* censes. o rem] censerem **M¹**, *corr.* **M²** 4 Trebatius . . . pro cos. *u.* 10 *om.* **E** quae] qua **ΔO²** 5 monstra di(i) immortales **OPRIA²c***Rom.* monstrandi inmortales **W** monstrandum mortales **ΔO²** ac (at) etiam ne **M¹m***Rom.* senatum **sA²c** senatu *rell.* 6 Vettienum *Orellius*: uel Tinum **M** uel te num **ORW** Veltenum **bds** uel tuum **m***Rom.* uel te (*spat.*) **P** Vulteium **IA²c** 7 scripsi **W** 8 ἀποτόμως *Victorius*: ΑΠΟΓΟΜΩ **MmPRW** ἀποθυμῶς **c** θυμικώτερον **sA²***Rom.* (*eodem uerbo in fine uersus omisso*) *om.* (*spat.*) **bdO** scripserit **IA²** *adscr.* animosius **M***corr.***ds** 9 eram *Corradus*: erat **ΔOPRWc***Rom.* erit **IA²** iocatus **c** locatus **W** *om.* **ΔOPRIA²***Rom.* 10 monetali **sO¹PRA²**(*in marg.*)*Rom.* mone tali **MbdmW** moneo. Talia **O²IA²c** (*sed* -li **O²I**) PRO COS. *Manutius*: proconsulem **ΔOPRWIA²c***Rom.* 11 sed] *accedit* **E**

EP. XII *superiori adnectunt* **MORW** *sal. om.* **dms** *deest* **E**

16 etiam *om.* **m***Rom.* 17 imperatum **M***corr.***bdmsO²c***Rom.* imperaturum **M¹Z¹W** impetraturum **O¹PR** impetratum **IA²** 18 narrabit **M¹OW** cui] qui **M¹OW**

nihil procedit caduntque ea, quae diligentissime sunt cogitata, taeterrime? ego enim Curionem nactu⟨s⟩ omnia me consecutum putaui. ⟨i⟩s de me ad Hortensium scripserat. Reginus erat totus noster. huic nihil suspicabamur cum hoc mari negotii fore. quo me nunc uertam? undique custodior. sed satis lacrimis. παραθλητέον igitur et occulte 2
in aliquam onerariam corrependum, non committendum, ut etiam compacto prohibiti uideamur. Sicilia petenda; quam si erimus nacti, maiora quaedam consequemur. sit modo recte in Hispaniis! quamquam de ipsa Sicilia utinam sit uerum! sed adhuc nihil secundi. concursus Siculorum ad Catonem dicitur factus, orasse, ut resisteret, omnia pollicitos; commotum illum dilectum habere coepisse. non credo, ut est luculentus auctor. potuisse certe tenere illam prouinciam scio. ab Hispaniis autem iam audietur.

Hic nos C. Marcellum habemus eadem ⟨u⟩ere cogitan- 3
tem aut bene simulantem; quamquam ipsum non uideram sed ex familiarissimo eius audiebam. tu, quaeso, si quid habebis noui; ego, si quid moliti erimus, ad te statim scribam. Q. f. seuerius adhibebo. utinam proficere possim! tu tamen eas epistulas, quibus asperius de eo scripsi, ali-

2 terrime **M** nactus **msA**^{2}**c***Rom.* nactu **MdORW** nactum **PI** noctu **b** 3 putaui. is *uulg.*: putabis **MbdOPRW** putabo. is **msA**^{2}**c** *Rom.* putabam. **I** 4 suspicabatur **W** cum **PC** eum **M**^{1}**bd**^{1}**ORW** enim **M**^{2}, *rell.* 5 mari **M**^{2}**bdmsO**^{2}**A**^{2}(*in marg.*)*Rom.* mare **M**^{1}**O**^{1}**PRWIA**^{2}**c** 6 παραθλητέον *scripsi duce Crat.*: ΠΑΡΑΟΤΑЄΥΤЄΟΝ **MmPRW** (-Єων **P**, -ЄΙΤ- **W**) παραθτλειτέον **Z**^{β}**c** (-θλ- **c**) ΠΑΡΑ ΟΤΛΕΙΤΕΟΝ **Z**^{b} παραβλεπτέον **O** *om.* **bdsA**^{2}*Rom.* *alii aliter** 8 compacto **OW**, *Manutius*: cum pacto *rell.* 9 nacti erimus **IA**^{2}**c** 10 in] de **c** 12 pollicitos *Rom.* pollicitus **ΔOPRWIA**^{2}**c** 13 commeatum **O**^{2}**IA**^{2}**c** is commotum *Rom.* delectumque **IA**^{2}**c** ut] nec *Wesenb.* (*et Madu.*) *Em. alt. p.* 122, at *Tyrr.-Purs.*, *sed cfr Muell. ad l.*, *ad* III *de off.* 14, 60 (*ed. a.* 1882) 14 potius se **M**^{1} potuisse *scil.* Catonem; *cfr* X 16, 3; *ad* IX 7, 6 teneri *vetus cod. in marg. Lamb.*, *recc. edd.* 16 uere *Maduigius Adu.* II *p.* 238: e re **MdO**^{1}(?)**PRWI** (ea de me recog- **W**, ea demere cog- **PR**, *sed* tem- **P**) de re **msO**^{2}**A**^{2}**c***Rom.* fere **b** 20 Q. F. **M**^{1}**OW** Qu. F. **I** Q. fr. **M**^{2}**R** Q. fratrem *rell.* (-tri **P**) Quintum filium *uulg.* *cfr* X 6, 1 possim *Malaspina*: possem **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* posse (?) **W**

quando concerpito, ne quando quid emanet; ego item tuas.
4 Seruium exspecto, nec ab eo quicquam ὑγιές. scies, quicquid erit.

XII a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 (4) Sine dubio errasse nos confitendum est. at semel, at una in re. immo omnia, quo diligentius cogitata, eo facta sunt imprudentius.

ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ,

in reliquis modo ne ruamus. iubes de profectione mea prouidere. quid prouideam? ita patent omnia, quae accidere possunt, ut ea si uitem sedendum sit cum dedecore et dolore, si neglegam, periculum sit, ne in manus incidam perditorum. sed uide, quantis in miseriis simus. optandum interdum uidetur, ut aliquam accipiamus ab istis quamuis acerbam iniuriam, ut tyranno in odio fuisse uideamur.
2 (5) quod si nobis is cursus, quem speraram, pateret, effecissem aliquid profecto, ut tu optas et hortaris, dignum nostra mora. sed mirificae sunt custodiae, et quidem ille ipse Curio suspectus. qua re ui aut clam agendum est; et si ui,

2 ὑγιές **c** ΥΤΕΙΕC **MmPRW** ὑγειὲς **d** *om.*(*spat.*) **bs***Rom.*(*sine spat.*) **A**^{2} quicquid **CW** quid **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.*

EP. XII a. *Nouam ep. fecit Wielandus* *superiori adnectunt codd. et priores edd.* 6 at (ac **R**) semel at **O**^{1}**PRIA**^{2}**c** ad semel ad **M**^{1}**W** (*sed post.* ad *abscisum in* **W**) at (ac *Rom.*) simul at (ac **s**) **M**^{2}**bdmsO**^{2}*Rom.* 7 quod **Mbd** 8 sint **O** 9 ἀλλὰ τὰ] ΑΛ **M**^{1} *om.* **R** (*et* μὲν) ΠΡΟΤΕΤΥΧΘΑ . . . ΑΧΡΥΜΕΝΟΙ **M**^{1}**PRW** (-PI- **W**) *adscr.* sed quae prius contigerunt sinamus inuiti quamquam **M***corr.***ds**, *sed* quamuis inuiti **ds** *Hom. Il.* XVIII 112 10 iubes **CW** iubes enim **ΔOPRZ**^{b}(?)**IA**^{2}**c***Rom.* de profectione mea **CWZ**^{b} (de mea pr. **Z**^{b}?) profectione mea **M**^{1}**O**^{1}**PR** profectionem meam **M***corr.***bdmsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* mea] me *Gronouius* *cfr Lehm. Quaest. Tull. p.* 17 12 decore **M**^{1}**O**^{1}**W**, *corr.* **M**^{2} 13 sit *Lambinus*: est **ΔOPRWIA**^{2}**c***Rom.* 14 proditorum . . . sumus **m***Rom.* 17 pater et **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} pateret et **bd** 18 et *uulg.*: ut **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* 19 ille *om.* **IA**^{2}**c** 20 uia ut (*sic* **OR**) clamgendum **Mbdm** (*sed* et **bd**, clauig- **b**) si ui] sui **bd**

† forte ne cum tempestate; clam autem istis. in quo si
quod σφάλμα, uides, quam turpe sit. trahimur, nec fugi-
endum, si quid uiolentius.

De Caelio saepe mecum agito nec, si quid habuero (6) 3
tale[m], dimittam. Hispanias spero firmas esse. Massilien-
sium factum cum ipsum per se luculentum est tum mihi
argumento est recte esse in Hispaniis. minus enim auderent,
si aliter esset, et scirent; nam et uicini et diligentes sunt.
odium autem recte animaduertis significatum ⟨in⟩ theatro.
legiones etiam has, quas in Italia assumpsit, alienissimas
esse uideo. sed tamen nihil inimicius quam sibi ipse. illud
recte times, ne ruat. si desperarit, certe ruet. quo magis
efficiendum aliquid est, fortuna uelim meliore, animo Cae-
liano. sed primum quidque; quod qualecumque erit, con-
tinuo scies.

Nos iuueni, ut rogas, suppeditabimus et Peloponnesum (7) 4
ipsam sustinebimus. est enim indole[n]s, modo † aliquod
hoc sit ἦθος AKIMOΛON. quod si adhuc nullum est, esse

1 forte] fortune *Rom.* ne **ΔOW** ue *Rom.* et **FPR***Ant.***IA^{2}c** cum *om.* **mO^{2}***Rom.* pestate **M** fortiter uel cum tempestate *Kayserus cfr Muell. ad l.* clam autem istis **W** clamant emistis **MbdO^{2}** clamantem istis **ms***Rom.* clam autem cum istis **PIA^{2}c** clam aut cum isto **R** *post* istis *dist.* **msIA^{2}c**, *non rell.*; istis? *Orell.* 2 *adscr.* peccatum **M***corr.***ds** sit *Malaspina*: est **ΔOPRWIA^{2}c***Rom.* 4 *cfr* X 15, 2 5 tale **mPIA^{2}c***Rom.* talem **MbdsORW** mansiliensium **M^{1}W** 7 audirent **bO^{1}W** 8 *prius* et] ut **bds** uicini *Victorius*: uicti **ΔOPRWZ^{bl}** inuicti **I** iuncti **A^{2}c***Rom.* 9 significantium **IA^{2}c** in theatro *Bootius*: theatrum **ΔOPRWIA^{2}c***Rom.* theatro *alii* 11 inimicius (-it-) **M^{1}msW^{2}A^{2}c** inimicitius (-cic-) **M***corr.***bdOPRW^{1}I***Rom.* ipsi **W** 13 meliore *uulg.*: meliori **ΔOPRWIA^{2}c***Rom.* *cfr Neue-Wag. 'Formenl.'* II *p.* 267 14 fuerit **A^{2}c** 16 ut **CW** *om.* **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* togas **sA^{2}c***Rom.*, *corr.* **C** *om.* **I** suppeditabimus **ΔOPRI***Rom.* suppeditauimus **A^{2}c** suppeditabimur **CW** et **bdmsC***Rom.* ret **M** re **O^{1}PR** *om.* **O^{2}IA^{2}c** 17 indoles **IA^{2}c** indolens **ΔOPRW***Rom.* *cfr ad Brut.* IX 26, 4 (= I 18, 4) aliquod **Mbd OWIc** aliquid **msPRA^{2}***Rom.* 18 aKIMOΛON **MmZ$^{\beta}$**(**W**?; -aON **Mm**) AKI AΛΛOΛON **Z^{b}** aKHKTOHMOΛOν **P** AKIKTONMOAON **R** ἀκίμωλον **c** *Graeca om.* **bdsA^{2}***Rom.* (*spat. Rom.*) *uaria temptarunt, cfr Muell. ad l.;* ἄκιμον ὄν *E. Thomas 'Studien'* (*a.* 1912) *p.* 125 *sqq.*

tamen potest, aut ἀρετή non est διδακτόν, quo⟨d⟩ mihi persuaderi non potest.

XIII
⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Epistula tua gratissima fuit meae Tulliae et mercule mihi. semper speculam aliquam adferunt tuae litterae. scribes igitur ac, si quid ad spem poteris, ne dimiseris. tu Antoni leones pertimescas caue; nihil est illo homine iucundius. attende πρ⟨ᾶ⟩ξιν πολιτικοῦ. euocauit litteris e municipiis denos et IIIIuiros; uenerunt ad uillam eius mane. primum dormi⟨i⟩t ad h. III; deinde, cum esset nuntiatum uenisse Neapolitanos et Cumanos — his enim est Caesar iratus —, postridie redire iussit; lauari se uelle et περὶ κοιλιολυσίαν γίνεσθαι. hoc here effecit. hodie autem in Aenariam transire constituit. exsulibus reditum pollicetur. sed haec omittamus; de nobis aliquid agamus.

1 ΑΡΕΙΗ (-ΙΝ) **MmPRW** ἀρειν **s** ἀρείη **C** ἄρην **A^{2}c** *om.* **bd** *Rom.* (*spat. Rom.*) ΔΙΜΚΤΟΝ **c** ΔΓΜΚΤΟΝ **MmPR** (ΑΤ- **R**) ΑΓΑΑΚΤΟΝ **W** *om.* **bdsA^2***Rom.* (*spat.* **bd***Rom.*) quod *uulg.*: quo **ΔOPRIA^{2}c** *Rom.* 2 Vale *add.* **A^{2}c**

EP. XIII. *Noua ep.* **IA^{2}c**, *cum superiore coniungunt* **ΔOPRW***Rom.*
5 Epistula ... III *u.* 11 *om.* **E** mercule **MdW** (-lae **d**) mehercule *rell.* 6 speculam aliquam *Bootius*: secum aliquam **MbdO^1**(?)**RW** (*ut uid.*), *codd. Bosi* (aliquam *etiam* **Z$^\beta$**) secum aliquid **msOPIA^{2}c***Rom.* *cfr* XI 11, 1; 12, 4 7 ac si quid *Manutius*: aliquid **ΔOPRWIA^{2}c***Rom.* ne demiseris (de mis-) **MmOW** me de miseriis **A^{2}c** *Rom.* 8 tu *om.*, ne *ante* pert. *add.* **I** caue **OPRWIA^{2}c** ue (ne) **M** ne **bdms***Rom.*
9 πρᾶξιν *Victorius*: ΠΡΧΙΝ **MPRW** ἀρχὴν **M***corr.***bdmsOA^{2}c***Rom.* *adscr.* principium ciuilis **M***corr.***ds** 10 denos] decem primos *Orellius, uulg.* quattuor **IA^{2}c** uiros *Orellius*: uiri **ΔOPRWIA^{2}c***Rom.* ad uillam *Victorius*: duellam **ΔORWI***Rom.* du (*spat.*) **P** puella **A^{2}c** 11 dormiit *uulg.*: dormit **ΔOPRWIA^{2}c***Rom.* h.] H. *codd.* h. III] horas tres **IA^{2}c** III *Rom.* deinde] *accedit* **E** 12 caesari ratus **M^{1}W** 13 labari **M^{1}O^1** uelle et **OC** uellet **Md** uelle *rell.* περὶ] ὡς **A^{2}c***Rom.*, *corr.* **C**
14 ΤΙΝΕϹΘΑΕ **MPR** (-ΣΤΑΕ **P**) γενέσθαι **s***Rom.* Gr. **E** *adscr.* circa fluxum corporis esse **M***corr.***ds** here **MbmEW** *codd. Mal.*, *Rom.* ere **d** heri *rell.* efficit ... constituerit **I** 15 polliceretur **M^{1}O^{1}W** *de* -er- *cfr* II 24, 4 (*ubi u. Muell.*); IX 9, 2; X 8, 7 ut exs. red. polliceretur *Lambinus*

2 A Q. Axio accepi litteras. de Tirone gratum. Vettienum diligo. Vestorio reddidi. Seruius pr. Non. Mai. Minturnis mansisse dicitur, hodie in Liternino mansurus apud C. Marcellum. cras igitur nos mature uidebit mihique dabit argumentum ad te epistulae; iam enim non reperio, quod tibi scribam. illud admiror, quod Antonius ad me ne nuntium quidem, cum praesertim me ualde obseruarit. uidelicet aut aliquid atrocius de me imperatum est ⟨aut⟩ coram negare mihi non uult, quod ego nec rogaturus eram nec, si impetrassem, crediturus. nos tamen aliquid excogitabimus.

3 Tu, quaeso, si quid in Hispaniis; iam enim poterit audiri, et omnes ita exspectant, ut, si recte fueri[n]t, nihil negotii futurum putent. ego autem nec retentis iis confectam rem puto neque amissis desperatam. Silium et Ocellam et ceteros credo retardatos. te quoque a Curtio impediri uideo; etsi, ut opinor, habes † EKITAONON.

1 a . . . reddidi *u.* 2 *om.* **E** a Q. Axio *Buechelerus Mus. Rhen.* XI (*a.* 1857) *p.* 535 (= *Kl. Schr.* I *p.* 74): a daxio **ΔPWA**^{2}**c***Rom.* ad axio **R** ab axio **O**, *alii* A dario **I** *cfr p.* 88, 19 Vettienum *Orellius*: uectenum **ΔOPRWIA**^{2}**c***Rom.* (uecti- **P**, uete- **W**) 2 pr. (p.r., P.R.) **MbdEO**^{1}**PRW** pridie **O**^{2}**A**^{2}**c** prid. **ms***Rom.* praeter **M***corr.* (*del.*) praetor **I** menturnis **MmO***Rom.* *cfr p.* 39, 11; 61, 22 5 quod **M**^{1}**EOPR** quid **M***corr.***bdms** **IA**^{2}**c***Rom.* *cfr ad* IX 16, 1, *Wesenb. Em. p.* 56 7 aut **M**^{1}**O**^{1}**PRW** *om.* **M***corr.***bdmsEO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.*, *alii* 8 aut *add. Schuetzius*: *om. codd. et uett. edd.*, *alii* 12 omnes **EO**^{1}**PRIA**^{2}**c***Rom.* omnis **ΔO**^{2}**W** ista **F** retente **s** fuerit **A**^{2}**c** fuerint **ΔEOPRW***codd. Mal.* **I** *Rom.* 13 putent **EPRI** putem **ΔOWA**^{2}**c***Rom.* 14 Siluium (Syl-) **mA**^{2}**c***Rom.* consilium **PW** Silium . . . O *p.* 96, 3 *om.* **E** et] ac **W** 15 Curtio *Victorius*: curto **MbdORWI** curio **msA**^{2}**c***Rom.* curcio **P** Curione *Gurlittus progr. Steglitz. a.* 1898 *p.* 10 16 etsi ut] ut si & **W** EKITAONON **MmPRZ**^{1} (ЄKHT- **P**) ἐκ τῶν ἀγώνων **c** *non liquet* **W** *om.* (*spat. rel.*) **bdsO**^{1}*Rom.* (*sine spat.*)**A**^{2} ἐκ πλεόνων **O**^{2} ἔκπλουν *Baiterus* *alii alia*, *cfr Muell. ad l.*

XIV
⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 O uitam miseram maiusque malum tam diu timere, quam est illud ipsum, quod timetur! Seruius, ut antea scripsi, cum uenisset Nonis Maiis, postridie ad me mane uenit. ne diutius te teneam, nullius consilii exitum inuenimus. numquam uidi hominem perturbatiorem metu, neque hercule quicquam timebat, quod non esset timendum: illum sibi iratum, hunc non amicum; horribilem utriusque uictoriam cum propter alterius crudelitatem, alterius audaciam, tum propter utriusque difficultatem pecunia⟨ria⟩m; quae erui nusquam nisi ex priuatorum bonis posset. atque haec ita multis cum lacrimis loquebatur, ut ego mirarer eas tam diuturna miseria non exaruisse. mihi quidem etiam lippitudo haec, propter quam non ipse ad te scribo, sine ulla
2 lacrima est, sed saepius odiosa est propter uigilias. quam ob rem, quicquid habes ad consolandum, collige et illa scribe, non ex doctrina neque ex libris — nam id quidem domi est, sed nescio quo modo imbecillior est medicina quam morbus —: haec potius conquire, de Hispaniis, de Massilia; quae quidem satis bella Seruius adfert, qui etiam de duabus legionibus luculentos auctores esse dicebat. haec

EP. XIV. *Noua ep.* **E** *superiori adnectunt rell.* 3 O *proxime antecedenti uocabulo Graeco adhaesit in* **MmP** *om. rell. cfr Flickingerus l. l. p.* 292 maiusque] maius quam **bd** malum est tam **A**^{2}*Rom.* 4 Seruus **M**^{1}**O**^{1}**R** ut *om.* **M**^{1}**O**^{1} 5 Non(is) Mai(i)s **CW** nonas (non̄.) maias *rell., sed* nonas. non. mais *media uoce inducta* **M**, Nonarum Maii **A**^{2}**c** postridie **CW** pridie *rell.* (*sed post* uenisset **A**^{2}**c**) mane **W** *om.* **ΔEOPRCIA**^{2}**c***Rom.* 7 me tu **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}c^{s} 8 sibi illum **W** 11 pecuniariam **M**^{2}c^{s}**dmsO**(?)*Rom.* pecuniam **M**^{1}**EPRW** pecuniarum **bIA**^{2}**c** quae erui *Gronouius*: quae frui **W** qua efrui **E** que frui **O**^{1}**P** qua frui **ΔO**^{2}**RIA**^{2}**c***Rom.* 14 etiam *om.* **bds** 15 quam non **M***corr.***mEO**^{2}**PRIA**^{2}**c***Rom.* quam quod non **M**^{1}**O**^{1}**W** quam quidem non **bds** 16 est sed] se sed **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 17 consolandum **C** consulandum **EO** con (*reliqua desunt*) **W** consulendum *rell.* 20 conquere **M**^{1}**W**, *corr.* **M**^{2}c^{s} 21 belle **bds**

igitur, si habebis, et talia. et quidem paucis diebus aliquid audiri necesse est.

Sed redeo ad Seruium. distulimus omnino sermonem 3
in posterum, sed tardus ad exeundum multo s⟨e⟩ in suo lectulo malle, quicquid fore⟨t⟩. odiosus scrupulus de filii mili⟨ti⟩a Brundisina.* unum illud firmissime adseuerabat, si damnati restituerentur, in exsilium se iturum. nos autem ad haec, et ⟨id⟩ ipsum certo fore et, quae iam fiebant, non esse leuiora; multaque colligebamus. uerum ea non animum eius augebant sed timorem, ut iam celandus magis de nostro consilio quam adhibendus uideretur. qua re in hoc non multum est. nos a te admoniti de Caelio cogitabamus.

XV
⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Seruius cum esset apud me, Cephalio cum tuis litteris 1
vi Id. uenit; quae nobis magnam spem attulerunt meliorum rerum de octo cohortibus. etenim haec quoque, quae in his locis sunt, labare dicuntur. eodem die Funisulanus a te attulit litteras, in quibus erat confirmatius idem illud. ei de suo negotio respondi cumulate, cum omni tua gratia. adhuc non satis faciebat; debet autem mihi multos num-

3 sed . . . Brundisina *u.* 6 *om.* **E** 4 tardus est ad *Lambinus* multo se . . . foret *uulg.*: multos . . . fore **ΔOPRWIA**^{2}**c***Rom.* 5 male **OPR** 6 militia **PIA**^{2}**c** milia **MbdORW** mulia **ms** Mulia *Rom.* ad se uetabat **M**^{1}**bdO**^{2} ad se uexabat **P** 7 nos . . . est *u.* 12 *om.* **E** 8 id *add. Lambinus*: *om.* **ΔOPRWIA**^{2}**c***Rom.* *cfr Madu. de fin.* II 28, 93 fiant (*Ernestius*) *aut* fierent (*Wesenb.*) *edd., sed cfr ad* XI 13, 2 10 angebant **mc** angebat **O**^{1}(?)**RW** celandum **ΔOWIA**^{2}**c***Rom.* et laudum **R** ut iam celandus *om.* (*spat.*) **P** 11 quem **A**^{2}**c** adhibendus *Vrsinus*: ad idem **ΔOPRWI***Rom.* ad diem **A**^{2}**c** ad id adhibendus *Madu. Adu. crit.* III *p.* 186 12 Caelio] l' cesare **M**^{2} cessare **E** cogitabamus **bdsZ**$^\beta$**WI** cogitabimus **MmEOPRA**^{2}**c***Rom., uulg., fort. recte* Vale *add.* **IA**^{2}**c***Rom.*

EP. XV *superiori uno tenore adnectunt* **M**^{1}**bdO**^{1}**RW** *sal. om.* **m** 16 meliorem **M**^{1}**O**^{1}**W** 17 VIII **m***Rom.* h(a)ec **M**^{1}**bEO**^{1}**PRW** h(a)e **M***corr.***dO**^{2}**IA**^{2}**c** e(a)e **ms***Rom., uulg.* 18 ad te **OW** 19 in *om.* **M**^{1}**W** idem illud **M***corr.***EOPRWI** illud idem **ΔA**^{2}**c***Rom.* ei . . . dicet *p.* 98, 4 *om.* **E**

7 *Sjögren.*

mos nec habetur locuples. nunc ait se daturum; cui
expensum tulerit, morari; tabellariis, si apud te esse⟨t⟩,
qua[s] satis fecisset, dares. quantum sit, Eros Philotimi tibi
2 dicet. sed ad maiora redeamus.
Quod optas, Caelianum illud maturescit. itaque tor-
queor, utrum uentum exspectem. uexillo opus est; conuo-
labunt. quod suades, ut palam, prorsus adsentior itaque
me profecturum puto. tuas tamen interim litteras exspecto.
Serui consilio nihil expeditur. omnes captiones in omni sen-
tentia occurrunt. unum C. Marcellum cognoui timidiorem;
quem consulem fuisse paenitet. ὢ πολλῆς ἀγεννείας! qui
etiam Antonium confirmasse dicitur, ut me impediret, quo[d]
3 ipse, credo, honestius. Antonius autem VI Id. Capuam pro-
fectus est. ad me misit se pudore deterritum ad me non
uenisse, quod me sibi suscensere putaret. ibitur igitur, et
ita quidem, ut censes, nisi cuius grauioris personae suscipi-
endae spes erit ante oblata; sed uix erit tam cito. Alienus
autem praetor putabat aliquem, si ego non, ex collegis
suis. quiuis licet, dum modo aliquis.
4 De sorore laudo. de Q. puero datur opera; spero esse
meliora. de Q. fratre scito eum non mediocriter laborare

1 cui] cum **A**^{2} quum **c** 2 expensum tulerit, morari; tabellariis *Manutius*: ex ·P· (*uel* ex ·p·) sustulerit moram tabellarius **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.*, *duo ultima uerba* **W** esset **s** esse *rell.* 3 qua *Manutius*, satis fecisset *Pius*: quas satis (*sic* **W**) fecisses **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* (-isse **I**; *h. u. abscisum* **W**) eros **M**^{1}**bdO**^{1}**RW** heros **msO**^{2}**I** heres **A**^{2}**c***Rom.* *om.* (*spat.*) **P** 4 sed] *accedit* **E** ad] & **W** 5 Caelianum] *cfr Frankius 'Class. Phil.'* XIV (*a.* 1919) *p.* 287, *Rothsteinius, 'Ber. üb. d. Sitz. d. phil. Ver.' a.* 1927 *p.* 6 8 profuturum **M**^{1}**O**^{1}**RW**, *corr.* **M**^{2}**c**^{S} 10 Marcellum *Schuetzius*: Marcello **ΔEOPRWIA**^{2}**c***Rom.* tardiorem **ms***Rom.* 11 ἀγεννείας *Victorius*: aΓeNeIac **W** aΓeNeaIc **Mm** ATeNeAIC **PR** (-AΪC **P**) Gr. **E** *om.* **bd***Rom.*(*spat.*)**sA**^{2}**c**(*sine spat.*) 12 quo *Manutius*: quod **ΔEO PRWIA**^{2}**c***Rom* 15 me **A**^{2}**c** se **bdmsEOPRWI***Rom.* *lacuna in* **M** succensere **O**^{1}**PRIA**^{2}**c***Rom.* suscenseri **M**^{1}**W** succenseri **M**^{2}**c**^{S}**bdmsEO**^{2} et . . . Piliam *p.* 99,7 *om.* **E** 16 suscipiend(a)e **OPRWA**^{2}**c** suscipienda **ΔI***Rom.* 17 Halienus **A**^{2}**c***Rom.* Allienus *alii* 19 aliquis **O**^{1}(?), *uulg.*: aliquos **ΔO**^{2}**PRWIA**^{2}**c***Rom.* 20 de .Q. **s** deque *rell.* 21 Q. **dmsA**^{2}**c***Rom.* Qu. **I** quinto **MbOPRW**

de uersura, sed adhuc nihil a L. Egnatio expressit. Axius de duodecim milibus pudens! saepe enim ad ⟨me⟩ scripsit, ut Gallio, quantum is uellet, darem. quod si non scripsisset, possemne aliter? et quidem saepe sum pollicitus, sed tantum uoluit cito. me uero adiuuarent his in angustiis. sed di istos! uerum alias. te a quartana liberatum gaudeo itemque Piliam. ego, dum panes et cetera in nauem parantur, excurro in Pompeianum. Vettieno uelim gratias, quod studiosus sit. si quemquam nanctus eris, qui perferat, litteras des, antequam discedimus.

XVI

CICERO ATTICO SAL.

Commodum ad te dederam litteras de pluribus rebus, 1
cum ad me bene mane Dionysius fuit. cui quidem ego non modo placabilem me praebuissem sed totum remisissem, si uenisset, qua mente tu ad me scripseras. erat enim sic in tuis litteris, quas Arpini acceperam, eum uenturum facturumque, quod ego uellem. ego uolebam autem uel cupiebam potius esse eum nobiscum. quod quia plane, cum in Formianum uenisset, praeciderat, asperius ad te

1 uersura *Vrsinus*: usura **ΔOPRWIA^{2}c***Rom.* L.] lucio **dORW** lutio **M** anxius **sPR***Rom.* 2 XII **PRIA^{2}c** *cfr p.* 88, 19 ad me scripsit *cod. Vrs.* scripsit **P** adscripsit *rell.* 3 gallo **bds** 5 me] nec **IA^{2}c** is in angustis **MI** in] *desinit* **W** sed dii istos **Z^1** seddustos **Mm** sed ustos **PR** sedustos **d** seductos **bsO^{2}IA^{2}c***Rom.* 7 ego . . . Pompeianum *et* 9 si . . . discedimus **E**, *reliqua om.* panes **M^2** **bdmsEO^{2}C***Rom.* paues **M^1** pauescet (*pro* panes et) **O^{1}PR** panis *Bootius Obs. p.* 56 naues **IA^{2}c** in nauem] nauem **C**, *om.* **IA^{2}c** 8 Vettieno *Orellius*: Vectieno **MmO^{2}IA^{2}c***Rom.* uectiano **bds** ut tieno **R** ut (*spat.*) **P**

9 sit si **M** *it. corr.* **msPRIA^{2}c***Rom.* si **M***corr.***bdO^2** sit **M^{1}O^1** est; si *Victorius* quemquem **M^1** quamquam **E** erit **M^{1}O^1** fueris **IA^{2}c** quid **M^{1}O^1** 10 Vale *add.* **IA^{2}c***Rom.*

EP. XVI *superiori adnectunt* **MbdOR** 14 fuit **ΔEOPRA^{2}c***Rom.* fuerit **I** uenit *coni. Muellerus, nescio an recte*; *cfr* IX 5, 1; X 4, 8; XIII 9, 1; 19, 1; 30, 1* cui *om.* **M^{1}I** ego quidem **IA^{2}c** 15 remisissem] permisissem **O^{1}PR** uenissem **M^1**, *corr.* **M^2** 16 si ad uenisset *media uoce deleta* **M** 19 uobiscum **IA^{2}c**, *corr.* **C**

de eo scribere solebam. at ille perpauca locutus hanc summam habuit orationis, ut sibi ignoscerem; se rebus suis impeditum nobiscum ire non posse. pauca respondi, magnum accepi dolorem, intellexi fortunam ab eo nostram despectam esse. quid quaeris? — fortasse miraberis — in maximis horum temporum doloribus hunc mihi scito esse. uelim, ut tibi amicus sit. hoc cum tibi opto, opto ut beatus sis; erit enim tam diu.

2 Consilium nostrum spero uacuum periculo fore; nam et dissimulauimus et, ut opinor, ⟨non⟩ acerrime adseruabimur. nauigatio modo sit, qualem opto; cetera, quae quidem consilio prouideri poterunt, cauebuntur. tu, dum adsumus, non modo quae scieris audierisue sed etiam quae futura prouidebis scribas uelim.

3 Cato, qui Siciliam tenere nullo negotio potuit et, si tenuisset, omnes boni se ad eum contulissent, Syracusis profectus est ante diem VIII Kal. Mai., ut ad me Curio scripsit. utinam, quod aiunt, Cotta Sardiniam teneat! est enim rumor. o, si id fuerit, turpem Catonem!

4 Ergo, ut minuerem suspicionem profectionis aut cogitationis meae, profectus sum in Pompeianum a. d. IIII Idus, ut ibi essem, dum quae ad nauigandum opus essent pararentur. cum ad uillam uenissem, uentum est ad me: centuriones trium cohortium, quae Pompei⟨s⟩ sunt, me uelle

2 ignosceret $\mathbf{M^1O^1R}$, *corr.* $\mathbf{M^2}$c^s 6 scito **EOPRIA**^{2}**c** cito Δ*Rom.* 7 opto *semel* $\mathbf{M^1}$**bd**$\mathbf{O^1}$ 10 dissimulabimus *Pius et Manutius, alii* non *add. Maduigius Adu. crit.* III *p.* 186 *sq.* *om.* **ΔEOPRIA**^{2}**c***Rom.* *cfr ad* IX 5, 2 adseruabimur *Lambinus, Madu. l. l.*: adseruabimus **ΔEOR** *codd. Mal., Rom.* obseruabimus **PIA**^{2}**c** 11 ceteraque (*sic* **O**) . . . proderi $\mathbf{M^1}$, *corr.* $\mathbf{M^2}$c^s 12 potuerunt $\mathbf{M^1}$**OPR** 13 scies $\mathbf{M^1O^1}$, *alii*

16 se ad eum **E**$\mathbf{O^1}$**PR** ad eum se **bdms**$\mathbf{O^2}$**IA**^{2}**c***Rom.* ṣẹ ad eum se **M** 17 ante diem *sic codd.* VIIII **P** 20 ergo $\mathbf{M^1O^1}$**PR** ego $\mathbf{M^2}$c^s**bdmsE**$\mathbf{O^2}$**IA**^{2}**c***Rom.*, *uulg.* *cfr p.* 99, 7 21 ad quartum Iduum **A**^{2}**c**

22 dumque ad $\mathbf{M^1}$, *corr.* $\mathbf{M^2}$ esse $\mathbf{M^1O^1}$, *corr.* $\mathbf{M^2}$ 23 vllam $\mathbf{M^1}$ uilam **E** illum **P** uentum est $\mathbf{M^1}$ uenerunt $\mathbf{M^2}$**bdmsEOPRIA**^{2}**c***Rom.* *cfr Rothsteinius 'Festschr. f. M. Schaefer'* (*a.* 1927) *p.* 203 *sqq.* 24 cohortum $\mathbf{M^1}$ Pompeis $\mathbf{M^4}$ Pompei(i) $\mathbf{M^1}$, *rell.* me uelle *om.* **IA**^{2}**c**

postridie conuenire — haec mecum Ninnius noster —; uelle eos mihi se et oppidum tradere. at ego tibi postridie a[d] uilla[m], ante lucem, ut me omnino illi ne uiderent. quid enim erat in tribus cohortibus? quid, si plures? quo adparatu? cogitaui eadem illa Caeliana, quae legi in epistula tua, quam accepi, simul et in Cumanum ueni eodem die, et simul fieri poterat, ut temptaremur. omnem igitur suspicionem sustuli. sed cum redeo, Hortensius uenerat et ad 5
Terentiam salutatum deuerterat. sermone erat usus honorifico erga me. iam eum, ut puto, uidebo; misit enim puerum se ad me uenire. hoc quidem melius quam collega noster Antonius, cuius inter lictores lectica mima portatur.

Tu, quoniam quartana cares et nouum morbum remo- 6
uisti sed etiam grauedinem, te uegetum nobis in Graecia siste, et litterarum aliquid interea.

XVII
⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Pr. Id. Hortensius ad me uenit scripta epistula. uellem 1
cetera eius: quam in me incredibilem ἐκτένειαν! qua quidem

me . . . conuenire *om.* **E** 1 postridie] posse die **M**^{1}**OR**, *corr.* **M**^{2}c^s conuenire **CZ**^{bl} *om.* **ΔOPRIA**^{2}c*Rom.* Ninnius **M**^{2}**mO** Ninnus **M**^{1} nimius **bs***Rom.* minus **R** ninius **d** Minnius **IA**^{2}**c** *om.* **P** *cfr* III 23, 4 2 tibi] inde **IA**^{2}**c** *om.* **s** 3 a uilla *Manutius*: ad uillam **ΔE OPR***Rom.* ad uillam ueni **IA**^{2}**c** 4 quo . . . est *p.* 103,5 *om.* **E** quo ad pratu **M**^{1}**O**^{1}(?)**R**, *corr.* **M**^{2}c^s quoad p (*spat.*) **P** 5 cogitaui *ex* -abi **M** cogitabit **O**^{1}**PR** rogitaui **bd** legi in] leguntur **ms** leguntur in *Rom.* legeram **IA**^{2}**c** *om.* **bd** 7 *cfr ad* X 4, 12 8 dum *alii cfr Tyrr.-Purs. ad l., Schmalz-Hofm. Synt. p.* 748 uenit **IA**^{2}**c** et] ut **I** 9 diuerterat **IA**^{2}**c** (-ret **I**) 10 me. iam *Wesenb. Em. alt. p.* 123: me. tam **O**^{1}**PR** metam **M**^{1} me. tum **M***corr.***bdmsO**^{2} me. cum *Rom.* me. tamen **M**^{2}c^s **IA**^{2}**c**, *alii* 12 lectica mima **M***corr.***ms***Rom.* lecticam ima **M**^{1}**bd** (una **b**) lectica una **O**^{2}**PIA**^{2}**c** lecticam in (*sq.* apportatur) **R** 13 nouum **M**^{1} **bdO**^{1}**CZ**^{l} nedum (ne dum) **M**^{2}**l**'(?)**msO**^{2}**PR***codd. Mal.***Z**^{b} 14 sed etiam] *cfr ad* III 15, 5 teque **M**^{1}**O**^{1} te **M**^{2}, *rell.* in gr͡as iste **M**^{1} 15 Cura ut ualeas *add.* **P**, Vale **IA**^{2}**c***Rom.*

EP. XVII *deest in* **E** *superiori adnectunt* **MbdOR** *sal. om.* **m** 18 P.R. **MO**^{1}(?) pridie *rell.* uellem *eqs.*] *cfr Tyrr.-Purs. ad l.** 19 ἐκτένειαν *om.* **s** *adscr.* extensionem **M***corr.***ds**

cogito uti. deinde Serapion cum epistula tua. quam priusquam aperuissem, dixi ei te ad me de eo scripsisse antea, ut feceras. deinde epistula lecta cumulatissime cetera. et hercule hominem probo; nam et doctum et probum existimo. quin etiam naui eius me et ipso conuectore usurum puto.

2 Crebro refricat lippitudo non illa quidem perodiosa sed tamen quae impediat scriptionem meam. ualetudinem tuam iam confirmatam esse et a uetere morbo et a nouis temptationibus gaudeo.

3 ⟨O⟩cellam uellem haberemus; uidentur enim esse haec paulo faciliora. nunc quidem aequinoctium nos moratur, quod ualde perturbatum erat. id si transierit, utinam idem maneat Hortensius! si quidem, ⟨ut⟩ adhuc erat, liberalius esse nihil potest.

4 De diplomate admiraris, quasi nescio cuius te flagitii insimularim; negas enim te reperire, qui mihi id in mentem uenerit. ego autem, quia scripseras te proficisci cogitare — etenim audieram nemini aliter licere —, eo te habere censebam, et quia pueris diploma sumpseras. habes causam opinionis meae, et tamen uelim scire, quid cogites, in primisque, si quid etiam nunc noui est. XVII Kal. Iun.

2 ei *Manutius*: et **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* ad *om.* **c** de eo] deo **M**^{1} ante aut **M**^{1}**R** 3 lecta *Manutius*: scripta **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* (*ex p.* 101, 18; *cfr ad* IX 11, 4 *ex.*) aperta *alii* 4 probo. nam **M**^{2}**c**^{s}(*del.*)**O**^{1}**PR** pro bonam **M**^{1} bonum **M***corr.***bdmsFO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* *om. Ant.* 6 refricat] *cfr* XII 45, 1 (2) 8 a nouis] a nobis **M**^{1}**O**^{1}**R**, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} ab omnibus **PI** 10 Ocellam *uulg.*: cellam **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* 12 transierit *Ziehen Ephem. Tull. p.* 34: cras erit **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* ἀκραὲς erit *Bosius, alii* 13 ut *Malaspina*: *om.* **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* *cfr ad* XI 18, 2 15 dedi plomate **M**^{1}**R**, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 16 insimularim *Corradus*: insimularem **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* 18 nemini aliter **sO**^{2}**I** nemini taliter **M***corr.***mA**^{2}**c***Rom.* neminit aliter **M**^{1} neminem aliter **bdO**^{1}**PR** eo] et **I** et eo **A**^{2}**c** 19 quia **M**^{1}**PR** qui a **O** quia a **M**^{2}, *rell.* 20 cogitet **MbdOR** in primisque si **O**^{1}**PRIA**^{2}**c** in primis quasi **ΔO**^{2}*Rom.*

XVIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Tullia mea peperit xiiii Kal. Iun. puerum ἑπταμηνιαῖον. 1 quod εὐτόκησεν, gaudeam; quod quidem est natum, perimbecillum est. me mirificae tranquillitates adhuc tenuerunt atque maiori impedimento fuerunt quam custodiae, quibus adseruor. nam illa Hortensi⟨a⟩na omnia fuere infantia. ita fiet; homo nequissimus a Saluio liberto deprauatus est. itaque posthac non scribam ad te, quid facturus sim sed quid fecerim; omnes enim Κωρυκαῖοι uidentur subauscultare, quae loquor.

Tu tamen, si quid de Hispaniis siue quid aliud, perge, 2 quaeso, scribere nec meas litteras exspectaris, nisi cum quo opto peruenerimus, aut si quid ex cursu[s]. sed hoc quoque timide scribo; ita omnia tarda adhuc et spissa. ut male posuimus initia, sic cetera sequuntur.

Formias nunc sequimur; eadem nos fortasse furiae persequentur. ex Balbi autem sermone, quem tecum habuit, non probamus de Melita. dubitas igitur, quin nos in hostium numero habeat? scripsi equidem Balbo te ad me de

EP. XVIII. *Noua ep.* (Me *eqs. u.* 5) **E** *cum superiore coniungunt rell.* 3 Tullia ... est *u.* 5 *om.* **E** xiiii Kal. Iun. *om.* **A**^{2}**c** ЄΠΤΑΜЄΝΙΑΑΙΟΝ **M**^{1}**PR** *adscr.* septem mensium *et* libere peperit **M***corr.***ds** 4 quod *om.* **I**, quod *et* gaudeam *om.* **A**^{2}**c***Rom.* gaudeo *Vrsinus, uulg.*, gaudebam *Manutius*; *cfr tamen Plaut. Bacch.* 1049 properem, 1058 taceam, *sim.* 5 mirificae **IA**^{2}**c** mirifice *rell.* (-ceṭ **M**) 6 maiori *Lambinus*: maiore **ΔEOPRIA**^{2}**c***Rom.*, *Klotzius prooem. p.* XXX 7 adserbor **M**^{1} nam ... itaque *u.* 9 *om.* **E** Hortensiana **A**^{2}**c**, *Manutius*: Hortensina **ΔOPRI***Rom.* *cfr* IV 6, 3 instantia **bs** inania fidei; homo *Madu. Adu. crit.* III *p.* 187 (inania *iam Orellius*) *cfr Muell. ad l.*; *Ziehenus 'Phil. Woch.'* XLII (*a.* 1922) *p.* 503 8 ab **IA**^{2}**c** 12 siue] si **P** uel **E** 14 si quis **IA**^{2}**c** ex cursu **A**^{2}**c** ex cursus (exc-) *rell.* 15 ITA ONIA **Z**^{b} 16 sequentur **IA**^{2}**c** 17 Formias **ΔEOPRZ**^{l}**I***Rom.* Furias **A**^{2}**c** eadem **M**^{1}**mOPRI***Rom.* c(a)edem **M***corr.***bdE** eaedem **A**^{2}**c** eodem *Lambinus* (**Z** *teste Baitero*), *recc. edd.* furi(a)e **M***corr.***bdE OPRZ**^{l}**IA**^{2}**c** furia **M**^{1}**m***Rom.* 19 qui **M**^{1}**OR** 20 de] e **M**^{1}**O**^{1}(?) et de *Orellius*

beneuolentia scripsisse et de suspicione. egi gratias; de
3 altero ei me purgaui. ecquem tu hominem infeliciorem? non loquor plura, ne te quoque excruciem. ipse conficior uenisse tempus, cum iam nec fortiter nec prudenter quicquam facere possim.

1 gratias de altero; de altero ei *Bootius sed cfr ad* V 21, 12 (alii) 2 purga **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} *cfr Schicheus Jahresb. d. ph. Ver.* XXV (*a.* 1899) *p.* 364 ecquem **A**^{2}**c** eo quem *rell.* 3 ne te] nece **M**^{1} 5 Vale *add.* **IA**^{2}**c***Rom.*

LIBER VNDECIMVS

I

CICERO ATTICO SAL.

Accepi a te signatum libellum, quem Anteros attu- 1
lerat; ex quo nihil scire potui de nostris domesticis rebus.
de quibus acerbissime adflictor, quod qui eas dispensauit
neque adest istic neque ubi terrarum sit scio. omnem
autem spem habeo existimationis priuatarumque rerum in
tua erga me mihi perspectissima beneuolentia. quam si
his temporibus miseris et extremis praestiteris, haec peri-
cula, quae mihi communia sunt cum ceteris, fortius feram;
idque ut facias, te obtestor atque obsecro. ego in cisto- 2
phoro in Asia habeo ad sestertium bis et uiciens. huius

Marci Tulij Ciceronis Epl'arum ad Atticum liber .X. explicit. Incipit liber .XI. **M** M · TVL · CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM · LIBER · VNDECIMVS INCIPIT **b** M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD ATHICVM LIBER VNDECIMVS INCIPIT · LEGE FELICITER · **d** M. TVLLII. CICERONIS. EPISTOLARVM. AD. ATTICVM. LIBER. DECIMVS. EXPLICIT. INCIPIT. LIBER. XI. FELICITER **m** EXPLICIT LIBER · X · M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER VNDECIMVS INCIPIT FELICITER **s** Explicit lib'. VIII'. Incipit. lib'. VIIII' **E** M · TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER · X · EXPLICIT INCIPIT LIBER · XI · **O** M. T. CI. AD AT. EPISTOLARVM. LIBER DECIM' EXPLICIT. INCIPIT SECVNDVS *superscr.* ·XI· **P** M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD. T. POMPONIVM ATTICVM LIBER VNDECIMVS **A^2c** (*sed* MARCI TVLLII **c**) M. Tul. Ciceronis epistolarum ad T. Pomponium Atticum. Liber .XI. *Rom.* *inscr. om.* **I** *de* **E** *cfr p.* 146

EP. I *om.* **E** 4 ante ros **M^1**, *corr.* **M^2**c^s 5 scire nihil **IA^2c** 11 feram **bmO^2IA^2c***Rom.* ferem **M^1O^1**(?) c^s ferrem ul' feram **M^2** ferrem **ds** ferre **PR** 13 sestertium **MdOPRI** HS. **bmsA^2c***Rom.* *cfr ep.* V 20,9 uiciens **MOR** *om.* **P** uicies *rell.*

pecuniae permutatione fidem nostram facile tuebere; quam quidem ego nisi expeditam relinquere[m] putassem credens ei, cui tu scis iam pridem minime ⟨me⟩ credere, commoratus essem paulisper nec domesticas res impeditas reliquissem. ob eamque causam serius ad te scribo, quod sero intellexi, quid timendum esset. te etiam atque etiam oro, ut me totum tuendum suscipias, ut, si ii salui erunt, quibuscum sum, una cum iis possim incolumis esse salutemque meam beneuolentiae tuae acceptam referre.

II

CICERO ATTICO SAL.

1 Litteras tuas accepi pr. Non. Febr. eoque ipso die ex testamento creui hereditatem. ex multis meis miserrimis curis est una leuata, si, ut scribis, ista hereditas fidem et famam meam tueri potest; quam quidem te intellego etiam
2 sine hereditate tuis opibus defensurum fuisse. de dote quod scribis, per omnis deos te obtestor, ut totam rem suscipias et illam miseram mea culpa et neglegentia tueare meis opibus, si quae sunt, tuis, quibus tibi molestum non erit, facultatibus; quoi quidem deesse omnia, quod scribis, obsecro te, noli pati. in quos enim sumptus abeunt fructus

2 relinquere **bsPIA**^{2}**c***Rom.* relinquerem **MdmOR** relinquere me *Lambinus, uulg. cfr ad* X 7,1 3 me *h. l. add. Luenemannus* (*ante* min. *in marg.* **A**^{2}): *om.* **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* *post* credere *add.* me debere *Lehm. Quaest. Tull. p.* 50, *alii, sed nescio an figura sit*; *cfr p.* 136,8 8 sum *om.* **OPR** 9 meam] mea a **M**^{1} mea m̥e̥ḁe̥ **O** Vale *add.* **PIA**^{2}**c***Rom.*

EP. II *deest in* **E** 12 .pr. **m** .P.R. **MO**^{1} pridie *rell.* 13 multis meis **O**^{1}**C** multissimis **ΔO**^{2}**PR** multis meis et **Z**^{l}, *alii* multissimis et **IA**^{2}**c** *Rom.* *de* et *in* **Z**^{l} *dubitat Lehmannus de Cic.is ad Att. epp. p.* 119 *cfr* X 4,6; 8,7 14 leuata **Z**^{bl} enata **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* (ena- *uel* eua- **M**)

15 te intelligo **dsPA**^{2}**c** te intelligo te **M**(-eligo)**O**(-ellego) te intelligo et **RI** intelligo te **bm***Rom.*, *alii* 17 per **bsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* de **Mdm**^{1} **O**^{1}**PR** 18 culpa] cui **Mdm**^{1}**O**^{1}(?)**R** *om.* **P**, *qui haec habet*: miseriam meam et negligentiam tuebere miseram miseriam meam: cuius et negligentiam tueare **I** 19 tibi *om.* **A**^{2}**c** 20 quoi **Mms** quo **PR** que **d** quoque **I** cui *rell.*

praediorum? iam illa HS $\overline{\text{LX}}$, quae scribis, nemo mihi umquam dixit ex dote esse detracta; numquam enim essem passus. sed haec minima est ex iis iniuriis, quas accepi; de quibus ad te dolore et lacrimis scribere prohibeor. ex ea pecunia, 3
quae fuit in Asia, partem dimidiam fere exegi[t]. tutius uidebatur fore ibi, ubi est, quam apud publicanos.

Quod me hortaris, ut firmo sim animo, uellem posses aliquid adferre, quam ob rem id facere possem. sed si ad ceteras miserias accessit etiam id, quod mihi Chrysippus dixit parari — tu nihil significasti — de domo, quis me miserior uno iam fuit? oro, obsecro, ignosce. non possum plura scribere. quanto maerore urgear, profecto uides. quod si mihi commune cum ceteris esset, qui uidentur in eadem causa esse, minor mea culpa uideretur et eo tolerabilior esset. nunc nihil est, quod consoletur, nisi quid tu efficis, si modo etiam nunc effici potest, ut ne qua singulari adficiar calamitate et iniuria.

Tardius ad te remisi tabellarium, quod potestas mit- 4
tendi non fuit. a tuis et nummorum accepi HS $\overline{\text{LXX}}$ et uestimentorum quod opus fuit. quibus tibi uidebitur uelim des litteras meo nomine. nosti meos familiaris. ⟨si⟩ signum requirent aut manum, dices iis me propter custodias ea uitasse.

1 iam illa] ista **c** LX **PIA²c***Rom.* 3 iis *Rom.* his *rell.* 4 prohibeor scribere **IA²** 5 exegi **b***Rom.* exegit *rell.* 11 uno] *cfr Muell. ad l.* 14 esse tunc minor **PR** 15 quid tu **MdOc** quod tu *rell.* 16 ne qua **OPRIA²c** neque **Δ***Rom.* 19 fuit. Ab tuis et **I** fuit citius. Et **A²c***Rom.* HS] HI **MO** IH **R** *om.* **I** LXX **IA²c** $\overline{\text{XX}}$ **ΔR** XX **OP***Rom.* 20 fuit] sit **b***Rom.* 21 nomine meo **IA²c** familiares **M***corr.***bmsP***Rom.* si **c** *om.* **ΔOPRIA²***Rom.* 22 iis **OR IA²c** his **P** ul' **Md** uel **bms***Rom.* eas **IA²** (*sed* ea **A²** *marg.*) 23 Vale *add.* **IA²c***Rom.*

III

CICERO ATTICO SAL.

1 Quid hic agatur, scire poteris ex eo, qui litteras attulit. quem diutius tenui, quia cottidie aliquid noui exspectabamus; neque nunc mittendi tamen ulla causa fuit praeter eam, de qua tibi rescribi uoluisti, quod ad Kal. Quint. pertinet, quid uellem. utrumque graue est, et tam graui tempore periculum tantae pecuniae et dubio rerum exitu ista, quam scribis, abruptio. qua re ut alia sic hoc uel maxime tuae amicitiae beneuolentiaeque permitto et illius consilio et uoluntati; cui miserae consuluissem melius, si tecum olim coram potius quam per litteras de salute nostra fortunisque deliberauissem.

2 Quod negas praecipuum mihi ullum ⟨in communibus⟩ incommodis impendere, etsi ista res ⟨non⟩ nihil habet consolationis, tamen etiam praecipua multa sunt, quae tu profecto uides et grauissima esse et me facillime uitare potuisse. ea tamen erunt minora, si, ut adhuc factum est, administratione, diligentia tua leuabuntur.

EP. III *om.* **E** 3 Quid igitur hic **I** 4 cottidie **R** cotidie **M** quotidie *rell.* 5 tamen *om.* **IA^{2}c** 6 *ante* quod *in codd.* (*praet.* **mR**) *et uett. edd.* (*plene*) *interpungitur*; *ut supra Klotzius* (*praeeunte Pantagatho*) *prooem. p.* XXX *sq.* 7 et tam *Manutius*: etiam (et iam) **ΔOPRIA^{2}c** *Rom.* 9 ista] ista re **PIA^{2}c** abruptio **bm^{1}sO^{2}Z^1***Rom.* abrupto **Mdm^{2}O^{1}PR** abrupta **IA^{2}c** 10 amicitiae **O^{1}PRIA^{2}c** *om.* **ΔO^2** fidei (*auctoritate ed:is Rom., quae* tue beniuolentie fideiq; *habet*) *uel* curae *priores* 11 miserae **mA^{2}c** misere *rell.* 14 praecipitium **PRI** in communibus *add. Lehmannus Quaest. Tull. p.* 27 *sq.*: *om.* **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* 15 in commodis **MdOPRI** (inc- **P**) incommodum **bmsA^{2}c***Rom.*, *alii* non *add. Corradus*: *om.* **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* *cfr ad* IX 5,2 16 praecipitia **PI** 17 uides et **bmsO^{2}Z^1** *nonnulli codd. Mal.*, **c***Rom.* vt desset **M** ut deesset **dI** (-ent **I**) ut de est **R** ut est **P** uides **A^2** uides ut sunt **F** uides ut sunt et **Z^b** me] mi **Mdm** 18 *post* potuisse *add.* arbitraris **PRI** ut **bm^{2}sPRIA^{2}c***Rom.* *om.* **Mdm^{1}O** 19 diligentia **MdmO** diligentiaque **bsPRIA^{2}c**, *fort. recte* ac diligentia *Rom.* *cfr ep.* XII 10,3; XIII 11,3; *Eran.* XVI (*a.* 1916) *p.* 33

Pecunia apud Egnatium est. sit a me, ut est. neque 3
enim hoc, quod agitur, uidetur diuturnum esse posse, ut scire iam possim, quid maxime opus sit. etsi eg⟨e⟩o rebus omnibus, quod is quoque in angustiis est, quicum fuimus; quoi magnam dedimus pecuniam mutuam opinante⟨s⟩ nobis constitutis rebus eam rem etiam honori fore.

Tu, ut antea fecisti, uelim, si qui erunt, ad quos aliquid scribendum a me existimes, ipse conficias. tuis salutem dic. cura ut ualeas. in primis id, quod scribis, omnibus rebus cura et prouide, ne quid ei desit, de qua scis me miserrimum esse. Id. Iun. ex castris.

IV

CICERO ATTICO SAL.

Accepi ab Isidoro litteras et postea datas binas. ex (1)
proximis cognoui praedia non uenisse. uidebis ergo, ut sustentetur per te. de Frusinati, si modo fruituri sumus, erit mihi res opportuna. meas litteras quod requiris, impedior inopia rerum, quas nullas habeo litteris dignas, quippe cui nec quae accidunt nec quae aguntur ullo modo probentur. utinam coram tecum olim potius quam per epistulas! hic tua, ut possum, tueor apud hos. cetera Celer. ipse fugi adhuc omne munus, eo magis, quod ita nihil poterat agi, ut mihi et meis rebus aptum esset.

1 a me] *cfr Muell. ad l.* 3 egeo **A**^{2}c ego **ΔOPRI***Rom.* *cfr* XI, 16, 5 4 angustis **Mm** quicum **A**^{2}c qui cum *rell.* fuimus **Z**^{1} suis mus **M** sui simus **d** suis minus **OPR** sumus **bmsIA**^{2}c*Rom.*, *uulg.* 5 quoi **Mdms** quo **PR** cui *rell.* opinantes *Victorius*: opinante **MdmO**^{1}**PR** opinantibus **bsO**^{2}*Rom.* opinor **IA**^{2}c 9 id] uero id **PRIA**^{2}c 10 ei **bmsA**^{2}c*Rom.* et **MO** in ea re **PRI** *om.* **d** 11 *post* esse *add.* Vale *Rom.* ex] data ex **PR** Idibus . . . castris *om.* **I**

EP. IV *om.* **E** 16 per te (*sic Manutius*). de Frusinati *uulg.*: partim de frusinatis **ΔOPRIA**^{2}c*Rom.* fruituri *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 13: futuri **PA**^{2}c*Rom.*, *alii* futur(a)e **ΔORI** *cfr* IX 13, 6 19 nec quae] neque *utroque loco* **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 21 hic] *incipit fragm. Wuerzeburgense cfr Halmius Mus. Rhen.* XVIII (*a.* 1863) *p.* 462 hic tua ut **Z**^{1}, *Victorius* hic tu aut **RW** hic tua aut **O** hic **P** luctua ut **Δ***Rom.* luctu ac ut **I** luctu ut **A**^{2}c *post* possum *add.* rumore **P**, rumor **R**

IV a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

(2) Quid sit gestum noui, quaeris. ex Isidoro scire poteris. reliqua non uidentur esse difficiliora. tu id uelim, quod scis me maxime uelle, cures, ut scribis, ut facis. me conficit sollicitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis; qua leuata ero una cum eo, qui negotium gerit estque in spe magna. Brutus amicus; in causa uersatur acriter. hactenus fuit, quod caute a me scribi posset. uale.

De pensione altera, oro te, omni cura considera, quid faciendum si⟨t⟩, ut scripsi iis litteris, quas Pollex tulit.

V

CICERO ATTICO SAL.

1 Quae me causae mouerint, quam acerbae, quam graues, quam nouae, coegerintque impetu magis quodam animi uti quam cogitatione, non possum ad te sine maximo dolore scribere; fuerunt quidem tantae, ut id, quod uides, effecerint. itaque nec quid ad te scribam de meis rebus nec quid a te petam, reperio. rem et summam negotii uides.

EP. IV a. 3 Quid sit *eqs. alio tempore atque* Accepi *eqs. scripta esse uidit Manutius hanc epistulam ante superiorem datam esse ostendit Sternkopfius 'Zur Chronol. u. Erkl. d. Briefe Cic:s', Progr. Dortm. a.* 1891 *p.* 13
4 uelim **OPRWIA^{2}c***Rom.* uelis **Δ** 5 et facis **s** 6 sollicitudo **MO^{1}PRCW** (soli- **MRC**) solitudo **bdmsO^{2}IA^{2}c***Rom.* (solli- **O^2**) *post.* qua] quam **M^{1}O^{1}R** 7 leuatus **W** 8 *post* am. *distinguitur in* **IA^{2}c**, *non in codd.*; . . . Brutus. amicus . . . *Rom.* amicus est; in *Orellius* in *om.* **W** actenus **W** 9 a] ad **MdOPRW** uale *om.* **A^{2}c** 11 sit] si **MO^1**(?)**RW** sit *ante* fac. **IA^{2}c** Vale *add.* **A^{2}c***Rom.*
EP. V. *Deest* **E** 13 A. SALUTEM **W** 14 mouerunt **bmPR***Rom.*
15 coegerint. quae **W** coegerint **P** coegeruntque **b***Rom.* coegerunt quae **R** impetum agis **M^{1}ORW**, *corr.* **M^{2}c^S** quodam **A^{2}c***Rom.* coram **ΔOPRWI** 17 tantae ut *uulg.*: tanta fuit **OW** tanta. fuit **Δ***Rom.* tanta enim fuit **PR** (-tum **P**) tantae : fuit **IA^{2}c** effecerint **OPRW** .Effecerunt **ΔIA^{2}c***Rom.* 18 *prius* nec quid **MOPRW** ne quid **dsI***Rom.* ut quid **bm** ut nec quid **A^{2}c** 19 a *ex* ad **W** reperiam **A^{2}c**

Equidem ex tuis litteris intellexi et iis, quas communiter cum aliis scripsisti, et iis, quas tuo nomine, quod etiam mea sponte uidebam, te subita re quasi debilitatum nouas rationes tuendi mei quaerere. quod scribis placere, 2
ut propius accedam iterque per oppida noctu faciam, non sane uideo, quem ad modum id fieri possit. neque enim ita apta habeo deuersoria, ut tota tempora diurna in iis possim consumere, neque ad id, quod quaeris, multum interest, utrum me homines in oppido uideant an in uia. sed tamen hoc ipsum, sicut alia, considerabo quem ad modum commodissime fieri posse uideatur.

Ego propter incredibilem et animi et corporis moles- 3
tiam conficere pluris litteras non potui; iis tantum rescripsi, a quibus acceperam. tu uelim et Basilo et quibus praeterea uidebitur, etiam Seruilio conscribas, ut tibi uidebitur, meo nomine. quod tanto interuallo nihil omnino ad uos scripsi, his litteris profecto intellegis rem mihi desse, de qua scribam, non uoluntatem.

Quod de Vatinio quaeris, neque illius neque cuius- 4
quam mihi praeterea officium deest, si reperire possent, qua in re me iuuarent. Q. auersissimo a me animo Patris fuit; eodem Corcyra[m] filius uenit. inde profectos eos una cum ceteris arbitror.

3 subita re quasi debilitatum **CW** subi debilitatum **M**^{1}**PR** (*sed* si ibi **PR**) subdebilitatum **M***corr.***bdmOIA**^{2}**c***Rom.* subdeliberatum **s** 4 quaere **W** 7 habeo *ante* ut *Rom.* deuorsoria ut **MR** deuersori aut **OW** diuersoria ut *rell.* (-uor- **m**) tuta **M***corr.*(*del.*) diuturna **O**^{2}*Rom.* 8 possim *om.* **m***Rom.* 12 incredibilem *om.* **W** 13 plures **bmPR***Rom.* tantum **MdsORWIC** tamen **bmPA**^{2}**c***Rom.* 14 basilo **W** basilio *rell.* 15 uidebitur . . . ut *om.* **W** 16 tanto in uallo **M**^{1}**OW** scripsi his *Wesenb. Em. p.* 45: scriptis **ΔOPRWZ**^{b}**IA**^{2}**c***Rom.* 17 intelliges *Wesenb. l. l., alii, sed cfr* XI 17a, 1; perspicis XI 24, 3, *saepius* uides desse de qua] des. sed equa **W** des sede quam **M**^{1} deesse quam **PR** deesse de qua **M**^{2}, *rell., alii* 20 deesset *Bosius, uulg., fort. recte* desset *Muell.* 21 quam in **M**^{1}**O**^{1}**W**, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} Q. **m** que **MsORW***Rom.* quae **bdIA**^{2}**c** quo **P** Quintus *Vict., uulg.* acerbissimo **W** a me *om.* **I** 22 fiunt **A**^{2}**c** Corcyra *uulg.*: corcyram (-cir-) **ΔOPRWIA**^{2}**c***Rom.* 23 Vale *add.* **IA**^{2}**c***Rom.*

VI

CICERO ATTICO SAL. DICIT

1 Sollicitum esse te cum de tuis communibusque fortunis tum maxime de me ac de dolore meo sentio. qui quidem meus dolor non modo non minuitur, cum socium sibi adiungit dolorem tuum, sed etiam augetur. omnino pro tua prudentia sentis, qua consolatione leuari maxime possim; probas enim meum consilium negasque mihi quicquam tali tempore potius faciendum fuisse. addis etiam — quod etsi mihi leuius est quam tuum iudicium, tamen non est leue — ceteris quoque, id est, qui pondus habeant, factum nostrum
2 probari. id si ita putarem, leuius dolerem. crede, inquis, mihi. credo equidem, sed scio, quam cupias minui dolorem meum. me discessisse ab armis numquam paenituit. tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus coniunctio, ut non nominatim sed generatim proscriptio esset informata, ut iam omnium iudicio constitutum esset omnium uestrum bona praedam esse illius uictoriae. uestrum plane dico; numquam enim de te ipso nisi crudelissime cogitatumst. qua re uoluntatis me meae numquam paenitebit; consilii paenitet. in oppido aliquo mallem resedisse, quoad accerserer; minus sermonis subissem, minus accepissem doloris; ipsum hoc me non angeret. Brundisi iacere in omnis partis est molestum. propius accedere, ut suades, quo modo sine lictoribus, quos populus dedit, possum?

EP. VI. *Deest* **E** 2 SAL.] salutem dicit **MW** (dicit *initio epistulae* **M**^{1}**W**, *corr.* **M**^{2}) s.d. **m** *cfr ad* I, 1 4 ac de] accede **M**^{1} ac **IA**^{2}**c** 5 dolor meus **IA**^{2}**c** tibi **M**^{1}**O** 7 pudicitia **I** 8 quicquam] huic quam **M**^{1}**OW** 9 faciendum **MdsOPRWIC** fugiendum **bmA**^{2}**c***Rom.* addis enim etiam **I** 11 habebant **W** 12 dolorem **M**^{1}**O**^{1}**W** crede *ex* -do **M** 13 minus **M**^{1}**O**^{1}**W**, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 18 uictoria **W** 20 est (-st) *uulg.*: si **M**^{1}**W** sensi **M**^{2}, *rell.* me meae] meae me **sIA**^{2}**c** meae **bmW***Rom.* 21 mallem resedisse] *cfr ad* IX 12, 4 22 arcesserer **P** arcescerer **R** *cfr Muell. ad l.* 23–24 in omnis (-es **PR**, -eis **A**^{2}**c**) partis (**MOI**, -eis **A**^{2}**c**, -es *rell.*)] in omnibus partibus **W** 25 modo *om.* **A**^{2}**c**, *add.* **C**

qui mihi incolumi adimi non possunt. quos ego non
paulisper cum bacillis in turbam conieci ad oppidum acce-
dens, ne quis impetus militum fieret. reliquo tempore me
domo tenui. ad Oppium et ⟨ad Balbum scripsi⟩, quon[i]am 3
iis placeret modo propius accedere, ut hac de re conside-
rarent; credo fore auctores. sic enim recipiunt, Caesari non
modo de conseruanda sed etiam de augenda mea dignitate
curae fore, meque hortantur, ut magno animo sim, ut omnia
summa sperem: ea spondent, confirmant. quae quidem mihi
exploratiora essent, si remansissem. sed ingero praeterita.
uide, quaeso, igitur ea, quae restant, et explora cum istis;
et si putabis opus esse et si istis placebit, quo magis factum
nostrum Caesar probet quasi de suorum sententia factum,
adhibeantur Trebonius, Pansa, si qui alii, scribantque ad
Caesarem me, quicquid fecerim, de sua sententia fecisse.
Tulliae meae morbus et imbecillitas corporis me ex- 4
animat; quam tibi intellego magnae curae esse, quod est
mihi gratissimum. de Pompei exitu mihi dubium numquam 5
fuit; tanta enim desperatio rerum eius omnium regum et
populorum animos occuparat, ut, quocumque uenisset, hoc
putarem futurum. non possum eius casum non dolere;
hominem enim integrum et castum et grauem cognoui.
de Fannio consoler te? perniciosa loquebatur de mansione 6

1 *in* adimi *desinit* **W** non *secl. Lehmannus, fort. recte; cfr Madu. de fin.* III 22,74 nunc *Tunstallus, sed cfr Sternk. l. l. p.* 23 3 reliquo tempore me domo tenui *Sternk. duce Fr. Hofmanno* (*qui* domi *scripsit*): recipio tempore me domo te nunc **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* (*sed* me tempore **IA**^{2}**c**, tunc te **P**, tunc esse **R**) domo te *etiam* **Z**^{b} 4 Oppium **C** oppidum *rell.* (*fort. propter u.* 2) et *om.* **IA**^{2}**c** (ad) Balbum scripsi *Lehmannus*: *om. codd. et uett. edd.* quonam *Bootius, alii*: quoniam **ΔOPR IA**^{2}**c***Rom.* 5 iis **ORA**^{2}**c***Rom.* is **bP** his *rell.* *alii aliter, cfr Muell. ad l.* 6 credo **bmsRA**^{2}**c***Rom.* cedo **MdOPI** si **c** 9 confirmant qu(a)e **M**^{2}**dOPRIA**^{2}**c** confirmantque **M**^{1}**bms***Rom.* quidem **M***corr.* **dOPR** *et post* mihi **A**^{2}**c** equidem **M**^{1} et quidem **bms***Rom.* *om.* **I** 12 et (*post* esse)] ut **M**^{2}**ds** quod **MdOI** 14 adhibeantur **bmO**^{2}**IA**^{2}**c** *Rom.* adhibeatur **M***corr.***dsP** adhibentur **M**^{1}**O**^{1}**R** scribant qu(a)e **M**^{1} **bOP** 16 examinat **M**^{1}**O**, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} examat **R** exanimant **P**

8 *Sjögren.*

tua; L. uero Lentulus Hortensi domum sibi et Caesaris hortos et Baias desponderat. omnino haec eodem modo ex hac parte fiunt, nisi quod illud erat infinitum. omnes enim, qui in Italia manserant, hostium numero habebantur. sed uelim haec aliquando solutiore animo.

7 Q. fratrem audio profectum in Asiam, ut deprecaretur; de filio nihil audiui. sed quaere ex Diochare, Caesaris liberto, quem ego non uidi, qui istas Alexandrea[s] litteras attulit. is dicitur uidisse Q. [an] euntem an iam in Asia. tuas litteras, prout res postulat, exspecto. quas uelim cures quam primum ad me perferendas. IIII Kal. Dec.

VII

CICERO ATTICO SAL.

1 Gratae tuae mihi litterae sunt, quibus accurate perscripsisti omnia, quae ad me pertinere arbitratus es. et factum igitur tu scribis istis placere ⟨et placere⟩ isdem istis lictoribus me uti, quod concessum Sestio sit; cui non puto suos esse concessos sed ab ipso datos. audio enim eum ea senatus consulta improbare, quae post discessum tr⟨ibunorum⟩ facta sunt. qua re poterit, si uolet sibi constare, nostros lictores comprobare.

2 Quamquam quid ego de lictoribus, qui paene ex Italia decedere sim iussus? nam ad me misit Antonius exemplum

6 Q.] q̄ **M**[1], *corr.* **M**[2]**c**[s] que **O**[1] 8 quis **M**[1]**O**[1] Alexandrea *Bootius*: alexandreas **MOPR** alexandrinas *rell.* (-ias **d**) 9 Q. **Z**[b]**c** *om. rell.* *prius* an *secl. Baiterus*; *cfr* nec *praereptum p.* 61, 11; an *Brut.* 23, 89; *Madu. de fin.* II 32, 104 11 VIIII **c** Vale *add.* **I***Rom.*, *post* perf. **A**[2]**c**

EP. VII. 14 *Verba* Gratae . . . comprobare *u.* 21 *desunt in* **E** perscripsisti] sepe scripsisti **PR** 15 es. et *Sternkopfius l. l. p.* 25: est ea **Md** es. tea **m** es ea **R** es. eo (*ut uid.*) **P** est ita **O** es. ita **I** es **bsA**[2]**c***Rom.* *alii alia temptarunt, cfr Muell. ad l.* 16 tu scribis istis placere et placere *Sternkopfius*: ut scribis istis placere **ΔOPRIA**[2]**c***Rom.* isdem **MOR** hisdem **P** iisdem *rell.* 17 me uti . . . lictoribus *u.* 22 *om.* **R** cui] quo **O**[1]**P** quo cui **M**[1] quoi **O**[2] 19 S.C. **bA**[2]**c** senatus. c. **m***Rom.* 20 tribunorum **A**[2]**c***Rom.* tribuni **I** tri. **m** tr. (T.R.) *rell.* 22 Quamquam] *accedit* **E** 23 sim **MEOIA**[2]**c** sum *rell.*

Caesaris ad se litterarum, in quibus erat se audisse Catonem et L. Metellum in Italiam uenisse, Romae ut essent palam. id sibi non placere, ne qui motus ex eo fierent, prohiberique omnis Italia, nisi quorum ipse causam cognouisset; deque eo uehementius erat scriptum. itaque Antonius petebat a me per litteras, ut sibi ignoscerem: facere se non posse, quin iis litteris pareret. tum ad eum misi L. Lamiam, qui demonstraret illum Dolabellae dixisse, ut ad me scriberet, ut in Italiam quam primum uenirem; eius me litteris uenisse. tum ille edixit ita, ut me exciperet et Laelium nominatim. quod sane nollem; poterat enim sine nomine res ipsa excipi.

O multas et grauis offensiones! quas quidem tu das 3
operam ut lenias, nec tamen nihil proficis; quin hoc ipso minuis dolorem meum, quod ut minuas tam ualde laboras, idque uelim ne grauere quam saepissime facere. maxime autem adsequere, quod uis, si me adduxeris, ut existimem me bonorum iudicium non funditus perdidisse. quamquam quid tu in eo potes? nihil scilicet. sed si quid res dabit tibi facultatis, id me maxime consolari poterit; quod nunc quidem uideo non esse, sed si quid, ex euentis, ut hoc nunc accidit. dicebar debuisse cum Pompeio proficisci. exitus illius minuit eius officii praetermissi reprehensionem. sed ex omnibus nihil magis tamen desideratur, ⟨quam⟩ quod in Africam non ierim. iudicio hoc sum usus, non esse barbaris auxiliis fallacissimae gentis rem p. defendendam, praesertim contra exercitum saepe uictorem. non probant fortasse; multos enim uiros bonos in Africam uenisse audio et scio fuisse antea. ualde hoc loco urgeor. hic quoque

3 it **M**^{1} 4 omnes **EP** 7 iis **EOR** ipsis **ds** his *rell.* pareat **bm***Rom.* 8 Lamiam **M**^{2}**bsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* iamiam (iam iam) *rell.* (iam **R**) 12 *sq.* excipio multas **M**^{1}**O**^{1} 13 grauis **MbmOA**^{2}**c***Rom.* (-eis **A**^{2}**c**) graues **dsEPRI** offensionis **MmO***Rom.* 15 minus **M**^{1}**R** 18 iudicum **MdO** 23 praetermisi **M**^{1} 24 magis **M**^{2}**l'bdm**^{1}**sA**^{2}**c***Rom.* malim **M**^{1}**m**^{2}**EOPRI** quam **A**^{2}**c** *om.* **ΔEOPRI***Rom.* 27 exertum **M**^{1}

opus est casu, ⟨ut⟩ aliqui sint ex eis aut, si potest, omnes,
qui salutem anteponant. nam si perseuerant et obtinent,
quid nobis futurum sit, uides. dices: quid illis, si uicti
4 erunt? honestior est plaga. haec me excruciant. Sulpici
autem consilium non scripsisti cur me⟨o⟩ non anteponeres.
quod etsi non tam gloriosumst quam Catonis, tamen et
periculo uacuum est et dolore. extremum est eorum, qui
in Achaia sunt. ii tamen ipsi se hoc melius habent quam
nos, quod et multi sunt uno in loco et, cum ⟨in⟩ Italiam
uenerint, domum statim uenerint. haec tu perge, ut facis,
mitigare et probare quam plurimis.

5 Quod te excusas, ego uero et tuas causas nosco et
mea interesse puto te istic esse, uel ut cum iis, quibus
oportebit, agas, quae erunt agenda de nobis, ut ea, quae
egisti. in primisque hoc uelim animaduertas. multos esse
arbitror, qui ad Caesarem detulerint delaturiue sint me aut
paenitere consilii mei aut non probare, quae fiant. quorum
etsi utrumque uerum est, tamen ab illis dicitur animo a me
alienato, non quo ita esse perspexerint. sed totum ut hoc
Balbus sustineat et Oppius et eorum crebris litteris illius
uoluntas erga me confirmetur et hoc plane ut fiat, diligen-
6 tiam adhibebis. alterum est, cur te nolim discedere, quod

1 ut *add. Lambinus*: *om.* **ΔEOPRIA^{2}c***Rom.* *cfr ad* XI 18, 2 si *add. Schuetzius, ante* sint *Baiterus* omnes **ERA^{2}c** omnis *rell.* 2 obtinetur **IA^{2}c**, *corr.* **C** 4 honestior est] honestiore **M^{1}EO^{1}PR** Sulpicii (-tii) **bsA^{2}c***Rom.* supplici *rell.* Sulpici . . . plurimis *u.* 11 *om.* **E** 5 meo **bm^{1}A^{2}c***Rom.* me **Mdm^{2}sOPRI** non] iam **O^2** non iam *Rom.* *om.* **b** 6 (e)st *uulg.*: si **MdmOR** sit *rell.* tamen] *accedit* **W** 8 ii] .i.i. **M^1**, *corr.* **M^{2}c^S** 9 uno loco **W** in Italiam **bA^{2}c***Rom.* Italiam **Mdms OPRWI** 10 perge **bsWA^{2}c** per **MmO^{1}R** pro **dPI***Rom.* hoc turpe (*pro* haec tu perge) **O^2** 12 Quod] *accedit* **E** 13 isti cesse **W** uel ut **bm***Rom.* uelut *rell.* uel ut . . . egisti *om.* **E** 14 quae erunt] quaerunt **W** 15 multo **M^{1}RW**, *corr.* **M^{2}c^S** 19 quo] quod **A^{2}c** (quo **A^2** *in marg.*) ita esse **cW** ita **ΔEOPRIA^2***Rom.* sed totum in eo est, ut *Muellerus auctore Maduigio, qui* In eo est totum, ut (*om.* sed) *scribi iussit Adu. crit.* III *p.* 187 (*sic ad Q. fr.* III 1, 1; *Tusc. disp.* II 22, 53) 20 sustentet **IA^{2}c**, *corr.* **C** sustentat **O^2**

scribis te flagitari. o rem miseram! quid scribam? aut quid uelim? breue faciam; lacrimae enim se subito profuderunt. tibi permitto; tu consule. tantum uide, ne hoc tempore isti obesse aliquid possit. ignosce, obsecro te. non possum prae fletu et dolore diutius in hoc loco commorari. tantum dicam, nihil mihi gratius esse quam quod eam diligis.

Quod litteras, quibus putas opus esse, curas dandas, 7
facis commode. Q. f. uidi qui Sami uidisset, patrem Sicyone; quorum deprecatio est facilis. utinam illi, qui prius illum uiderint, me apud eum uelint adiutum tantum, quantum ego illos uellem, si quid possem!

Quod rogas, ut in bonam partem accipiam, si qua sint 8
in tuis litteris, quae me mordeant, ego uero in optimam teque rogo, ut aperte, quem ad modum facis, scribas ad me omnia idque facias quam saepissime. uale. XIIII Kal. Ian.

VIII

CICERO ATTICO SAL.

Quantis curis conficiar etsi profecto uides, tamen 1
cognosces ex Lepta et Trebatio. maximas poenas pendo temeritatis meae, quam tu prudentiam mihi uideri uis,

1 te flagitari *Lambinus* (libros ueteres secutus), *codd. Bosi*: te flagitare **CW** et flagitare **M**^{1} efflagitare **M**^{2}, *rell.* Tulliam te flagitare *duce Malaspina* (Tulliam fl-) *Schmidtius Ann. phil.* CLV (*a.* 1897) *p.* 897, *alii* 3–4 tempore isti *Kochius Progr. Putbus. a.* 1857 *p.* 17: temporis te **M**^{1}**O**^{1}**W** temporis tibi **M**^{2}, *rell.* (*sed* -pore **ds**, -pus **b**) 7 Quod ... possem *u.* 11 *om.* **E** esse opus **W** 8 Q. F. (Q. f.) **MmOPR** Qu. F. **I** Q. filium **s***Rom.* Quintum filium **b**, *uulg.* Q. fratrem **A**^{2}**c** Q. frater **d** *cfr* X 6, 2 uidi qui Sami **A**^{2}**c***Rom.* ut (vt) diquisami (diquis ami) **MmORI** ut disquami **d** ut (*sequ. spat.*) **P** sunt qui sami (*sequ.* uidissent) **bs** Q. *eqs. lacerata sunt in* **W** patrem (*ut uid.*) sichone **W**

9 illum] eum **IA**^{2}**c** *om.* **O** 10 uiderint **OPR** uiderunt **ΔIA**^{2}**c***Rom.* uider. (*in loco lacero*) **W** adiutum **bA**^{2}**c** adtutum **RW** (*sic*) ad tutum **M**^{1}**mOPI***Rom.* actutum **M**^{2}**c**^{S} acturum **ds** 12 Quod] *accedit* **E** sunt **bmE***Rom.* 15 uale ... Ian. *om.* **P** XIIII *etiam* **W** Ian. *uulg.*: iun. (iunii, -ias) **ΔEORWIA**^{2}**c***Rom.*

EP. VIII. 18 Quantis ... Trebatio *om.* **E** conficiar **CW** afficiar **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.*

neque te deterreo, quo minus id disputes scribasque ad me quam saepissime; non nihil enim me leuant tuae litterae hoc tempore. per eos, qui nostra causa uolunt ualentque apud illum, diligentissime contendas opus est, per Balbum et Oppium maxime, ut de me scribant quam diligentissime. oppugnamur enim, ut audio, et a praesentibus quibusdam et per litteras. iis ita est occurrendum, ut rei magnitudo
2 postulat. Furnius est illic, mihi inimicissimus. Q. misit filium non solum sui deprecatorem sed etiam accusatorem mei. dictitat se a me apud Caesarem oppugnari, quod refellit Caesar ipse omnesque eius amici; neque uero desistit, ubicumque est, omnia in me maledicta conferre. nihil mihi umquam tam incredibile accidit, nihil in his malis tam acerbum. qui ex ipso audissent, cum Sicyone palam multis audientibus loqueretur nefaria quaedam, ad me pertulerunt. nosti genus, etiam expertus es fortasse. in me id est omne conuersum. sed augeo commemorando dolorem et facio etiam tibi. qua re ad illud redeo: cura, ut huius rei causa dedita opera mittat aliquem Balbus. ad quos uidebitur uelim cures litteras meo nomine. uale. XIII Kal. Ian.

1 quod **M^{1}O^1** 2 enim *om.* **dsO** 3 uolunt *ex* -ent **W** 4 aput **M^1** at apud **PR** contendas . . . diligentissime *om.* **O^1** 5 scribat (*scil.* Caesar) *Lehmannus Jahresber. d. phil. Ver.* XXIV (*a.* 1898) *p.* 173 (*cfr p.* 128, 7), *sed cfr p.* 113, 14, 116, 20 7 per *om.* **M^{1}OW** est **cW** *om.* **ΔEOPRIA^2***Rom.* 8 Fufius *Manutius, alii* illic **OPRIA^{2}c** *Rom.* illuc **ΔEW** Quintus *Victorius*: -que **M^{1}W** qui **M^2**, *rell.* 13 incredibili **W** tam tam **M^1** tama **W** 14 sichone **W** 16 nosti . . . Ian. *u.* 20 *om.* **E** genus etiam] genus huiusmodi hominum etiam **PRIA^{2}c** genus etiam huiusmodi hominum **O^1** in me id est **bsA^{2}c***Rom.* id me id est **MdmOW** id mihi (mei **R**) deest **PRI** 17 *post* conuersum *add.* est consilium **PRI** 18 cur aut **W** 20 uale] det **P** XIII **A^{2}c** XVI **ΔOWI***Rom.* *sic aut* VI *codd. Mal.* XV **R** XIII Kal. Ian. *om.* **P** *cfr Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 214 iun. **bm***Rom.*

IX

CICERO ATTICO SAL.

Ego uero et incaute, ut scribis, et celerius, quam opor- 1
tuit, feci nec in ulla sum spe, quippe qui exceptionibus
edictorum retinear. quae si non essent sedulitate effectae
et beniuolentia Va⟨tini⟩, liceret mihi abire in solitudines
aliquas. nunc ne id quidem licet. quid autem me iuuat,
quod ante initum tribunatum ueni, si ipsum, quod ueni,
nihil iuuat? iam quid sperem ab eo, qui mihi amicus num-
quam fuit, cum iam lege etiam sim confectus et oppressus?
cottidie iam Balbi ad me litterae languidiores, multaeque
multorum ad illum fortasse contra me. meo uitio pereo;
nihil mihi mali casus attulit; omnia culpa contracta sunt.
ego enim, cum genus belli uiderem, imparata et infirma
omnia contra paratissimos, st⟨a⟩tueram, quid facerem, cepe-
ramque consilium non tam forte quam mihi praeter ceteros
concedendum. cessi meis uel potius parui; ex quibus unus 2
qua mente fuerit, is quem tu mihi commendas, cognosces
ex ipsius litteris, quas ad te et ad alios misit. quas ego
numquam aperuissem, nisi res acta sic esset. delatus est
ad me fasciculus. solui, si quid ad me esset litterarum.
nihil erat; epistula Vatinio et Ligurio altera. iussi ad eos
deferri. illi ad me statim ardentes dolore uenerunt, scelus

EP. IX. 3 *prius* et *om.* **EO**^{1} 5 sedulitate] sed utilitate **M***corr.* (*del.*) **W** 6 beniuolentia Vatini liceret *Sternk. l. l. p.* 31: beniuolentie ualiceret **M**^{1} beniuolentiae qua liceret **W** beniuolentia tua liceret **M**^{2}, *rell.* beneuolentia praua lic. *coni. Purs.* 9 ab eo] habeo **W** 10 sum **bm***Rom.* 11 cottidie **ER** quotidie **bm**^{2}**sO**^{2}**P** quottidie *Rom.* die **Mdm**^{1}**O**^{1}(?)**W** *om.* **IA**^{2}**c** *cfr Muell. ad l.* mult(a)e quae **M**^{1}**W** 13 casus **dsFP***Ant., Manutius* causas (cās) **M**^{1}**EORZ**^{l}**W** causa **M***corr.***bmIA**^{2}**c** *Rom., Lambinus* *cfr* XI, 14, 1 *ex.* culpa *om.* **W** *cfr* VIII 8, 1 15 statueram *Maduigius ap. Wesenb. Em. p.* 9: sit ueram **M**^{1}**O**^{1}(?)**W** sciueram **M**^{2}(*sed* sc- *deleta*)**bdmsEO**^{2}**PRIA**^{2}**c***Rom.* *cfr Lehm. De Cic:is ad Att. epp. p.* 187 17 cessi meis *Bosius*: cessim his **Z**^{b}**W** cessim| iis **O**(?) cessimus **ΔEPRIA**^{2}**c***Rom.* 19 *post.* ad *om.* **bdmsE***Rom.* 21 fasciculos **M**^{1} solus solui **A**^{2}**c** ad me litterarum esset **W** esset ad me litterarum **A**^{2}**c**

hominis clamantes; epistulas mihi legerunt plenas omnium in me probrorum. hic Ligurius furere: se enim scire summo illum in odio fuisse Caesari; illum tamen non modo fauisse sed etiam tantam illi pecuniam dedisse honoris mei causa. hoc ego dolore accepto uolui scire, quid scripsisset ad ceteros; ipsi enim illi putaui perniciosum fore, si eius hoc tantum scelus percrebruisset. cognoui eiusdem generis. ad te misi; quas si putabis illi ipsi utile esse reddi, reddes; nil me laedet. nam quod resignatae sunt, habet, opinor, eius signum Pomponia. hac ille acerbitate initio nauigationis cum usus esset, tanto me dolore adfecit, ut postea iacuerim, neque nunc tam pro se quam contra me laborare dicitur.

3 Ita omnibus rebus urgeor, quas sustinere uix possum uel plane nullo modo possum. quibus in miseriis una est pro omnibus, quod istam miseram patre, matrimonio, fortuna omni spoliatam relinquam. qua re te, ⟨ut⟩ polliceris, uidere plane uelim; alium enim, cui illam commendem, habeo neminem, quoniam matri quoque eadem intellexi esse parata, quae mihi. sed si me non offendes, satis tamen habeto commendatam patruumque in eam, quantum poteris, mitigato.

3 illum tamen] eum tamen *Wesenb. Em. alt. p.* 124 *sed cfr* II 19, 4; VII 4, 2* modo non **PRI** fauisse **M**^{2}l'**bdmsO**^{2}*Rom.* fuisse **M**^{1}**ERWI** fouisse **A**^{2}**c** *om.* **O**^{1}**P** (*spat.* **P**) 4 etiam **bm**^{2} et tam **W** et **Mdm**^{1}**sEOPRIA**^{2}**c** et etiam *Rom.* pecuniam illi **IA**^{2} 7 percrebruisset **MbmsOI***Rom.* percrebuisset **dEPRA**^{2}**c** percrepuisset **W** generis] generis literas **IA**^{2}**c** 8 quas si] quasi **M**^{1}**W**, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} qua si **O** 10 nauigationi **M**^{1}(?)**O**^{1}(*uix* **W**) 15 uel . . . possum *om. et add.* **O**^{1} 16 patre, matrimonio *Schmidtius Mus. Rh.* LIII (*a.* 1898) *p.* 211: parte matrimonio **EW** partem matrimonio **OPR** ꝑtem | trimonio **M**^{1}, *sed* -m *inducta, ut* parte *sit*; l' tu *pro* te (*i. e.* partu) *in marg.* **M**^{2}; *post* parte(m) *add.* pa- **M**^{2}, *ergo* parte (*uel* partu) patrimonio **M**^{2} partu patrimonio **bmsA**^{2}**c***Rom.* patrimonio **d**, *alii* partu matrimonio **I** patre, patrimonio *Graeuius de* **M** *ante errarunt* 17 reliquam **ORW** ut **EPRIA**^{2}**c** quod (*sed ante* te) *Rom.* *om.* **ΔOW** (*in* **M** *lacuna duarum litterarum*) *cfr ad* XI 18, 2 21 eam **cW** ea **ΔEOPRIA**^{2}*Rom., plerique edd.; cfr Muell. ad* I *de off.* 18, 61 (*a.* 1882)

Haec ad te die natali meo scripsi. quo utinam susceptus non essem, aut ne quid ex eadem matre postea natum esset! plura scribere fletu prohibeor.

X

CICERO ATTICO SAL.

Ad meas incredibilis aegritudines aliquid noui accedit 1
ex iis, quae de Q. Q. ad me adferuntur. P. Terentius, meus necessarius, operas in portu et scriptura Asiae pro magistro dedit. is Q. f. Ephesi uidit VI Id. Dec. eumque studiose propter amicitiam nostram inuitauit; cumque ex eo de me percontaretur, eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum, uolumenque sibi ostendisse orationis, quam apud Caesarem contra me esset habiturus. multa ⟨a⟩ se dicta contra eius amentiam. multa postea Patris [eius] simili scelere secum Q. p. locutum, cuius furorem ex iis epistulis, quas ad te misi, perspicere potuisti. haec tibi dolori esse certo scio; me quidem excruciant, et eo magis, quod mihi cum illis ne querendi quidem locum futurum puto.

De Africanis rebus longe alia nobis, ac tu scripseras, 2
nuntiantur; nihil enim firmius esse dicunt, nihil paratius.

3 cura ut ualeas *add.* **PR**, uale **IA**^{2}**c***Rom.*

EP. X. 6 Ad] A **W** incredibiles **bsEc** aegritudo **M**^{1}**O**^{1}**W**, *corr.* **M**^{2} accidit **M***corr.* excedit **O**^{1} 7 ex iis **mO**^{1}*Rom.* ex his *rell.* de .Q. Q. **M**^{1} deq; .Q. **W** de .Q. **M***corr.***dmE***Rom.* de quinto **bs** de fratre Q. **O** de .q. fr. **R** de Quinto Fratre **PA**^{2}**c**(Q. **P**) de Quinto F. **I** 8 operas **MdEOPR** magnas operas *rell.* 9 magistro *uulg.*: mag̊ **R** mago **P** magno **ΔEOWI** Magno **A**^{2}**c***Rom.* dedit. is] dedit. his **W** deditis **M**^{1}**dO** .Q. F. (f.) **M**^{1}**EPRW** .Q. fratre (?)**O** .Q. fratrem **M**^{2}, *rell.* *cfr* X 6, 2 11 percontaretur **CW** contaretur *rell.* (cunt- **E**) 14 a **M**^{2}**bdmsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* *om.* **M**^{1}**EO**^{1}**PRW** (-as ed- **W**) postea] etiam **A**^{2}**c** 15 Patris *Orellius*: patris eius **ΔEOPRWIA**^{2}**c***Rom.* eius *del. Schicheus* '*Jahresber. d. phil. Ver.*' XXV (*a.* 1899) *p.* 366 scelera **W** .Q. P. (Q. p., q. p.) **ΔEOPRW** *codd. Mal.* Qu. P. **I** Q. (Quintum) filium **A**^{2}**c***Rom.* 16 iis **mO***Rom.* is **R** hijs **E** his *rell.* 17 certo **bdmsOWA**^{2}**c** certe **MEPRI***Rom.* 18 cum] in **PRI** 20 rebus] quidem rebus **IA**^{2}**c**

accedit Hispania et alienata Italia; legionum nec uis eadem nec uoluntas, urbanae res perditae. quid est, ubi acquiescam, nisi quam diu tuas litteras lego? quae essent profecto crebriores, si quid haberes, quo putares meam molestiam minui posse. sed tamen te rogo, ut ne intermittas scribere ad me, quicquid erit, eosque, qui mihi tam crudeliter inimici sunt, si odisse non potes, accuses tamen, non ut aliquid proficias sed ut tibi me carum esse sentiant. plura ad te scribam, si mihi ad eas litteras, quas proxime ad te dedi, rescripseris. uale. XII Kal. Febr.

XI

CICERO ATTICO SAL.

1 Confectus iam cruciatu maximorum dolorum ne si sit quidem, quod ad te debeam scribere, facile id exsequi possim, hoc minus, quod res nulla est, quae scribenda sit, cum praesertim ne spes quidem ulla ostendatur fore melius. ita iam ne tuas quidem litteras exspecto, quamquam semper aliquid adferunt, quod uelim. qua re tu quidem scribito, cum erit, quoi des. ego tuis proximis, quas tamen iam pridem accepi, nihil habeo, quod rescribam; longo enim interuallo uideo mutata esse omnia, illa esse firma, quae debeant, nos stultitiae nostrae grauissimas poenas pendere.

1 Italia **CWZ**^{1} alia **ΔEOPR**_codd. Mal._ **IA**^{2}**c**_Rom._ _cfr_ IX 13, 4 4 quo] quod **MdORI** 5 ut ne **W** ut **M**^{1}**EOR** ne **M**^{2}, _rell._ 7 potest **M**^{1}**OW**, _corr._ **M**^{2}**c**^{s} 8 carum me tibi **b**, _codd. Mal._ esse _om._ **W** 9 proxime ego ad **IA**^{2} 10 dedires scripseris **M**^{1}, _corr._ **M**^{2}**c**^{s} ual. **Md** VII **A**^{2}**c** data _add._ **R**

EP. XI. _Deest_ **E** 13 cruciatum **M**^{1}**O**^{1}**W** 14 id _om._ **b**_Rom._ 15 possim **R**, _Bosius_: possem **ΔOPWIA**^{2}**c**_Rom._ 17 iam] etiam **W** 19 quoi des **ms** quo id es **W** quo (quod **d**^{2}) des **Md** cui des _rell._ iam **bmsOIA**^{2}**c**_Rom._ tam **MdPRW** 20 longe **W** 21 mutata **OPRWIA**^{2}**c** immutata **Δ**_Rom._, _uulg._ 22 _sq._ poenas quae ad me pertine (_sic_) sine mora _eqs. reliquis omissis_ **R** pendere. P. salustio **M**^{1}**O** (_sed_ P. _expunctum in_ **O**) pende rei. p. salustio **W** pendere rei p. (_uel_ r. p.) salustio **M**^{2}**bdmsPIA**^{2}**c** (Sallu- **A**^{2}**c**) pendere. Reipublice _Rom._

P. Sallustio curanda sunt HS $\overline{\text{xxx}}$, quae accepi a Cn. 2
Sallustio. uelim uideas, ut sine mora curentur. de ea re scripsi ad Terentiam. atque hoc ipsum iam prope consumptum est; qua re id quoque uelim cum illa uideas, ut sit, qui utamur. hic fortasse potero sumere, si sciam istic paratum fore; sed priusquam id scirem, nihil sum ausus sumere. qui sit omnium rerum status noster, uides. nihil est mali, quod non et sustineam et exspectem. quarum rerum eo grauior est dolor, quo culpa maior. ille in Achaia non cessat de nobis detrahere. nihil uidelicet tuae litterae profecerunt. uale. VIII Id. Mart.

XII

CICERO ATTICO SAL.

Cephalio mihi a te litteras reddidit a. d. VIII Id. Mart. 1
uespere. eo autem die mane tabellarios miseram, quibus ad te dederam litteras. tuis tamen lectis litteris putaui aliquid rescribendum esse ea re maxime, quod ostendis te pendere animi, quamnam rationem sim Caesari allaturus profectionis meae tum, cum ex Italia discesserim. nihil opus est mihi noua ratione. saepe enim ad eum scripsi multisque mandaui me non potuisse, quom cupissem, sermones hominum sustinere, multaque in eam sententiam. nihil enim erat, quod minus eum uellem existimare, quam me tanta de re non meo consilio usum esse. posteaque,

1 sestertia **dI** (sext- **d**) $\overline{\text{XXX}}$ **MbmsO**[1] XXX *rell.* 2 sallustio **mA**[2]**c** salustio *rell.* ut quae ad me pertinent sine **PIA**[2]**c** 5 istic *om.* **PR** 6 scire **W** 11 VIII id. Mart. *om.* **P**

EP. XII. 14 Cephalio ... litteras *u.* 16 *om.* **E** ad octauum **A**[2]**c** 16 lectis *etiam* **W** 17 aliquid **ΔEOPRW***Rom.* tamen aliquid **C** tandem aliquid **IA**[2]**c** iam aliquid *alii* ea re **W** eo **M**[2]**bdms EPIA**[2]**c***Rom.* ea **R** *om.* **M**[1] 18 animo **E** animum **PR** quam **E** sim Caesari] caesari sim **Oc** Caesari **A**[2] 19 cum *om.* **W** 20 mihi opus est **O**(?)**IA**[2]**c** oratione **W** 21 me **cW** *om.* **ΔEOPRIA**[2]*Rom.* quom **M**[1]**m** quem **OW** quomodo *Rom.* cum **M**[2], *rell.* 24 posteaque **ΔEOW***Rom.* postea **PRIA**[2]**c**

quom mihi litterae a Balbo Cornelio minore missae essent illum existimare Quintum fratrem l i t u u m meae profectionis fuisse — ita enim scripsit —, qui nondum cognossem, quae de me Q. scripsisset ad multos, etsi multa praesens in praesentem acerbe dixerat et fecerat, tamen nilo minus his uerbis ad Caesarem scripsi:

2 De Quinto fratre meo non minus laboro quam de me ipso, sed eum tibi commendare hoc meo tempore non audeo. illud dumtaxat tamen audebo petere abs te, quod te oro, ne quid existimes ab illo factum esse, quo minus mea in te officia constarent minusue te diligerem, potiusque semper illum auctorem nostrae coniunctionis fuisse meique itineris comitem, non ducem. qua re ceteris in rebus tantum ei tribues, quantum humanitas tua amicitiaque uestra postulat. ego ei ne quid apud te obsim, id te uehementer etiam atque etiam rogo.

3 Qua re, si quis congressus fuerit mihi cum Caesare, etsi non dubito, quin is lenis in illum futurus sit idque iam declarauerit, ego tamen is ero, qui semper fui. sed, ut uideo, multo magis est nobis laborandum de Africa,

1 cum (=quom) *Manutius*: quam **ΔEOPRWIA**^{2}c*Rom.* *u. Schmalz-Hofm. Synt. p.* 734 Cornelio Balbo **A**^{2}**c** 2 .Q. **dmsPA**^{2}c*Rom.* lituum] nuncium **P** illicium **A**^{2}**c** lituum *eqs. in* **W** *legi possunt* meae] me **M**^{1}**W** 3 cognosset **bmsA**^{2}c*Rom.* cognosceret **E**(?)**P** 4 Quintus **A**^{2}**c** at multo **M**^{1} et simuląta **M** et simulta **dm**^{1} 5 *in* dixerat *desinit* **W** et fecerat **E**, *Victorius*: effecerat *rell.* nihilo (nilo *Klotzius prooem. p.* XXXII) minus his *Graeuius*: .l. lomeous **M**^{1} .l. meo iis **M**^{2}**mEO**^{2}**PRI** (his **P**) L. in eo his **bsA**^{2}c*Rom.* (iis **s**) .L. meonis **d** *cfr Lehm. De Cic:is ad Att. epp. p.* 111 (lomeo *etiam* **Z**$^\beta$) 6 scripsi **M**^{1}**b msO***Rom.* rescripsi **M**^{2}**dEPRIA**^{2}**c** 7 Quinto **MEPRI** .Q. **bdmsOA**^{2}c*Rom.*
9 audebo] audeo **s** *cfr* desunt . . . defutura *ep.* XIII 63, 1–2 apste **M**^{1} quod te oro *nonnullis suspectum; cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 11 minus ut te **PR** 12 semper illum **MdsEOPR** illum semper **IA**^{2}c semper **bm***Rom.* autiorem (?) **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}c^S auctiorem **O** autorem **Pc***Rom.* 14 quantum] tantum **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}c^S uestra **Md**^{2}**mEO** nostra **bd**^{1}**sPRIA**^{2}c*Rom.* 15 opsim **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}c^S 17 ingressus **bm***Rom.* 18 etsi] si **M**^{1}**O**

quam quidem tu scribis confirmari cottidie magis ad condicionis spem quam uictoriae. quod utinam ita esset! sed longe aliter esse intellego teque ipsum ita existimare arbitror, aliter autem scribere, non fallendi sed confirmandi mei causa, praesertim cum adiungatur ad Africam etiam Hispania.

Quod me admones, ut scribam ad Antonium et ad 4
ceteros, si quid uidebitur tibi opus esse, uelim facias id, quod saepe fecisti. nihil enim mihi uenit in mentem, quod scribendum putem. quod me audis erectiorem esse animo, quid putas, cum uideas accessisse ad superiores aegritudines praeclaras generi actiones? tu tamen uelim ne intermittas, quod eius facere poteris, scribere ad me, etiam si rem, de qua scribas, non habebis; semper enim adferunt aliquid mihi tuae litterae.

Galeonis hereditatem creui. puto enim cretionem simplicem fuisse, quoniam ad me nulla missa est. VIII Id. Mart.

XIII

CICERO ATTICO SAL.

A Murenae liberto nihil adhuc acceperam litterarum. 1
P. Siser reddiderat eas, quibus rescribo. de Ser. patris

1 cottidie **ER** cotidie **M**[1] quottidie **P***Rom.* quotidie **M***corr., rell.* 7 Quod . . . scio *p.* 126, 5 *om.* **E** ut] ut et **PR** *om.* **d** 8 tibi *om.* **PR** 9 uenit mihi **A**[2]**c** quod **M***corr.***bdsO**[2]**IA**[2]**c** quid **M**[1]**mO**[1] **PR***Rom.* *cfr* X 13, 2; XI 2, 3; 15, 1; XII 5 a; 9; 24, 1; *ad* IX 16, 1 10 erectiorem **MdORIA**[2]**c** erectiore **bms***Rom.* certiore **P** *cfr Lehm. Quaest. Tull. p.* 83 11 accessisse **b**, *Manutius*: accepisse **MdmsOPRIA**[2]**c***Rom.* 12 generi *uulg.*: genere **ΔOPRIA**[2]**c***Rom.* 13 quod eius **M**[1]**dOR** quoad eius **M**[2]**c**[S]**bmA**[2]**c***Rom.* quoad id **s** quotiens **P** quoad **I** 14 scribis **O**(?)**PR** 15 mihi aliquid **PR** tuae litterae **M***corr.***dsOPR** litterae tuae **M**[1]**bmIA**[2]**c***Rom.* 16 hæreditate **A**[2]**c**, *corr.* **C** creui . . . cretionem *om.* (*spat.*) **P** puto **C** duto **MdmO**[1](?)**R** duco **bsO**[2](?)**IA**[2]**c***Rom.* *cfr ad p.* 65, 15 cretionem **A**[2]**c** crutionem (-ci-) **ΔORI** Trucionem *Rom.* 17 *post* est *add.* Vale **PRA**[2]**c***Rom.*

EP. XIII. 20 **A** . . . scio *p.* 126, 5 *om.* **E** 21 P. siser **bs** P. si ser. **MdmOR** P. si seruius **P** P. F. Ser. *Rom.* sed P. Seruilio **IA**[2]**c** Ser.] Serui *uulg.*

litteris quod scribis, item Q. in Syriam uenisse quod ais esse qui nuntient, ne id quidem uerum est. quod certiorem te uis fieri, quo quisque in me animo sit aut fuerit eorum, qui huc uenerunt, neminem alieno intellexi. sed quantum id mea intersit, existimare te posse certe scio. mihi cum omnia sint intolerabilia ad dolorem, tum maxime, quod in eam causam uenisse me uideo, ut sola utilia mihi esse uideantur, quae semper nolui.

P. Lentulum patrem Rhodi esse aiunt, Alexandriae filium, Rhodoque Alexandriam C. Cassium profectum esse constat.

2 Q. mihi per litteras satis facit multo asperioribus uerbis, quam cum grauissime accusabat. ait enim se ex litteris tuis intellegere tibi non placere, quod ad multos de me asperius scripsit, itaque se paenitere, quod animum tuum offenderit, sed se iure fecisse. deinde perscribit spurcissime, quas ob causas fecerit. sed neque hoc tempore nec antea patefecisset odium suum in me, nisi omnibus rebus me esse oppressum uideret. atque utinam uel nocturnis, quem ad modum tu scripseras, itineribus propius te accessissem! nunc nec ubi nec quando te sim uisurus possum suspicari.

3 De coheredibus Fufidianis nihil fuit, quod ad me scriberes; nam et aequum postulant et quicquid egisses recte
4 esse actum putarem. de fundo Frusinati redimendo iam

1 item Q. **s**^{2}**I** (Qu. **I**) item .q. **PR** item Quintum **A**^{2}**c**, *uulg.* itemque **ΔO***Rom.* 5 certe **MPRI** certo *rell.*, *alii* mihi] *accedit* **E** 6 sint **ΔEOPRIA**^{2}(*in marg.*)*Rom.* sunt **A**^{2}**c**, *alii* *cfr ep.* XIV 3, 2; *in M. Ant.* VIII 4, 11; *Lebretonius 'Études' p.* 340 *adn.* 7 uenisse me] uenissem **M**^{1}**O**^{1} 9 Alexandreae **M**^{1}**dO**^{1}, *corr.* **M**^{2}l' 10 Alexandriam **sEO**^{2}**PI** **A**^{2}**c***Rom.* Alexandream **MbdmO**^{1}**R** 12 Quintus **bsA**^{2}**c** satisfecit **bms** *Rom.* 13 enim *om.* **bm***Rom.* se *om.* **O**^{1} 15 scripsit **ΔEPR** **IA**^{2}**c***Rom.* dixit scripsit **O** scripserit *Bosius, uulg., sed cfr* VIII 11 D, 3 intenderat; X 14, 3 fiebant; *ep.* III 5, 1 scripseram; *Lebretonius l. l. p.* 365 *sqq.* 16 offenderet **M**^{1}**O**^{1} scribit **sE** scripsit **b** perscripsit *Rom.*

18 odium in me suum **PR** omnibus rebus me] me omnibus rebus **b***Rom.* me omnibus rebus me **m** 21 sum **c** 22 de . . . uidebis *p.* 127, 4 *om.* **E** 23 aecuum **M** ecuum **d** equm **R** 24 putarem **bs***Rom.* putaret **MdmOR** putarent **IA**^{2}**c** putares **P**

pridem intellexisti uoluntatem meam. etsi tum meliore loco res erant nostrae neque tam mihi desperatum iri uidebantur, tamen in eadem sum uoluntate. id quem ad modum fiat, tu uidebis. et uelim, quod poteris, consideres, ut sit, unde nobis suppeditentur sumptus necessarii. si quas habuimus facultates, eas Pompeio tum, cum id uidebamur sapienter facere, detulimus. itaque tum et a tuo uilico sumpsimus et aliunde mutuati sumus, cum Q. quereretur per litteras sibi nos nihil dedisse, qui neque ab illo rogati sumus neque ipsi eam pecuniam aspeximus. sed uelim uideas, quid sit, quod confici possit, quidque mihi de omnibus des consilii; et causam nosti.

Plura ne scribam dolore impedior. si quid erit, quod 5
ad quos scribendum meo nomine putes, uelim, ut soles, facias, quotiensque habebis, cui des ad me litteras, nolim praetermittas. uale.

XIV

CICERO ATTICO SAL.

Non me offendit ueritas litterarum tuarum, quod me 1
cum communibus tum praecipuis malis oppressum ne incipis quidem, ut solebas, consolari faterisque id fieri iam

2 neque tam mihi desperatum iri uidebantur **Z**^{b} neque tamen mihi desperaturi ita uidebantur **MdmsOPRI** (*sed* desperaturi mihi **ds**, uidebamur **mI**, mihi tamen **O**) neque desperaturi mihi ita uidebamur **bA**^{2}**c***Rom.* (*sed* mihi desperaturi **A**^{2}**c**) 3 id quem ad modum fiat, tu *Victorius*: is quemadmodum flatu **ΔOPRI***Rom.* (*sed* flat tu **s**; his **P**; iis **I**) in iis quemadmodum fiat tu **A**^{2}**c** 4 et] *accedit* **E** quod **M**^{1}**O** quo **PR** quoad **M**^{2}, *rell.* (quo ad **E**) 6 tum Pompeio cum **IA**^{2}**c** 7 uilico **M**^{1}**O** uillico **M***corr.*, *rell.* 8 abunde **bmO**^{2}*Rom.* cum . . . sumus *om.* **P** queritur *Maduigius Adu. crit.* III *p.* 188, *recc. edd.* 9 quin eque **M**^{1} 10 sed . . . nosti *et* 13 si . . . uale *om.* **E** 11 omnibus rebus *Wesenb.*, *sed cfr* VII 17, 2, VIII 3, 3, *sim.* consilium **PR** 14 quos] quo **M**^{1}**OR** quem **P** ut tu **PR** 15 quotienscumque **bm***Rom.* quoi des **m** quo ides **M** cui des *rell.* nolim **bsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* uelim **MdmO**^{1}**R** (*propter* uelim *u.* 14; *cfr ad p.* 37, 6) non uelim **P** 16 ual. **Mm** cura ut ualeas **OR** *om.* **bP**

EP. XIV *om.* **E** 20 tum communibus malis tum praecipuis **IA**^{2}**c**

non posse. nec enim ea sunt, quae erant antea, cum, ut nihil aliud, comites me et socios habere putabam. omnes enim Achaici deprecatores itemque in Asia, quibus non erat ignotum, etiam quibus erat, in Africam dicuntur nauigaturi. ita praeter Laelium neminem habeo culpae socium, qui tamen hoc meliore causa est, quod iam est receptus.
2 de me autem non dubito quin ad Balbum et ad Oppium scripserit; a quibus, si quid esset laetius, certior factus essem; tecum etiam essent locuti. quibuscum tu de hoc ipso conloquare uelim et ad me, quid tibi responderint, scribas, non quod ab isto salus data quicquam habitura sit firmitudinis, sed tamen aliquid consuli et prospici poterit. etsi omnium conspectum horreo, praesertim hoc genero,
3 tamen in tantis malis quid aliud uelim non reperio. Q. pergit, ut ad me et Pansa scripsit et Hirtius, isque item Africam petere cum ceteris dicitur. ad Minucium Tarentum scribam et tuas litteras mittam; ad te scribam, num quid egerim. HS $\overline{\text{XXX}}$ potuisse mirarer, nisi multa de Fufidianis praediis; † aduideo et tamen exspecto, quem uidere, si ullo modo potest — ⟨poscit⟩ enim res —, peruelim.

1 cum ut **M**^{1}**O** quum ut **C** et ut **PIA**^{2}**c** ut **M***corr.***bdmsR***Rom.* 4 *post.* erat] erant **M**^{1}**OR** 6 meliore **M***corr.***bdmsOPR***Rom.* meliore in **M**^{2}**c**^{s}**IA**^{2}**c** (*sed* in *inductum in* **M**), *uulg.* meliorem **M**^{1} *cfr* causa pari *de r. p.* VI 2, 2; *Nipperd. ad Nep.* XVIII 3, 6 causa *uulg.*: casu **ΔOPRIA**^{2}**c** *Rom.* *cfr p.* 119, 13 8 latius **M**^{1} 11 quod **M**^{2}**bdmsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* *om.* **M**^{1}**O**^{1}**PR** quo *Baiterus* 12 perspici **bms***Rom.* 13 genero **ΔC***Rom.* genere **s**^{2}**OPRIA**^{2}**c** 14 aliud **dsPRIA**^{2}**c** aliquid **MbmO***Rom.* reperio. Q.] reperioque **Md** 15 *prius* et] C. **PR** 16 Tarentum *I. F. Gronouius*: parentum **ΔOPRI** parentem **A**^{2}**c** Patencum *Rom.* 17 num **A**^{2}**c** nam **ΔOPRI***Rom.* 18 egerit **bmsA**^{2}**c***Rom.* sestertia **I** $\overline{\text{XXX}}$ **ΔO**^{1}**R** XXX **O**^{2}**PIA**^{2}**c***Rom.* 19 aduideo (ad uideo **R**) et tamen **OR** ad ui (*spat.*) et tamen **P** et aduideo (ad uideo) tamen **Δ** et id uideo tamen et **A**^{2}**c***Rom.* (*post.* et *om. Rom.*) et adiudico tamen et **I** *fort.* auide te tamen *alii aliter; cfr Muell. ad l.* quem **Z**^{b}, *Victorius*: quam **ΔO PRIA**^{2}**c***Rom.* 20 potest poscit *Graeuius*: potest **sO**^{1}**PRZ**^{b}**IA**^{2}**c** post **Mb dms** (*in marg.*)**O**^{2}*Rom.* res enim **I** enim *om.* **A**^{2}**c** res] res nostra **A**^{2}**c** (*in marg.* Resp. enim **A**^{2}) peruelim *Ernestius*: peruellem **MdsO RZ**^{b}**IA**^{2}**c** .p. (*uel* .P.) uellem **bms**(*in marg.*)*Rom.* *om.* **P** (*spat.*)

Iam extremum concluditur. ibi facile est, quid, quale sit, hic grauius existimare. uale.

XV

CICERO ATTICO SAL.

Quoniam iustas causas adfers, quod te hoc tempore 1
uidere non possim, quaeso, quid sit mihi faciendum. ille enim ita uidetur Alexandriam tenere, ut eum scribere etiam pudeat de illis rebus; hi autem ex Africa iam adfuturi uidentur, Achaici, item ex Asia redituri ad eos aut libero aliquo loco commoraturi. quid mihi igitur putas agendum? uideo difficile esse consilium. sum enim solus aut cum altero, cui neque ad illos reditus sit neque ab his ipsis quicquam ad spem ostendatur. sed tamen scire uelim, quid censeas, idque erat cum aliis, cur te, si fieri posset, cuperem uidere.

Minucium $\overline{XII}$ sola curasse scripsi ad te antea. quod 2
superest uelim uideas ut curetur. Q. non modo non cum magna prece ad me sed acerbissime scripsit, filius uero mirifico odio. nihil fingi potest mali, quo non urgeat. omnia tamen sunt faciliora quam peccati dolor, qui et maximus

1 ibi facile est quod quale sit **ΔOPRZ^{b}IA^{2}c***Rom.* (*sed* quid **Z^b**; id *pro* ibi **PR**, ubi *Rom.*) quod quale sit, ibi facile est *Purserus* *alii aliter* quid, quale] *cfr p.* 136, 2; 137, 15 2 hic grauius **C** grauius **Z^b** grauis **ΔOPR***Rom.* graue est **IA^{2}c** uale] cura ut ualeas **P** *om.* **b**
EP. XV. *Accedit* **E** 5 quod **bsA^{2}c***Rom.* quid **MmEOPRI** qui **d** quor (cur) *Vrsino duce alii* *cfr ad* XI 12, 4 6 uidere] de re **M^{1}O^1** possum **M^{1}bEP***Rom.* *ante uel post* quaeso *add.* uide *aut* cogita *alii, sed* scribe *cogitatione addendum; cfr* X 13, 3; *Heidemannus De Cic:is ellipsis usu p.* 66 quod **M^{1}OR** 7 enim] cum **M^{1}O** *om.* **d** eum scribere etiam pudeat **MdsOPRIA^{2}c** (*sed* eam **M^{1}OR**, ea **P**) eam scribere pudeat **E** eum pudeat etiam scribere **bm***Rom.* 8 ii **EA^{2}c** 9 Achaici **IA^{2}c**, *Malaspina, coll. p.* 128, 3: achei **ΔEOPR***Rom.* ex Asia] *cfr p.* 128, 3; *Lebretonius 'Études' p.* 90 10 agitur **M^1** agiter **O** 12 iis **bEA^{2}c** hiis **R** 16 Minucium ... odio *u.* 19 *om.* **E** $\overline{XII}$ **MbmsO^1** XII *rell.* 17 Q. **M***corr.***m^2** que **M^{1}dOPR** quæ **m^{1}I** Quintus **bsA^{2}c***Rom.* 19 nihil] *accedit* **E**

est et aeternus; cuius peccati si socios essem habiturus ego quos putaui, tamen esset ea consolatio tenuis. sed habet aliorum omnium ratio exitum, mea nullum. alii capti, alii interclusi non ueniunt in dubium de uoluntate, eo minus scilicet, cum se expedierint et una esse coeperint. ii autem ipsi, qui sua uoluntate ad Fufium uenerunt, nihil possunt nisi timidi existimari. multi autem sunt, qui, quocumque [sunt] modo ad illos se recipere uolent, recipientur. quo minus debes mirari non posse me tanto dolori resistere. solius enim meum peccatum corrigi non potest et fortasse Laeli. sed quid me id leuat? nam C. [e]quidem Cassium aiunt consilium Alexandream eundi mutauisse.

3 Haec ad te scribo, non ut queas tu demere sollicitudinem sed ut cognoscam, ecquid tu ad ea adferas, quae me conficiunt; ad quae gener accedit et cetera, quae fletu reprimor ne scribam. quin etiam Aesopi f. me excruciat. prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. sed ad primum reuertor, quid putes faciendum, occultene aliquo propius ueniendum an mare transeundum; nam hic maneri diutius non potest.

4 ⟨De⟩ Fufidianis qua re nihil potuit confici? genus enim condicionis eius modi fuit, in quo non solet esse controuersia, cum ea pars, quae uidetur esse minor, licitatione expleri posset. hoc ego non sine causa quaero; suspicor

1 ego quos **ΔEOIA**^{2}**c***Rom.* quos ego **FPR** 2 ea *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2} 5 ii **EA**^{2}**c** hij **R** hi *rell.* 7 qui quocumque *Lambinus*: qui quocumque sunt **ΔEORIA**^{2}**c***Rom.* *om.* **P** 8 ad] si ad **s** se *om.* **bm***Rom.* 9 dolore **M**^{1}**O** *om.* **s** 11 quidem **dsA**^{2}**c** equidem *rell.* 12 Alexandream **MbmO**^{1}**R** Alexandriam *rell.* 13 queas tu **M**^{2}**bdmsEO**^{2}**PRIA**^{2}**c***Rom.* quem tuam **M**^{1} queam tuam **O**^{1} *cfr Madu. de fin.* II, 13, 42 14 ecquid *uulg.*: et quid **ΔEOPRIA**^{2}**c***Rom.* tu ad ea] uadea **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} ualde **PR** 15 ad quae] atque **M**^{1} 16 F. **MOIA**^{2}**c** f. **dPR** filius *rell., uulg.* 18 occultene] occulte me **E** occultem (*vel*-ten) **M**^{1} occulten **O** occulte ne *rell.* 21 de **c** *om.* **ΔOPRIA**^{2}*Rom.* de . . . existimo *p.* 131, 8 *om.* **E** fifidianis **M**^{1} 24 hoc **ΔOPR***Rom.* (*etiam* **M**, *ut uid.*) haec **IA**^{2}**c**

enim coheredes dubiam nostram causam putare et eo rem in integro esse. uale. pr. Id. Maias.

XVI

CICERO ATTICO SAL.

Non meo uitio f[u]it hoc quidem tempore — ante enim 1
est peccatum —, ut me ista epistula nihil consoletur. nam et exigue scripta est et suspiciones magnas habet non esse ab illo; quas animaduertisse te existimo. de obuiam itione ita faciam, ut suades. neque enim ulla de aduentu eius opinio est neque, si qui ex Asia ueniunt, quicquam auditum esse dicunt de pace; cuius ego spe in hanc fraudem incidi. nihil uideo, quod sperandum putem, nunc praesertim, cum ea plaga in Asia sit accepta, in Illyrico, in Cassiano negotio, in ipsa Alexandria, in urbe, ⟨in⟩ Italia. ego uero, etiam si rediturus ille est, qui adhuc bellum gerere dicitur, tamen ante reditum eius negotium confectum iri puto.

Quod autem scribis quandam laetitiam bonorum esse 2
commotam, ut sit auditum de litteris, tu quidem nihil praetermittis, in quo putes aliquid solacii esse, sed ego non adducor quemquam bonum ullam salutem putare mihi tanti fuisse, ut eam peterem ab illo, et eo minus, quod huius consilii iam ne socium quidem habeo quemquam. qui in Asia sunt, rerum exitum exspectant; Achaici etiam Fufio

2 in *om.* **dO^2** esse **ΔPRIA^2***Rom.* esse malle **Oc** uale] cura ut ualeas **PR** *om.* **bO** esse malle. uale *cum* **c** *aut* esse uelle. uale (*sic Madu. Adu. crit.* III, *p.* 188), *alii, sed cfr Klotzius prooem. p.* XXXII P.R. **MO^1** pr. **m** pridie *rell.*, *sed* pr. Id. Maias *om.* **P** data *add.* **R**

EP. XVI. 5 Non . . . existimo *u.* 8 *om.* **E** fit *uulg.*: fuit **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* antea **s** a te **A^2** *in marg.* 7 est] haec est **IA^2** magnas *om.* **bm***Rom.* 8 de] *accedit* **E** obuiamitio ne **M^1** 9 ulla de aduentu *Lambinus*: ualde aduentu **ΔORI***Rom., tres codd. Mal.* ualde de aduentu **FP**, *Victorius* ualde aduentus **E***Ant.***A^{2}c** 14 Alexandrea **R**, *alii* in Italia **bIA^{2}c** Italia *rell.* 22 ab illo **A^{2}c** ab ullo **ΔEOPRI***Rom.* 24 sunt, et rerum **IA^{2}c** achai **M^1** fusio **bsA^{2}c***Rom., corr.* **C**

spem deprecationis afferunt. horum et timor idem fuit primo, qui meus, et constitutum; mora Alexandrina causam

3 illorum correxit, meam euertit. quam ob rem idem a te nunc peto, quod superioribus litteris, ut, si quid in perditis rebus dispiceres, quod mihi putares faciendum, me moneres. si recipior ab his — quod uides non fieri —, tamen, quoad bellum erit, quid agam aut ubi sim, non reperio; sin iactor, eo minus. itaque tuas litteras exspecto, easque ut ad me sine dubitatione scribas rogo.

4 Quod suades, ut ad Q. scribam de his litteris, facerem, si me quicquam istae litterae delectarent. etsi quidam scripsit ad me his uerbis: E g o, u t i n h i s m a l i s, P a t r i s s u m n o n i n u i t u s; e s s e m l i b e n t i u s, s i f r a t e r t u u s e a d e t e l o q u e r e t u r, q u a e e g o a u d i r e u e l l e m. quod ais illum ad te scribere me sibi nullas litteras remittere, semel ab ipso accepi; ad eas Cephalioni dedi, qui multos menses tempestatibus retentus est. Q. filium ad me acerbissime scripsisse iam ante ad te scripsi.

5 Extremum est, quod te orem, si putas rectum esse et a te suscipi posse, cum Camillo communices, ut Terentiam moneatis de testamento. tempora monent, ut uideat, ut satis faciat, quibus debeat. auditum ex Philotimo est eam scelerate quaedam facere. credibile uix est, sed certe, si quid est, quod fieri possit, prouidendum est. de omnibus rebus

1 auferunt *Manutius* 3 idem . . . Quint. *p.* 135, 2 *om.* **E** 4 superioribus *uulg.*: tui prioribus **MdmORI** tu prioribus **bsA^{2}c** in prioribus **P** prioribus *Rom.* ut *om.* **c** 5 dispiceres . . . moneres] *cfr* VIII 12 B, 2 (*Pompeius*); *Schmalz-Hofm. Synt. p.* 703 6 ab iis **A^{2}c***Rom.* 7 ibi **MR** iactor **ΔOPRIA^2***Rom.* iactor aut reijcior **c** *cfr Muell. ad l.* 10 ad Q.] atque **Md** ad que **R** ad Quintum **A^{2}c** ad te **I** 11 etsi quidam scripsit *uulg.*: quidam scripsit etsi **ΔOPR***Rom.* quidam scripsit **IA^{2}c** 12 Ego] Etsi ego **IA^{2}c** patris *etiam* **M** presens **P** 13 te] re **bs** 14 ego *om.* **bm***Rom.* 16 ipso **M^{1}IA^{2}c** illo **M^{2}bdmsO***Rom.* eo **PR** cephaloni **m***Rom.* 20 Camillio **MOPR** (-ilio **PR**) 22 debet *Ascensio auctore alii, sed in assimilatione modi non est offendendum*

uelim ad me scribas, et maxime quid sentias de ea, in qua tuo consilio eg⟨e⟩o, etiam si nihil excogitas. id enim mihi erit pro desperato. III Non. Iun.

XVII

CICERO ATTICO SAL.

Properantibus tabellariis alienis hanc epistulam dedi; (1) eo breuior est, et quod eram missurus nostros. Tullia mea uenit ad me pr. Id. Iun. deque tua erga se obseruantia beneuolentiaque mihi plurima exposuit litterasque reddidit trinas. ego autem ex ipsius uirtute, humanitate, pietate non modo eam uoluptatem non cepi, quam capere ex singulari filia debui, sed etiam incredibili sum dolore adfectus tale ingenium in tam misera fortuna uersari idque accidere nullo ipsius delicto, summa culpa mea. itaque a te neque consolationem iam, qua cupere te uti uideo, nec consilium, quod capi nullum potest, exspecto, teque omnia cum superioribus saepe litteris tum proximis temptasse intellego.

XVII a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Ego cum Sallustio Ciceronem ad Caesarem mittere 1
cogitabam; Tulliam autem non uidebam esse causam cur

1 scribas de ea *mediis omissis* **R** quidem **bs** sentias *Manutius, Wesenb. Em. p.* 44: scribas **ΔOPZ**^{l}**IA**^{2}c*Rom. om.* **F** *cfr ad* IX 11, 4 eo **O** qua *Wesenb. l. l.*: quo **ΔOPRIA**^{2}c*Rom.* 2 egeo s(*in marg.*)**A**^{2}c *Rom.* ego **ΔOPRI** 3 desperato **MdOPRZ**^{l}**I** explorato **bmsA**^{2}c exploratu *Rom.* III Non. Iun. *om.*, uale *add.* **P**, *ante* III **RA**^{2}c*Rom.*

EP. XVII. *Deest* **E** 7 breuior est etiam quod **PRI** breuiorem etiam quod **A**^{2}c eram missurus nostros **M**^{1}**O**^{1}**C** eram missurus meos **M**^{2}**bdmsO**^{2}**A**^{2}c*Rom.* transmissurus nostros eram **PR** (-amus **P**) eram transmissurus in eos **I** 8 P.R. **MO** pr. **bm** pridie *rell.* 10 ternas **A**^{2} *in marg.* ipsius] his vis **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} illius **s** 11 uoluntatem **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}c^{s} 15 quam **mPR***Rom.* capere **m** caperem *Rom.*

EP XVII a. *Nouam ep. fecit Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 219 *sq.; contexunt priores edd.* *deest* **E**

diutius mecum tanto in communi maerore retinerem. itaque matri eam, cum primum per ipsam liceret, e⟨r⟩am remissurus. pro ea, † quem ad modum consolandis scripsisti, putato ea me scripsisse, quae tu ipse intellegis responderi potuisse.

2 Quod Oppium tecum scribis locutum, non abhorret a mea suspicione eius oratio; sed non dubito, quin istis persuaderi nullo modo possit ea, quae faciant, mihi probari posse, quoquo modo loquar. ego tamen utar moderatione, qua potero. quamquam quid mea intersit, ut eorum odium subeam, non intellego.

3 Te iusta causa impediri, quo minus ad nos uenias, uideo, idque mihi ualde [si] molestum est. illum ab Alexandria discessisse nemo nuntiat, constatque ne profectum quidem illi⟨m⟩ quemquam post Id. Mart. nec post Id. Dec. ab illo datas ullas litteras; ex quo [illud] intellegis illud de litteris a. d. v Id. Febr. datis — quod inane esset, etiam si uerum esset — non uerum esse. L. Terentium discessisse ex Africa scimus Paestumque uenisse. quid is adferat aut quo modo exierit aut quid in Africa fiat, scire uelim. dicitur enim per Nasidium emissus esse. id quale sit, uelim, si

2 matri eam *Bosius*: ematiam **ΔOZ**$^\beta$ (-th- **bms**) emat iam **R** eat iam **P** Emathiam **IA**^{2}**c***Rom.* (Aem- **A**^{2}) *cfr Schicheus 'Jahresb. d. phil. Ver.'* XXV (*a.* 1899) *p.* 351 eram **bm**^{2}**O**^{2}**IA**^{2}**c** eam **Mdm**^{1}**O**^{1}**PR***Rom.* eram eam **s** 3 quem **bsOPIA**^{2}**c***Rom.* que **MdmR** quam *et post* consolantis *Bosius* 4 putato ea me *Malaspina*: P. (*uel* p.) tanta eo me **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* (me eo **PR**), *sed pro* P. *est* pudet in **A**^{2}(*in marg.*)**C**, *de quo u. Lehm. De Cic.is ad Att. epp. p.* 59 *cfr Muell. ad l.* 7 ad **M** 11 ne *ante* subeam *add. Wesenb. Em. p.* 14, non *I. F. Gronouius* 13 ualde **bsPIA**^{2}**c***Rom.* ualde si **MdmOR** ualde scilicet *Klotzius prooem. p.* XXXII si *fort.* st, est ab *secl. Kayserus coll.* XI 18, 1; 25, 2 Alexandrea **O**^{1}**R**, *alii* 15 illim *Ant., Victorius* illinc **F** illic (*ut uid.*) **M***corr.* illi **M**^{1}**dmOPRI** illo **bsA**^{2}**c***Rom.* 16 intelligis illud *Muretus*: illud intelligis illud **MbdmOPRI***Rom.* illud intelligis **sA**^{2}**c**, *alii* 21 uasidium **bm***Rom.* emissus **sC** me missus **MbdmOR** me (*spat.*) **P** ad me missus **IA**^{2}**c** (-um **I**) missus *Rom.*

inueneris, ad me scribas. de HS x̄, ut scribis, faciam. uale. xvii[i] Kal. Quint.

XVIII

CICERO ATTICO SAL.

De illius Alexandria discessu nihil adhuc rumoris con- 1
traque opinio ualde esse impeditum. itaque nec mitto, ut
constitueram, Ciceronem et te rogo, ut me hinc expedias.
quoduis enim supplicium leuius est hac permansione. hac
de re et ad Antonium scripsi et ad Balbum et ad Oppium.
siue enim bellum in Italia futurum est siue classibus utetur,
hic esse me minime conuenit; quorum fortasse utrumque
erit, alterum certe. intellexi omnino ex Oppi sermone, quem 2
tu mihi scripsisti, quae istorum ira esset, sed ut eam flectas
te rogo. nihil omnino iam exspecto nisi miserum; sed hoc
perditius, in quo nunc sum, fieri nihil potest. qua re et
cum Antonio loquare uelim et cum istis et rem, ⟨ut⟩ poteris, expedias et mihi quam primum de omnibus rebus rescribas. uale. xii Kal. Quint.

XIX

CICERO ATTICO SAL.

Cum tuis dare possem litteras, non praetermisi, etsi 1
quid scriberem non habebam. tu ad nos et rarius scribis, quam solebas, et breuius, credo, quia nihil habes, quod

1 de HS x̄ **ΔOC***Rom.* (*sed* x **MdsC***Rom.*) de his rebus quas mihi notas esse uoluisti **PRIA**^{2}**c** (*sed* N.S. x *ante* de *add.* **R**) ual. **M** 2 xvii *Manutius*: xviii **ΔO**(?)**RIA**^{2}c*Rom.* (*sed* xiiii **b**) *cfr Sternkopfius Progr. Dortm. a.* 1891 *p.* 37 xvii Kal. Quint. *om.* **P**

EP. XVIII. *Accedit* **E** 5 ab Alexandria **IA**^{2}**c** *cfr p.* 134,13 8 mansione **IA**^{2}c, *corr.* **C** 10 est **M**^{2}**bmsEORA**^{2}c*Rom.* et **M**^{1} (*sed post del., ut uid.*) est et **dI** *om.* **P** 11 me *om.* **ds** 12 exopi **M**^{1}

13 *post* scripsisti *sequuntur* Dum *eqs.* XII 18,1 ... causas XII 27,3 (*sed non integra*), *deinde* Undecimo *eqs.* XII 1,1 *in* **E** ira *C. F. Hermannus Phil.* III (*a.* 1848) *p.* 106: uia **ΔOPRIA**^{2}c*Rom.* flictas **Md** 16 ut **sPIA**^{2}c*Rom.* *om. rell.* *cfr p.* 102,13; 116,1; 120,17; 142,5 18 ual. **M** xii Kal. Quint. *om.* **P**

EP. XIX. *Deest* **E** 21 possem **A**^{2}c*Rom.* possim **ΔOPRI** 22 quod *Ernestius, alii* *cfr ad* IX 16,1

me putes libenter legere aut audire posse. uerum tamen uelim, quid⟨quid⟩ erit, qualecumque erit, scribas. est autem unum, quod mihi sit optandum, si quid agi de pace possit, quod nulla equidem habeo in spe; sed quia tu leuiter interdum significas, cogis me sperare, quod optandum uix est.

2 Philotimus dicitur Id. Sext.; nihil habeo de illo amplius. tu uelim ad ea mihi rescribas, quae ad te antea scripsi. mihi tantum temporis satis est, dum ut in pessimis rebus aliquid caueam, qui nihil umquam caui. uale. xi Kal. Sext.

XX

CICERO ATTICO SAL.

1 xvii Kal. Sept. uenerat die xxviii Seleucea P⟨i⟩eria C. Treboni li⟨bertus⟩, qui se Antiocheae diceret apud Caesarem uidisse Q. f. cum Hirtio. eos de Q. quae uoluissent impetrasse nullo quidem negotio. quod ego magis gauderem, si ista nobis impetrata quicquam ad spem explorati haberent. sed et alia timenda sunt ab aliisque et ab hoc ipso quae dantur, ut a domino, rursus in eius-

2 dem sunt potestate. etiam Sallustio ignouit. omnino dicitur

2 quidquid *Klotzius*: quid **ΔOPRIA^{2}c***Rom.*, *Lattmannus 'Deutsche Litt. Zeit.'* XXX (*a.* 1909) *p.* 1866 quod (*Man.*) *uel* si quid (*Ascens.*) *alii cfr p.* 92, 2; 122, 6; XII 1, 2 5 cogis **bmsA^{2}c***Rom.* coges **MdOPRI** 6 dicitur secedere **IA^{2}c** idus sextiles (-lis) **MdPRI***Rom.* 8 tantum . . . satis] *cfr Muell. ad l.* ut *om.* **IA^{2}c** 9 qui] cui **M^{1}OR**, *corr.* **M^{2}c^s** ual. **M** uale *eqs. om.* **P**

EP. XX *om.* **E** 12 Ad xvii **I** Ad vii **A^{2}c** xxviii] xviii **bs***Rom.* Pieria **c** peria *rell.* (-ea **P**) 13 Treboni libertus *Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 229: treboni. u (ii) **MOR** Trebonii ·ii· **P** treboni(i) is *rell.* Trebonius *alii* antiochi(a)e **PRA^{2}c***Rom.* antiocheae **O** antioc(h)ea (-ia) **ΔI** (*sed* diceret se ant. **bs***Rom.*) *cfr p.* 47, 3 14 Quintum **A^{2}c**, *uulg.* F. (*uel* f.) **MORI** fratrem *rell.* filium *uulg. cfr p.* 72, 4; 121, 9 eos de Q. **bms** eos de Quinto *Rom.* eos deque **Md** eosque **OPR** eosque de eo **IA^{2}c** 17 ab aliisque *Victorius*: ab aliis qu(a)e **ΔOPRI** *Rom.* ab aliis **A^{2}c**, *alii*; *cfr Klotzius prooem. p.* XXXII 18 quae *om.* **bs** a domino **MOIA^{2}c** ad omnino **PR** a **bdm** ea *Rom. om.* **s** 19 sint *Rom.* Sal(l)ustius nouit **M^{1}m^1** Sal(l)ustio ignouit **M** *corr.*, *rell.* (*sed* -o ignouit *deleta in* **M**)

nemini negare, quod ipsum est suspectum, notionem eius differri. M. Gallius Q. f. mancipia Sallustio reddidit. is uenit, ut legiones in Siciliam traduceret. eo protinus iturum Caesarem Patris. quod si faciet, ego, quod ante mallem, aliquo propius accedam. tuas litteras ad eas, quibus a te proxime consilium petiui, uehementer exspecto. uale. XVI Kal. Sept.

XXI

CICERO ATTICO SAL.

Accepi VI Kal. Sept. litteras a te datas XII Kal. do- 1
loremque, quem ex Q. scelere iam pridem acceptum iam abieceram, lecta eius epistula grauissimum cepi. tu etsi non potuisti ullo modo facere, ut mihi illam epistulam non mitteres, tamen mallem non esse missam. ad ea autem, quae scribis de testamento, uidebis, quid et quo modo. de nummis et illa sic scripsit, ut et ego ad te antea, et nos, si quid opus erit, utemur ex eo, de quo scribis.

Ille ad Kal. Sept. Athenis non uidetur fore; multa 2
eum in Asia dicuntur morari, maxime Pharnaces. legio XII, ad quam primum Sulla uenit, lapidibus egisse hominem dicitur. nullam putant se commoturam. illum arbitrabantur protinus Patris in Siciliam. sed si hoc ita est, huc ueniat necesse est. ac mallem illim; aliquo enim modo hinc eua-

2 f.] fil. **A²c** fratris **ds** 3 eo **OPRC**, *Manutius* et **ΔIA²c***Rom.* 6 ual. **m** *ab* uale *incipit* **W**; *cfr ad p.* 109, 21 XVI **MdmsOI A²c** XV **PR** XVII **b***Rom.* XIII **W**

EP. XXI *om.* **E** 9 A. SALUTEM **W** (*item epp.* 22 *et* 23) 11 Q.] q. **RW** Quinti **bA²c**, *uulg.* 12 caepi **dWI** accepi **M¹** etsi] ut **W** 14 ad ea] adia **W** 16 scripsit ut et ego **W** scripsi tu ego **ΔOR***Rom.* (tum s, tu *del.* **O²**) scripsi tamen ego **PIA²c** *cfr Schmidtius Mus. Rhen.* LIII (*a.* 1898) *p.* 212 *de* et *cfr ep.* XIII 23, 2 quo et est; *saepe posteriores* 19 eum] enim **bdO²** dicunt **PR** legeo **M¹W** 20 primam *I. F. Gronouius, alii cfr ad* VII 7, 4 Sulla] si illa **M¹mR** si ille **P** *cfr p.* 22, 4 egisse] *cfr Muell. ad l.* 21 se commoturam **MdPRIA²c** se commoraturam **bmsOW***Rom.* (secum mo- **bs**) arbitrantur **PWA²c** *cfr* putabant *p.* 139, 11 23 est necesse **IA²c** illim *Orellius*: illum **ΔOPRWIA²c***Rom.*

sissem. nunc metuo, ne sit exspectandum et cum reliquis etiam loci grauitas huic miserrimae perferenda.

3 Quod me mones, ut ea, quae ⟨agam⟩, ad tempus accommodem, facerem, si res pateretur et si ullo modo fieri posset. sed in tantis nostris peccatis tantisque nostrorum iniuriis nihil est, quod aut facere dignum nobis aut simulare possim. Sullana confers; in quibus omnia genere ipso praeclarissima fuerunt, moderatione paulo minus temperata. haec autem eius modi sunt, ut obliuiscar ⟨mei⟩ multoque malim, quod omnibus sit melius, ⟨quam⟩ quorum utilitati meam iunxi. tu ad me tamen uelim quam saepissime scribas, eoque magis, quod praeterea nemo scribit; ac si omnes, tuas tamen maxime exspectarem. quod scribis illum per me Q. fore placatiorem, scripsi ad te antea eum statim Q. f. omnia tribuisse, nostri nullam mentionem. uale.

XXII

CICERO ATTICO SAL.

1 Diligenter mihi fasciculum reddidit Balbi tabellarius; accepi enim a te litteras, quibus uideris uereri, ut epistulas illas acceperim.. quas quidem uellem mihi numquam redditas; auxerunt enim mihi dolorem ⟨nec⟩, si in aliquem

1 reliquis **sA^{2}c***Rom.* reliquos *rell.* 2 huic miserrimae **m** (*ex* hinc) **WZ**^{1} huic miserrime **MbdsORI** huic miserie **P** hinc miserrime **A^{2}c***Rom.* 3 ea quae agam *Klotzius*: ea qu(a)e **ΔOW** ea uideam qu(a)e **PRIA^{2}c** ea *Rom.* *alii aliter, cfr Muell. ad l.* 5 peccatis quae nostrorum iniuriis acciderunt nihil **PR** 7 Sullana **M^{1}A^2** Sillana **bPR** Syllana **M^{2}c^s**, *rell.* *cfr ad p.* 22, 4 genera **W** 9 mei *Manutius*: *om. codd. et uett. edd.* multoque **bsIA^{2}c***Rom.* mittoque **MdmORW** in utroque **P** 10 quam *Maduigius Adu. crit.* II *p.* 238: *om. codd. et uett. edd.* utilitati meam **A^{2}c** utilitatem eam **W** utilitatem meam **ΔOPRI***Rom.* *cfr Muell. ad l.* 11 iuncxi **W** tamen *om.* **W** uelim **IA^{2}c** uellem **ΔOPRW***Rom.* *cfr p.* 62, 12 14 me Q.] meque (me que) **MdO^{1}PRW** me Quinto **A^{2}c**, *uulg.* me **I** antea **A^{2}c** ad ea **ΔOPRWI***Rom.* eum] enim **bmO^{2}I***Rom.* *om.* **s** 15 Quinto **P**, *uulg.* f.] fratri **A^{2}c** filio *uulg.* *cfr p.* 72, 4

EP. XXII *om.* **E** 18 balbi. balbi **W** 21 nec *Manutius*: *om. codd. et uett. edd.* si mali quem **M^{1}dm**

incidissent, quicquam noui attulissent. quid enim tam peruulgatum quam illius in me odium et genus hoc litterarum? quod ne Caesar quidem ad istos uidetur misisse, quasi quo illius improbitate[m] offenderetur, sed, credo, uti notiora nostra mala essent. nam quod te uereri scribis, ne illi obsint, eique rei ⟨me uis⟩ mederi, ne ⟨ro⟩gari quidem se passus est de illo. quod quidem mihi molestum non est; illud molestius, istas impetrationes nostras nihil ualere.

Sulla, ut opinor, cras erit hic cum Messalla. currunt 2
ad illum pulsi a militibus, qui se negant usquam, nisi acceperint. ergo ille huc ueniet, quod non putabant, tarde quidem; itinera enim ita facit, ut multos dies in oppidum ponat. Pharnaces autem, quoquo modo aget, adferet moram. quid mihi igitur censes? iam enim corpore uix sustineo grauitatem huius caeli, quae mihi laborem adfert in dolore. an his illuc euntibus mandem, ut me excusent, ipse accedam propius? quaeso, attende, et me, quod adhuc saepe rogatus non fecisti, consilio iuua. scio rem difficilem esse, sed ut ⟨in⟩ malis etiam illud mea magni interest, te ut uideam. profecto aliquid profecero, si id acciderit. de testamento, ut scribis, animaduertes.

1 nequicquam **bs** 3 quod] *cfr Muell. ad l.* ne **O^{1}PRW** nec **ΔO^{2}IA^{2}c***Rom.* quasi quo] quasi qui *Muellerus Mus. Rhen.* LIII (*a.* 1898) *p.* 132, *sed cfr Tyrr.-Purs. ad l.* quo *Ernestius, alii* 4 improbitate *Rom.* improbitatem **ΔPRWIA^{2}c** offenderet **PRI** (-rent **P**) ostenderet **bs** ut inotiora **W** 6 me uis (*uel* iubes) *Maduigius Adu. crit.* III *p.* 188: *om codd. et uett. edd.* ne rogari *Victorius*: negari **ΔOPRWIA^{2}c***Rom.* 9 Sulla] *cfr ad p.* 22, 4 erit hic] hic erit hic **M^{1}m^{1}** hic erit **OP** messalla **R***Rom.* messala *rell.* 10 negant usquam **PIA^{2}c** negat usquam **M***corr.***bs***Rom.* negatus quam **M^{1}dmORW** 11 uenit et quod **W** putabam **bsA^{2}c** putabat *Rom.* 12 oppidum] oppido uno *Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 374 oppidis *Lambinus* 13 quoquo modo] quod quomodo **W** agit **dsIA^{2}** adfert **dsPR** 15 caeli huius **IA^{2}c** quae *Lambinus*: qui **ΔOPRWIA^{2}c***Rom.* (*ex* quid **W**) quod *Corradus* quia *Klotzius prooem. p.* XXXIII 16 in dolorem **W** 18 saepe rogatus] se peribatus (sepe ri-) **M^{1}O^{1}**(?)**PR**, *corr.* **M^{2}**c^{s} 19 in *Beroaldus*: *om. codd. et uett. edd.* 21 animaduertes *ex* -tas (*sic* **O^{2}**) **W** cura ut ualeas *add.* **R**, uale **IA^{2}c***Rom.*

XXIII

CICERO ATTICO SAL.

1 Quod ad te scripseram ut cum Camillo communicares, de eo Camillus mihi scripsit ⟨te⟩ secum locutum. tuas litteras exspectabam; nisi illud quidem mutari, si aliter est, et oportet, non uideo posse. sed cum ab illo accepissem litteras, desideraui tuas — etsi putabam te certiorem factum non esse —, modo ualeres; scripseras enim te quodam ualetudinis genere temptari.

2 Agusius quidam Rhodo uenerat VIII Id. Quintilis. is nuntiabat Q. f. ad Caesarem profectum IIII Kal. Iun., Philotimum Rhodum pridie eum diem uenisse, habere ad me litteras. ipsum Agusium audie[n]s. sed tardius iter faciebat. eo feci, ut [eo] celeriter eunti darem. quid sit in iis litteris, nescio, sed mihi ualde Q. f⟨rater⟩ gratulatur. equidem in meo tanto peccato nihil ne cogitatione quidem adsequi possum, quod mihi tolerabile possit esse.

3 Te oro, ut de hac misera cogites, et illud, de quo ad te proxime scripsi, ut aliquid conficiatur ad inopiam propulsandam, et etiam de ipso testamento. illud quoque uellem

EP. XXIII *om.* **E** 3 camillo **dmsA^{2}c***Rom.* camillio *rell.* (-ilio **PR**) 4 camillus **sA^{2}c***Rom.* camillius **bWI** camillious **MmO^1**(?)**R** camilioni **P** camillonis **d** camillicus **O^2** scripsit te secum *Rom.* scripsisse cum **MdmOPRW** (cum eo **P**) scripsit secum **bs** (se tum **s**) scripsit te cum eo **IA^{2}c** scripsisse **F***Ant.* 5 est **O^{1}PRWIA^{2}c** *om.* **ΔO^2***Rom.* 6 ab illo **W** a nillo **M** a millo **m** *om.* (*spat.*) **d** a nullo *rell.* 7 certiorem *etiam* **Z^1** 8 esse] eam **A^{2}c**, *corr.* **C** ualeres **W** ualere *rell.* 10 augusius **dW***Rom.* Augustus **PIA^{2}c** quidem **bPRIA^2** 11 F. (f.) **MbdmORWI***Rom.* fratrem **sPA^{2}c** filium *uulg.* *cfr p.* 72, 4 12 eum diem **ΔOPRZ^{b}I***Rom.* eum die **W** illum diem *codd. Mal.* eius diei **A^{2}c** 13 agusium **s** Augusium *Rom.* augustum *rell.* audies **A^{2}c***Rom.* audiens *rell.* 14 ut *Graeuius*: ut ei **s** ut has *Rom.* ut eo **Z^b**, *rell.* *cfr ad p.* 37, 6 sic **M^{1}W** iis **R***Rom.* his *rell.* 15 frater **sA^{2}c** F. (*uel* f.) *rell.* *cfr ad u.* 11 16 ne cogitatione **A^{2}c** *Rom.* negotiatione *rell.* 18 te rogo oro *media uoce deleta* **M** misera **MdsO^{1}RWC** miseria **bmO^{2}PIA^{2}c***Rom.*

antea, sed omnia timuimus. melius quidem in pessimis nihil fuit discidio. aliquid fecissemus ut uiri uel tabularum nouarum nomine uel nocturnarum expugnationum uel Metellae uel omnium malorum, nec res perisset et uideremur aliquid doloris uirilis habuisse. memini omnino tuas litteras, sed et tempus illud; etsi quiduis praestitit. nunc quidem ipse uidetur denuntiare; audimus enim de statua Clodi. generumne nostrum potissimum uel hoc uel tabulas nouas? placet mihi igitur et item tibi nuntium remitti. petet fortasse tertiam pensionem. considera igitur, tumne, cum ab ipso nascetur, an prius. ego, si ullo modo potuero, uel nocturnis itineribus experiar, ut te uideam. tu et haec et si quid erit, quod intersit me scire, scribas uelim. uale.

XXIV

CICERO ATTICO SAL.

Quae dudum ad me et — quae etiam ad me uis — 1
ad Tulliam de me scripsisti, ea sentio esse uera. eo sum miserior, etsi nihil uidebatur addi posse, quod mihi non

1 timuimus] tibi **W** quid enim possumus nihil **PR** 2 *post* fuit *distinguitur in* **ΔPIA**^{2}**c***Rom.* dissidio **IA**^{2}**c** uiri *Pantagathus*: uiui **ΔOPRWIA**^{2}**c***Rom.* 3 nominis **W** uel (*ante* Metellae) **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* uel in **WZ**$^{\beta 1}$ uelim **Z**^{b} *cfr Schicheus l. l. p.* 353 4 malorum **WZ**^{l} maiorum **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* nec] ne **PRIA**^{2}**c** 6 quiduis (quid uis) **ΔOPR***Rom.* quid ius **IA**^{2}**c** (quis **A**^{2} *in marg.*) *in* nunc *desinit* **W** 7 audiuimus **IA**^{2}**c** de statua Clodi *Purserus, Ziehenus Mus. Rhen.* LI (*a.* 1896) *p.* 592, *alii* de staturi (dest-) clodi(i) **ΔO**^{2}**Z**^{b}**I** (*sed fort.* elo- **M**) testaturi clodi **O**^{1}**PR** de statu Clodii **A**^{2}**c***Rom.* de Statio M. Clodi *Frankius Am. Journ. of Phil.* L (*a.* 1929) *p.* 182 8 *prius* uel *Purserus*: ut **ΔOPRIA**^{2}**c** *Rom.* 9 et item *Orellius*: est idem **ΔOPR***Rom.* et est idem **IA**^{2}**c** remittit **bm***Rom.* 10 tumne cum *Manutius*: tum ne uim **ΔOPRF***Ant.***I** (me **I**) tu ne uidelicet **A**^{2}**c***Rom.* ab ipso **O**^{1}**PRF***Ant.***IA**^{2}**c** abuso **ΔO**^{2}*Rom.* 13 mea *Ernestius, uulg.* uale] cura ut ualeas **R** *om.* **bP**

EP. XXIV *om.* **E** 16 Quae dudum **A**^{2}**c** Qu(a)edam **ΔOPRI** *Rom.* ad me uis ad **bs***Rom.* ad me bis ad **Z**^{b} (*sed* uis ad **Z**$^{\beta}$) ad me uisat (uis at) **MdmI** ad in eius et **R** (*spat.*) et **P** ante ad **A**^{2}**c** *ut supra Lehm. Quaest. Tull. p.* 100 *alii aliter cfr Muell. ad l., Schicheus l. l. p.* 347 18 miserior etsi **bmsA**^{2}**c***Rom.* miseriore si **Md** miserior si **OPRI**

modo irasci grauissima iniuria accepta sed ne dolere quidem impune liceat. qua re istuc feramus. quod cum tulerimus, tamen eadem erunt perpetienda, quae tu ne accidant ut caueamus mones. ea enim est a nobis contracta culpa, ⟨ut⟩ omni statu omnique populo eundem exitum habitura uideatur.

2 Sed ad meam manum redeo; erunt enim haec occultius agenda. uide, quaeso, etiam nunc de testamento, quod tum factum, cum illa quaerere coeperat. non, credo, te commouit; neque enim rogauit ne me quidem. sed quasi ita sit, quoniam in sermone⟨m⟩ iam uenisti, poteris eam monere, ut alicui committat, cuius extra periculum huius belli fortuna s⟨i⟩t. equidem tibi potissimum uelim, si idem illa uellet. quam quidem celo miseram me hoc timere. de illo altero scio equidem uenire nunc nil posse, sed seponi et occultari possunt, ut extra ruinam sint eam, quae impen-
3 det. nam quod scribis nobis nostra[e] et tua[e] ⟨et⟩ Terentiae fore parata, tua credo; nostra quae poterunt esse? [si] de Terentia autem — mitto cetera, quae sunt innumerabilia — quid ad hoc addi potest? scripseras, ut HS $\overline{\text{XII}}$ permutarem;

2 licet *Ernestius, plerique edd., sed uidetur ea spectare, quae Atticus significauerat* 5 ut **bsA^{2}c***Rom.* *om. rell.* *cfr ad p.* 135, 16 7 redeo; erunt *Wesenbergius*: reddiderint **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* redierint **A^{2}** *in marg* redibo (*uel* redii); erunt *alii* enimuero **A^{2}c** 8 agenda **bmsA^{2}c***Rom.* acceda **M** accedat **d** accedam **OPRI** 9 quaerere **IA^{2}c** querere **ΔOPR***Rom.* haerere *Pius* *cfr Muell. ad l.* te commouit; neque enim rogauit *I. F. Gronouius*: et commoti (-os **O^{2}**) neque eum rogari **ΔOPR***codd. Mal.***IA^{2}c***Rom.* (*sed* enim **IA^{2}c**, cum **O**) 11 sermonem **bs** sermone *rell.* 12 aliquoi **M^{1}m^{2}s** aliqua **M***corr.***dm^{1}** 13 fortuna sit. equidem *Manutius*: fortunas te quidem **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* 14 C(a)elio **bA^{2}c** *Rom.* me *uulg.*: mi **MdmO^{2}** mihi **bsO^{1}***Rom.* in **PRIA^{2}c** *cfr p.* 41, 9 16 eamque **M^{1}** 17 scribis nobis] *cfr Lehm. l. l. p.* 101 nostra et tua *uulg.*: nostr(a)e et tu(a)e **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* et Terentiae *Schmidtius Mus. Rhen.* LIII (*a.* 1898) *p.* 214: Terenti(a)e **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* *cfr Drum.-Groebe Gesch. Roms* V *p.* 36 Tulliae *Lamb., uulg.*; *cfr ad p.* 37, 6 18 nostra qu(a)e **OPRIA^{2}c** nostraque **Δ***Rom* De **s** si **d** si de *rell.* 20 XII. HS. **A^{2}c** XII sestertia **I** $\overline{\text{XII}}$ **Md** XII *rell.* permutarem *Corradus*: permutaret **ΔOPRIA^{2}c***Rom.*

tantum esse reliquum de argento. misit illa ccıↄↄ mihi et adscripsit tantum esse reliquum. cum hoc tam paruum de paruo detraxerit, perspicis, quid in maxima re fecerit.

Philotimus non modo nullus uenit sed ne per litteras 4
quidem ⟨a⟩ut per nuntium certiorem facit me, quid egerit. Epheso qui ueniunt ibi se eum de suis controuersiis in ius adeuntem uidisse nuntiant; quae quidem — ita enim ueri simile est — in aduentum Caesaris fortasse reiciuntur. ita aut nihil puto eum habere, quod [puto eum habere quod] putet ad me celerius perferendum, ⟨a⟩ut eo me magis esse despectum, ut, etiam si quid habet, id nisi omnibus suis negotiis confectis ad me referre non curet. ex quo magnum equidem capio dolorem, sed non tantum, quantum uideor debere. nihil enim mea minus interesse puto, quam quid illinc adferatur. id quam ob rem, te intellegere certe scio.

Quod me mones de uultu et oratione ad tempus 5
accommodanda, etsi difficile est, tamen imperarem mihi, si mea quicquam interesse putarem. quod scribis litteris putare Africanum negotium confici posse, uellem scriberes, cur ita putares; mihi quidem nihil in mentem uenit, qua re id putem fieri posse. tu tamen uelim, si quid erit, quod consolationis aliquid habeat, scribas ad me, sin, ut perspicio, nihil erit, scribas id ipsum. ego ad te, si quid audiero citius, scribam. uale. VIII Id. Sextil.

1 de argento ... reliquum *u.* 2 *om.* **P**   ccıↄↄ **M**   cclII **bmsIA²c** *Rom.*   ccl **d**   *om.* **R**   2 tam] tam non **A²** *in marg.*   3 magna **A²c** fecerit? **IA²c**, *alii*   4 ne ... aut **A²c***Rom.*   se ... ut **ΔOPRI** 6 se eum **A²c**   secum **ΔOPRI***Rom.*   7 nuntiant qu(a)e **bOPRc***Rom.* nuntiantque **MdmI**   nuntiant **sA²**   9 autem **IA²c**   puto ... quod *bis* **MdmOPR**   10 perferundum **M***corr.***mO***Rom.*   aut *Vrsinus*: ut **MdmO PR**   et **bsIA²c***Rom.*, *alii*   aut adeo me in malis esse *Madu. Adu. crit.* III *p.* 189   *cfr p.* 159, 7   11 ut ... curet] aut ... curat *alii*   eiam **Mm** 15 certo **sOA²c**, *alii*   16 uoltu **Mms**   ad tempus **C**   attem **Md** a te **PR**   ad rem **bmsA²c***Rom.*   ad tem (*uel* ad rem) **O²**   Atteni **I** 17 accommodanda **PA²c***Rom.*   accommodandam *rell.* (comm- **dO¹**, commend- **s**)   19 putare te *Graeuius*, te putare *Lambinus*   *cfr Lebretonius 'Études' p.* 376   uellem *Ernestius*: uellim **R**   uelim *rell.*   20 putares] tutares **M¹**, *corr.* **M²cˢ**   tota res **PR**   22 consolationes **OPR** aliquas **PR**   24 ual. **Mm**

XXV

CICERO ATTICO SAL.

1 Facile adsentior tuis litteris, quibus exponis pluribus uerbis nullum consilium, quo a te possim iuuari. consolatio certe nulla est, quae leuare possit dolorem meum; nihil est enim contractum casu — nam id esset ferendum —, sed omnia fecimus iis erroribus et miseriis et animi et corporis, quibus proximi utinam mederi maluissent! quam ob rem, quoniam neque consilii tui neque consolationis cuiusquam spes ulla mihi ostenditur, non quaeram haec a te posthac; tantum uelim ne intermittas, scribas ad me, quicquid ueniet tibi in mentem, cum habebis, cui des, et dum erit, ad quem des; quod longum non erit.

2 Illum discessisse Alexandria rumor est non firmus, ortus ex Sulpici litteris, quas cuncti postea nuntii confirmarunt. quod uerum an falsum sit, quoniam mea nihil interest, utrum malim ⟨ne⟩scio.

3 Quod ad te iam pridem de testamento scripsi, apud † epistolas uelim, ut possim, aduersas. ego huius miserruma facultate † confectus conflictor. nihil umquam ⟨si⟩mile natum puto; cui si qua re consulere aliquid possum, cupio

EP. XXV *om.* **E** 4 *post* nullum *add.* te habere **PRIA**^{2}**c**, esse *Wesenb. Em. alt. p.* 126, *alii alia, sed cfr Heidemannus De Cic:is ellipsis usu p.* 36 7 iis **b***Rom.* his *rell.* 8 ob rem **M**^{2}**c**^{S}**bdmsO**(?)*Rom.* ob eam **M**^{1} obesse **PR** obesse. Quam ob rem **IA**^{2}**c** 10 *post* posthac *add.* alium cuius aut consilio aut consolatione utar **PR** 11 ne pristinum hoc officium intermittas **PRIA**^{2}**c** scribere **bs***Rom.* 14 is cesisse **M**^{1} cessisse **M***corr.***dPRI** excessisse **bmsO**^{2}**A**^{2}**c***Rom.* *cfr p.* 134, 14 non est **A**^{2}**c** 15 hortus **M**^{1}**m** cuncti **O**^{2} eunti **Mdm O**^{1}**R** euntes *rell.* 17 nescio **A**^{2}**c** scio **ΔOPRI***Rom.* 18 scripsi **ΔO**^{1}**PZ**^{b}**IA**^{2}**c** scripsit **ΔO**^{2}**R***Rom.* apud epistolas uelim ut possim aduersas **ΔOPRZ**^{b}**IA**^{2}**c***Rom.* (*sed* -rsus **IA**^{2}**c**) *multi multa coniectarunt; cfr Muell. ad l.* 19 huius ego **O**(?)**R** eius ego **P** miserum ea **MbdmO**^{2} miseria mea **s** miserrima **PRZ**$^\beta$ (*ut uid.*) miseriam ea **IA**^{2}**c** miserrimi ea *Rom.* miserrimae *Ernestius* 20 fatuitate *Rom.* uoluntate **R** facilitate *Schicheus l. l. p.* 352 *cfr Muell. ad l.* conflictari **IA**^{2}**c** simile **A**^{2}**c** *Rom.* mile **ΔO** mille **RI** tam male **P** 21 quoi **Mdms**

a te admoneri. uideo eandem esse difficultatem quam in consilio dando ante; tamen hoc me magis sollicitat quam omnia. in pensione secunda caeci fuimus. aliud mallem; sed praeteriit. te oro, ut in perditis rebus si qui⟨d⟩ cogi, confici potest, quod sit in tuto, ex argento atque satis multa ex supellectile, des operam. iam enim mihi uidetur adesse extremum nec ulla fore condicio pacis eaque, quae sunt, etiam sine aduersario peritura. haec etiam, si uidebitur, cum Terentia loquere tu[r] opportune; non que⟨o⟩ omnia scribere. uale. III Non Quint.

L. Caesaris, C. Pisonis, etiam M'. Glabrionis, Silani, Murenae, designatorum consulum. cur ergo in sententiam Catonis? quia uerbis luculentioribus et pluribus rem eandem comprehenderat. me autem hic laudat, quod rettulerim, non quod patefecerim, cohortatus sim, quod denique ante, quam consulerem, ipse iudicauerim. quae omnia quia Cato laudibus extulerat in caelum perscribendaque censuerat, idcirco in eius sententiam est facta discessio. hic autem se etiam tribuere multum mi putat, quod scripserit optimum consulem. quis enim ieiunius dixit inimicus? ad cetera uero tibi quem ad modum rescripsit! tantum rogat, de senatus consulto ut corrigas. hoc quidem fecisset, etiamsi ⟨a lib⟩rario admonitus esset. sed haec iterum ipse uiderit.

De hortis quoniam probas, effice aliquid. rationes 2
meas nosti. si uero etiam a Faberio aliquid recedit, nihil negotii est; sed etiam sine eo posse uideor contendere. uenales certe sunt Drusi, fortasse et Lamiani et Cassiani. sed coram.

De Terentia non possum commodius scribere, quam 3
tu scribis. officium sit nobis antiquissimum. si quid nos

1 etiam *ante* Silani *transp. Bootius* M'.] manii (-nu) **MdOR***Ant.***I** mannii **P** M. a(n)nii *rell.* 2 ergo] ego **dA**^{2}**c**, *corr.* **C** 5 quod *ante* coh. *add. Vict., alii, sed cfr de asyndeto ep.* XIII 60, 2 (quod), XII 2, 2 (quia); *Eran.* XIX (*a.* 1919) *p.* 136 6 quia *om. Rom.* 7 Caelium **M** 9 mihi **A**^{2}**c** 10 ieiunius **M***corr.***C** te iunius **M**^{1}**dmOR** (un- **d**) tenuius **bsA**^{2}**c***Rom.* te (*spat.*) **P** Iunius te **I** 11 tibi] ubi **A**^{2}**c**, *corr.* **C** 12 s. c. **bm***Rom.* s. c.^{to} **s** Sena. Consul. **A**^{2} senatus consulto *rell., sed* -ati **Oc**, -atu **MdI** 13 si a librario *H. A. Kochius Mus. Rhen.* XII (*a.* 1857) *p.* 279: si rario **Mdm** sirario **OPR** (syr- **R**) si raro **bs** si Rannio **IA**^{2}**c** si Tatio *Rom.* 14 de **O**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* ad **ΔO**^{1}**PR** (h)ortos **sO**^{1}**R** 15 aliquid recedit **Z**^{b}**c** recedit **MbdmOPRIA**^{2}**c***Rom.* accedit **s** *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 16 negotii est **Δ***Rom.* negotii ei est **OPR** (esse **O**) ei negotii est **IA**^{2}**c** 17 Drusi, fortasse et Lamiani et Cassiani *Manutius*: drus(a)e pertasse et tamianit(a)e cassian(a)e **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom., sed* fortasse **bs** (*in marg.*) **IA**^{2}**c***Rom.*; et tanna- **ds**, et tam iam te **O**^{1}**PR**, et cannanice **b**, et cananitæ **I**; et Cassianae **IA**^{2}**c** fortasse etiam *Baiterus, alii*; *cfr* IX 7, 7; 13, 8; XII 47, 3 (48); *ad* V 4, 3 18 sed haec coram **IA**^{2}**c**

4 fefellerit, illius malo me quam mei paenitere. Ouiae C. Lolli curanda sunt HS c. negat Eros posse sine me, credo, quod accipienda aliqua sit et danda aestimatio. uellem tibi dixisset. si enim res est, ut mihi scribit, parata nec in eo ipso mentitur, per te confici potuit. id cognoscas et conficias uelim.

5 Quod me in forum uocas, eo uocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam. quid enim mihi foro sine iudiciis, sine curia, in oculos incurrentibus iis, quos animo aequo uidere non possum? quod autem a me homines postulare scribis † aut quatenus eos mihi concedere, iam pridem scito esse, cum unum te pluris quam omnis illos putem. ne me quidem contemno meoque iudicio multo stare malo quam omnium reliquorum. neque tamen progredior longius, quam mihi doctissimi homines concedunt; quorum scripta omnia, quaecumque sunt in eam sententiam, non legi solum, quod ipsum erat fortis aegroti, accipere medicinam, sed in mea etiam scripta transtuli, quod certe adflicti et fracti animi non fuit. ab his me remediis noli in istam turbam uocare, ne recidam.

XXII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 De Terentia quod mihi omne onus imponis, non cognosco tuam in me indulgentiam. ista enim sunt ipsa

1 Ouiae C. Lolli *uulg.*: ouiae lolii **O** ouiace(-te) lolii **Δ***Rom.* (*sed* lel- **bs**) obuiae lolii **R** o (*spat.*) lelii **P** omnia a te Lollii **IA^{2}c** (*sed* Laelii **IA^2**) 2 sestertia **I** c̄ *alii* Eros **c** fors **ΔOPRIA^2***Rom.* 3 extimatio **Mdms** existimatio **P** 5 potui **M^{1}O^{1}R** 7 Quod] *accedit* **E** 8 meis rebus **MdsOPIA^{2}c** rebus meis **bmER***Rom.* foro **M^{1}OPR** cum foro **M***corr.***bdmsEIA^{2}c***Rom.*, *alii cfr Muell. ad l.* 9 animo aequo **EOPRc** aequo animo **ΔIA^2***Rom.* 10 a me homines **EOPR** homines a me **ΔIA^{2}c** homines a me scilicet *Rom.* 11 scribis aut **ΔEOR***Rom.* scribis ut Romae sim neque mihi ut absim (adsim **P**) concedere aut **PIA^{2}c**, *alii* quatenus] aliquatenus *uel* quadamtenus *Lambinus*, *alii* 12 omnis illos] omnes illos **EP** illos omnis **m^1***Rom.* (*ex* -nes **m**) 18 et fracti *om.* **bm***Rom.*

EP. XXII. 24 diligentiam: ita **I**

uulnera, quae non possum tractare sine maximo gemitu. moderare igitur, quaeso, ut potes. neque enim a te plus, quam potes, postulo; potes autem, quid ueri sit, perspicere
tu unus. de Rutilia quoniam uideris dubitare, scribes ad 2
me, cum scies, sed quam primum, et num Clodia D. Bruto consulari, filio suo, mortuo uixerit. id de Marcello aut certe de Postumia sciri potest, illud autem de M. Cotta aut de Syro aut de Satyro.

De hortis etiam atque etiam te rogo. omnibus meis 3
eorumque, quos scio mihi non defuturos, facultatibus — sed potero meis — enitendum mihi est. sunt etiam, quae uendere facile possim. sed ut non uendam eique usuram pendam, a quo emero, non plus annum, possum adsequi. quod uolo, si tu me adiuuas. paratissimi sunt Drusi[a]; cupit enim uendere; proximos puto Lamiae, sed abest. tu tamen, si quid potes, odorare. ne Silius quidem quicquam utitur et iis usuris facillime sustentabitur. habe tuum negotium nec quid res mea familiaris postulet, quam ego non curo, sed quid uelim et cur uelim existima.

XXIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Putaram te aliquid noui, quod eius modi fuerat initium 1
litterarum, quamuis non curarem, quid in Hispania fieret,

1 possunt **M**^{1} 2 ut . . . unus *u.* 4 *om.* **E** 3 perspicere hoc pro summa (*om.* **PR**) tua prudentia et summa in nos beniuolentia facies et (ut **R**) ualebis tu **PRIA**^{2}**c** 5 et num **M**^{1}*Ant.***c** *om.* (*spat.*) **P** num **M***corr.*, *rell.* glodia **M**^{1} 6 id] id est **O**^{1} idem *Rom.* 7 scire **M**^{1}**O** 8 Satiro **MO**^{2}**P** 9 De . . . existima *u.* 19 *om.* **E** te **Z**^{b}**c** *om.* **ΔO PRIA**^{2}*Rom.*, *alii*; *cfr* XII 6, 2 14 sunt Drusi (Drusiani *Orellius coll.* XII 25, 2); cupit enim *uulg.*: sunt. Drusia cupit enim **MdmPR** sunt. Drusia enim cupit **bsIA**^{2}**c***Rom.* 15 sed **M***corr.***bdmsIA**^{2}**c***Rom.* est sed **M**^{1}**OPR** *fort.* esse sed 16 adiuuare **I** filius **IA**^{2}**c**, *corr.* **C** 17 innititur *Rom.* et iis] et his **ds** *om.* (*spat.*) **P** suis, et is *Wesenb. Em. alt. p.* 127 et *Baiterus, sed* et iis *ad* non plus annum *u.* 13 *uidetur spectare* 19 et cur uelim **Z**^{b}**c** *om.* **ΔOPRIA**^{2}*Rom.**

EP. XXIII. *Accedit* **E** 23 quod **MdO**^{2}**I** in hispaniam **O**^{1} **PR** fierent **M**

tamen te scripturum; sed uidelicet meis litteris respondisti, ut de foro et de curia. sed domus est, ut ais, forum. quid ipsa domo mihi opus est carenti foro? occidimus, occidimus, Attice, iam pridem nos quidem, sed nunc fatemur, postea quam unum, quo tenebamur, amisimus. itaque solitudinem sequor, et tamen, si qua me res isto adduxerit, enitar, si quo modo potero — potero autem —, ut praeter te nemo dolorem meum sentiat, si ullo modo poterit, ne tu quidem. atque etiam illa causa est non ueniendi: meministi, quid ex te Aledius quaesierit. qui[n] etiam nunc molesti sunt, quid existimas, si uenero?

2 De Terentia ita cura, ut scribis, meque hac ad maximas aegritudines accessione non maxima libera. et ut scias me ita dolere, ut non iaceam: quibus consulibus Carneades et ea legatio Romam uenerit, scriptum est in tuo annali. haec nunc quaero, quae causa fuerit. de Oropo, opinor, sed certum nescio. et si ita est, quae controuersiae. praeterea, qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenisque praefuerit hortis, qui etiam Athenis πολιτικοὶ fuerint illustres. quae te etiam ex Apollodori puto posse inuenire.

3 De Attica molestum, sed quoniam leuiter, recte esse confido. de Gamala dubium non mihi erat; unde enim tam

5 quod **M**^{1}**O** 6 solitudinem **ΔEOPIA**^{2}*Rom.* solitudines **c**, *codd. Bosi* solicitudinem **R** *cfr* XIII 16, 1 abduxerit **IA**^{2}**c** 8 te *Manutius*: me **ΔEOPRIA**^{2}**c***Rom.* 10 Aledius *uulg.*: atedius **ΔEOPRI A**^{2}**c***Rom.* *cfr p.* 151, 10 10 qui *Wesenb. Em. p.* 123: quin **ΔEOPRIA**^{2}**c** *Rom.* 11 qui **M**^{1} 13 non *del. Corradus* maxima] minima **A**^{2} *in marg.*, *Klotzius prooem. p.* XXXIV, *alii*; *cfr p.* 165, 22 liberet ut **M**^{1}**O**^{1} 14 iaceam *Victorius*: taceam **ΔEPRIA**^{2}**c***Rom.* 15 uenerit Romam **IA**^{2} 16 hoc **bm***Rom.* 18 epicureus **EO**^{1}**PRC** epicurus **ΔO**^{2}**IA**^{2}**c** *Rom.* (-icus **s**) athenisque **ER**, *Klotzius* athenis. qu(a)e **ΔOPI** Athenis, qui **A**^{2}**c***Rom.* 19 praefuerint **M** *adscr.* ciuiles **M***corr.***ds** 20 quae te **RZ**$^{\beta}$ quae **ΔPIA**^{2}**c***Rom.* quae etiam . . . posse inueniri *Manutius, alii* quae . . . scripseram *p.* 173, 4 *om.* **E** Ap(p)ollodoro **A**^{2}**c** *Rom.* *cfr Vahl. Op.* II *p.* 334 posse] esse **P**^{1}**R** te posse *Rom.* posse interesse **d** inuenire **ΔORIA**^{2}**c***Rom.*, *codd. Bosi* inueniri **PZ**$^{\beta}$ 22 Gamala **CZ**^{b} magala **ΔOA**^{2}*Rom.* (meg- **O**) magalia **PRI** Magdala **c** mihi non **A**^{2}**c***Rom.*, *alii*

felix Ligus pater? nam quid de me dicam, cui ut omnia contingant, quae uolo, leuari non possum?

De Drusi hortis, quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram et, ut opinor, heri ad te scripseram. sed quantiquanti, bene emitur, quod necesse est. mihi, quoquo modo tu existimas — scio enim, ego ipse quid de me existimem —, leuatio quaedam est, si minus doloris, at officii debiti.

Ad Siccam scripsi, quod utitur L. Cotta. si nihil conficietur de Transtiberinis, habet in Ostiensi Cotta celeberrimo loco, sed pusillum loci, ad hanc rem tamen plus etiam quam satis. id uelim cogites. nec tamen ista pretia hortorum pertimueris. nec mihi argento iam nec ueste opus est nec quibusdam amoenis locis; hoc opus est. uideo etiam, a quibus adiuuari possim. sed loquere cum Silio; nihil enim est melius. mandaui etiam Siccae; rescripsit constitutum se cum eo habere. scribet igitur ad me, quid egerit, et tu uidebis.

XXIV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Bene fecit A. Silius, qui transegerit. neque enim ei 1
deesse uolebam et quid possem timebam. de Ouia confice,

3 scribis **dsPA**^{2}**c***Rom.* scribes *rell.* 4 sed . . . est **E**, mihi . . . cogites *u.* 12 *om.* **E** 5 quanti **bdsO**^{2}**P** 7 at officii **bmsA**^{2}**cC** *Rom.* adficii **M** affici **dPR** officii **I** 8 debiti **ΔORIC** et debiti **A**^{2}**c***Rom.* debui **O**^{1}(?)**P** 9 cocta **MbmP** 10 conficietur *Pius*: conficeretur **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* habet *Victorius*: habes. T. **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* ostiensi **A**^{2}**c***Rom.* hostiensi *rell.* cota **Md** cocta **mPR** 11 pusilum **MdP** 12 quam **O**^{1}**PRCZ**^{b}**I** *om.* **ΔO**^{2}**A**^{2}**c***Rom.* id *om.* **C** uelim] etiam **A**^{2}**c**, *corr.* **C** nec] *accedit* **E** 13 argento iam **EOPRIA**^{2}**c** iam argento **Δ***Rom.* 14 uideo . . . scribis *p.* 174,1 *om.* **E** 15 cum Silio] consilio **Mds** cum consilio **PI** 16 sic caere scripsit **M**^{1}**dm** 17 scribet *Rom.* scribit **MbdmOPR** scribat **IA**^{2}**c** scribe **s** 18 tu **PRIA**^{2}**c** cui **Δ***Rom.* ut tu **Z**$^\beta$

EP. XXIV. A. Silius **A**^{2}**c***Rom.* asilius **PRI** asyllius **ΔO** ei **bsA**^{2}**c***Rom.* et *rell.* 22 ouia confice **bsPIA**^{2}**c** (obuia **P**, Auia **A**^{2}*in marg.*) ouiacemfice (*uel sim.*) **MdmO**(?)**R***Rom.*

ut scribis. de Cicerone tempus esse iam uidetur; sed quaero, quod illi opus erit, Athenis permutarine possit an ipsi ferendum sit, de totaque re, quem ad modum et quando placeat, uelim consideres. Publi⟨li⟩us iturusne sit in Africam et quando, ex Aledio scire poteris. quaeras et ad me scribas uelim.

2 Et ut ad meas ineptias redeam, uelim me certiorem facias, P. Crassus, Venuleiae filius, uiuone P. Crasso consulari, patre suo, mortuus sit, ut ego meminisse uideor, an postea; itém quaero de Regillo, Lepidi filio, rectene
3 meminerim patre uiuo mortuum. Cispiana explicabis itemque Preciana. de Attica optime; et ei salutem dices et Piliae.

XXV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Scripsit ad me diligenter Sicca de Silio seque ad te rem detulisse, quod tu idem scribis. mihi et res et condicio placet, sed ita, ut numerato malim quam aestimatione. uoluptarias enim possessiones nolet Silius; uectigalibus autem ut his possum esse contentus, quae habeo, sic uix minoribus. unde ergo numerato? HS DC exprimes

1 de] *accedit* **E** iam] tam **M**^{1}**O** 2 quod *uulg.*: quid **ΔEOPRIA**^{2}**c***Rom.* *cfr ad* XI 12, 4 opus illi erat (*sic*) **M**^{1} opus erit illi **O** permutari ut possit **bmsIA**^{2}*Rom.* 3 de . . . uelim *u.* 6 *om.* **E** tota quere **M**^{1}**R** 4 Publilius *Bosius*: publius **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* *cfr p.* 166, 11 5 aledio **M***corr.***O**^{2}**PIA**^{2}**c** aiedio **M**^{1}**mO**^{1}**R** atedio **bs***Rom.* aedio **d** *cfr ad p.* 172, 10 7 Et] *accedit* **E** 8 .P. ne crassus **bm***Rom.* Venuleiae *Corradus*: uinuliae (uimi-) **MdmsEO**^{2}**PRC***Rom.* lumiliae **bIA**^{2}**c** 10 postea **EO**^{1}**PRc** (-eae **R**) post **ΔO**^{2}**IA**^{2}*Rom.* 11 Cispiana] in hispania **PRI** cispiana . . . facis *p.* 175, 7 *om.* **E** 12 et ei *Manutius*: id ei (id. ei) **MbdmOPRIA**^{2}**c***Rom.* (*sed* id *ante* opt. **PR**) eidem **s** *cfr Muell. ad l.*

EP. XXV. 16 Scripsit . . . facis *p.* 175, 7 *om.* **E** 17 mihi *om.* **bm***Rom.* 18 (a)estimatione **bORc** extimatione **Mms** existimatione **dPIA**^{2}*Rom.* 19 uolet **bsPIA**^{2}**c***Rom.*, *corr.* **C** 20 iis **bOR***Rom.*, *alii* is **P** 21 unde] auide **A**^{2}**c***Rom.* $\overline{DC}$ *alii, item infra*

ab Hermogene, cum praesertim necesse erit, et domi uideo esse HS DC. reliquae pecuniae uel usuram Silio pendemus, dum a Faberio, uel cum aliquo, qui Faberio debet, repraesentabimus. erit etiam aliquid alicunde. sed totam rem tu gubernabis. Dru⟨si⟩anis uero hortis multo antepono, 2
neque sunt' umquam comparati. mihi crede, una me causa mouet, in qua s[o]cio me τετυφῶσθαι. sed, ut facis, obsequere huic errori meo. nam quod scribis ἐγγήραμα, actum iam de isto est; alia magis quaero.

XXVI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Sicca, ut scribit, etiam si nihil confecerit cum A. Silio, 1
tamen se scribit x Kal. esse uenturum. tuis occupationibus ignosco, eaeque mihi sunt notae; de uoluntate tua, ut simul simus, uel studio potius et cupiditate non dubito. de Nicia quod scribis, si ita me haberem, ut eius humani- 2
tate frui possem, in primis uellem mecum illum habere; sed mihi solitudo et recessus prouincia est. quod quia

1 *de* cum *eqs. u. Madu. de fin.* V 10,28 domi uideo **O¹PRA²c** *Rom.* domui ideo **MdmO²I** (uid- **I**) domi ideo **bs** 2 scilio (st-) **MdO¹**(?)**R** stilo **P** Scelio **I** 3 Faberio, uel *Muell. non dist. uulg.* 4 aliunde **sPI**, *alii cfr p.* 60,3 5 drusianis **M²bdmsO²IA²c***Rom.* druanis **M¹O¹PR** hos *post* multo *add. Lamb.*, *post* uero *Bos.* 6 comparati *Manutius:* comparata **ΔPRIA²c***Rom.* 7 scio **bmsO²***Rom.* socio *rell.* τετυπῶσθαι **A²c**, *corr.* **C** *adscr.* inflari *et u.* 8 epigramma **M***corr.***ds** 7–8 obsequere . . . meo **E**, nam . . . uenturum *u.* 13 *om.* **E** 8 ἐγγήραμα **C** ЄΤΤΗΡaΜa **M¹PR** (ЄΤΙΗ- **P**, ЄΤΓΗ- **R**; -ΗΓΡ- **M***corr.*) ἐπίγραμμα **M***corr.***bdmsA²c***Rom. cfr* XII 29,2; 44,2

EP. XXVI. 12 Sicca . . . uenturum *u.* 13 *om.* **E** ut scribit *propter* scribit *u.* 13 *nonnullis suspectum, sed cfr* IV 15,3 ut conicio; *Comm. Tull. p.* 135 A. Silio *uulg.*: agidio **ΔPRIA²c***Rom.* 13 tuis] cuius **M¹**, *corr.* **M²** tuis occupationibus *etiam* **Z**bl 14 uoluntate **sA²c** uoluptate *rell.* 16 de Nicia . . . grata est *p.* 176,5 *habet Suet. de gramm. c.* 14 (*sed u.* 18 quod . . . desidero *om.*) 17 uellem mecum illum **EPc**, *Suet.* uellem illum mecum **Δ** (*sed* meum **M¹**)**OIA²***Rom.* mecum uellem illum **R** *cfr Lehm. De Cic. ?is ad Att. epp. p.* 175 18 solicitudo (*sic nonnulli codd. Suet.*) et recensus **M¹**

facile ferebat Sicca, eo magis illum desidero. praeterea nosti Niciae nostri imbecillitatem, mollitiam, consuetudinem uictus. cur ergo illi molestus esse uelim, cum mihi ille iucundus esse non possit? uoluntas tamen eius mihi grata est. unam rem ad me scripsisti, de qua decreui nihil tibi rescribere. spero enim me a te impetrasse, ut priuares me ista molestia. Piliae et Atticae salutem.

XXVII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 De Siliano negotio, etsi mihi non est ignota condicio, tamen hodie me ex Sicca arbitror omnia cogniturum. Cottae quod negas te nosse, ultra Silianam uillam est, quam puto tibi notam esse, uillula sordida et ualde pusilla, nil agri, ad nullam rem loci satis nisi ad eam, quam quaero. sequor celebritatem. sed si perficitur de hortis Sili, hoc est, si perficis — est enim totum positum in te —, nihil est scilicet, quod de Cotta cogitemus.

2 De Cicerone, ut scribis, ita faciam; ipsi permittam de tempore. nummorum quantum opus erit ut permutetur, tu

2 mollitiem (-ci-) **IA**^{2}**c** 3 ego **IA**^{2}**c***Rom.* esse **IA**^{2}**c**, *Suet. om.* **ΔEOPR***Rom.* uelim . . . non *om. Suet. codd.* 4 non possit] possem (-im, -um) *nonnulli codd. Suet.* 5 scripsit **IA**^{2}**c**, *corr.* **C** nihil ad te scribere **IA**^{2} 6 mea temperasse **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 7 Piliae . . . cogitemus *u.* 17 *om.* **E** Vale *add.* **A**^{2}**c**

EP. XXVII. *Noua ep.* **A**^{2}**c**, *u. p.* 146 10 sillano (syll-)**bmO**^{2}*Rom.* 12 Cottae **ICZ**^{b} cocte **O**^{1}**PR**(-ae **O**^{1}) certe **ΔO**^{2}**A**^{2}**c***Rom.* (-ae **O**^{2}) quod **MdsPRZ**^{b}**I** quidem **bmA**^{2}**c***Rom.* nosse **bm**^{2}**sZ**^{b}**A**^{2}**c** *Rom.* non se **Mdm**^{1}**O**^{1}**PR** esse **I** ultra **MdmsO**^{1}**Z**^{b} ultras' **PRI** sed ultra **bA**^{2}**c***Rom.* silianam **bsZ**^{b}**A**^{2}**c***Rom.* filianam **O**^{1}**PRI**(-na **PI**) sfilianam **MdmO**^{2} uillam **MbdsRZ**^{b} uilla **mPIA**^{2}**c***Rom.* 14 nihil **IA**^{2}**c***Rom.* ad nullam *Rom., Wesenb. Em. p.* 49: an ullam **M**^{1}**dm**^{1} a nullam **R** a nulla (*sq.* re) **P** ad ullam **M***corr.***bm**^{2}**sZ**^{b}**IA**^{2}**c** nisi *Wesenb. l. l.*: nihil **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* ad aliam rem loci nihil, satis ad *Manutius* 16 positum in te totum **IA**^{2}**c** 17 cocta **MbmPR** Cottae *Muellerus* 18 De . . . permittam, *infra* et ego *p.* 177,2 . . . accipiam *et* ualde *p.* 177,8 . . . causas *habet* **E**, *om. rell.* 19 nummorum] unum morum **Mdm** permittetur **Mdms**

uidebis. ex Aledio, quod scribis, si quid inueneris, scribes. et ego ex tuis animaduerto litteris et profecto tu ex meis nihil habere nos, quod scribamus, eadem cottidie, quae iam iamque ipsa contrita sunt. tamen facere non possum, quin cottidie ad te mittam, ut tuas accipiam. de Bruto tamen, 3
si quid habebis. scire enim iam puto, ubi Pansam exspectet. si, ut consuetudo est, in prima prouincia, circiter Kal. adfuturus uidetur. uellem tardius; ualde enim urbem fugio multas ob causas. itaque id ipsum dubito, an excusationem aliquam ad illum parem; quod quidem uideo facile esse. sed habemus satis temporis ad cogitandum. Piliae, Atticae salutem.

XXVIII
⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

De Silio nilo plura cognoui ex praesente Sicca quam 1
ex litteris eius; scripserat enim diligenter. si igitur tu illum conueneris, scribes ad me, si quid uidebitur. de quo putas ad me missum esse, sit missum necne, nescio; dictum quidem mihi certe nihil est. tu igitur, ut coepisti, et si quid ita conficies, quod ⟨e⟩quidem non arbitror fieri posse, ut illi probetur, Ciceronem, si tibi placebit, adhibebis. eius aliquid interest uideri illius causa uoluisse, mea quidem nihil nisi id, quod tu scis, quod ego magni aestimo.

1 quod scribas *Wesenb. Em. alt. p.* 127, *fort. recte; cfr p.* 125, 14 3 cottidie **ER** quotidie *rell.* (quotti- *Rom.*), *item infra, sed ibi* coti- **M**, *om.* **IA**^{2} 6 sciri *Baiterus* scire te *coni. Wesenb. cfr ad* X 7, 1 8 ualde . . . ad me scribes *p.* 182, 5 *desunt in* **PR** 9 itaque . . . exstiterit *p.* 190, 21 *om.* **E** 10 illum *uulg.*: silium **ΔOIA**^{2}**c***Rom.* ideo **M**^{1}**O**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 12 Atticae **ΔI** et Atticae **OA**^{2}**c***Rom.* Vale *add.* **A**^{2}**c** EP. XXVIII. *Desunt* **EPR** 15 nilo **M**^{1}**m** nihilo **A**^{2}**c***Rom.* nil **M***corr.***dI** multo **bs** praesenti **IA**^{2}**c** 16 eius **O**^{1}, *codd. Bosi, Lambinus*: tuis **ΔO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* scripseras **IA**^{2}**c** 17 ad] tu ad **IA**^{2}**c** 18 nescio **O**^{1}**C** scio *rell.* 19 est. tu igitur **O**^{1}(?)**C** extinguitur *rell.* (est- **O**^{2}) 20 quid id ita **M**^{1} equidem non *uulg.*: quidem non **ΔO**(?)*Rom.* non equidem **IA**^{2}**c** ita fieri *Rom.* 23 magni **FO**^{1}**c** *om.* **ΔO**^{2}**IA**^{2}*Rom.* 24 extimo **Mdms** existimo **A**^{2}*Rom.*

12 *Sjögren.*

2 Quod me ad meam consuetudinem reuocas, fuit meum quidem iam pridem rem p. lugere, quod faciebam, sed mitius; erat enim, ubi acquiescerem. nunc plane nec ego uictum nec uitam illam colere possum, nec in ea re, quid aliis uideatur, mihi puto curandum; mea mihi conscientia pluris est quam omnium sermo. quod me ipse per litteras consolatus sum, non paenitet me, quantum profecerim. maerorem minui, dolorem nec potui nec, si possem, uellem.

3 De ⟨T⟩riario bene interpretaris uoluntatem meam. tu uero nihil, nisi ut illi uolent. amo illum mortuum, tutor sum liberis, totam domum diligo. de Castriciano negotio, si Castricius pro mancupiis pecuniam accipere uolet eamque ei solui, ut nunc soluitur, certe nihil est commodius. sin autem ita actum est, ut ipsa mancipia abduceret, non mihi uidetur esse aequum — rogas enim me, ut tibi scribam, quid mihi uideatur —; nolo enim negotii Q. fratrem quicquam habere; quod uideor mihi intellexisse tibi uideri idem. Publi⟨li⟩us, si aequinoctium exspectat, ut scribis Aledium dicere, nauigaturus uidetur. mihi autem dixerat per Siciliam. utrum et quando, uelim scire. et uelim aliquando, cum erit tuum

1 me ad meam *Lambinus*: in eam **M**^{1} *in fine uersus, del. et add. in marg.* meam, *post h. u.* me ad **M**^{2} in ea **O** me ad **bdm**^{1}**sA**^{2}**c***Rom.* (meam **m**^{2}) in eam causam meam me ad **I** 2 rem] in rem **M**^{1} lugere **CZ**$^{\beta 1}$ legere **M**^{1}**O**^{1}**I** regere **M**^{2}**bmsO**^{2}**A**^{2}**c***Rom.* egere **d** 3 mitius erat *Bosius*: intus erat **M**^{1}**OZ**^{b} inter erat **M**^{2} intererat *rell.* enim] *cfr Lehm. de Cic:is ad Att. epp. p.* 111 4 uitam] uictam **M**^{1}**O** ullam **bm***Rom.* ea in **c** ea **O** 5 aliis *om.* **M**^{1}**O**^{1} 6 omnium **MdsOI** hominum **bmA**^{2}**c***Rom.* ipse *om.* **bm***Rom.* 7 non] nec **IA**^{2} 8 dolore meo nec **M**^{1} 9 de Triario **bsA**^{2}**c***Rom.* de riario **MdmOI** uoluntatem **M***corr.***sA**^{2}**c** uoluptatem **M**^{1}**bdmI***Rom.* 12 pro mancupiis **C** Romam cupit is **ΔOIA**^{2}**c***Rom.* 13 ei **ΔOI***Rom.*, *quod dubitans retinui* sibi **A**^{2}**c** ita *Tyrr.-Purs.* *del. alii* *cfr Lebretonius 'Études' p.* 131, *Ed. Meyerus 'Caesars Monarchie'*^{3} *p.* 378 14 obduceret **bms***Rom.* 16 Quintum **MI** 17 mihi uideor **A**^{2}**c** mihi *om.* **I** idem uideri **M***corr.***O** 18 Publilius *Bosius*: Publius **ΔOIA**^{2}**c***Rom.* 18–19 Aledium dicere *uulg.* (duc- *Baiterus*): Atedium dicere **bsA**^{2}**c***Rom.* a te diu inducere **MdmI** 20 cummerittuum **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{S} cum inerit tuum **bm**

commodum, Lentulum puerum uisas eique de mancipiis, quae tibi uidebitur, attribuas. Piliae, Atticae salutem.

XXIX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Silius, ut scribis, hodie. cras igitur eum uel potius, cum poteris; scribes, si quid erit, cum uideris. nec ego Brutum uito nec tamen ab eo leuationem ullam exspecto, sed erant causae, cur hoc tempore istic esse nollem. quae si manebunt, quaerenda erit excusatio ad Brutum, et, ut nunc est, mansurae uidentur.

2 De hortis, quaeso, explica. caput illud est, quod scis. sequitur, ut etiam mihi ipsi quiddam opus sit; nec enim esse in turba possum nec a uobis abesse. huic meo consilio nihil reperio isto loco aptius, et de hac re quid tui consilii sit. mihi persuasum est, et eo magis, quod idem intellexi tibi uideri, me ab Oppio et Balbo ualde diligi. cum iis communices, quanto opere et qua re uelim hortos; sed id ita posse, si expediatur illud Faberianum; sintne igitur auctores futuri. si qua etiam iactura facienda sit in repraesentando, quoad possunt, adducito; ⟨to⟩tum enim

2 et Atticae **A**^{2}c*Rom.* Vale *add.* **A**^{2}c

EP. XXIX. *Desunt* **EPR** 5 eum uel **OZ**$^{\beta}$ cum uel **Md** uel **bmsIA**^{2}c*Rom.*, *uulg.* *cfr p.* 177,16 6 potueris **bm**^{1}**s** 12 quiddam **C** quoddam **ΔOIA**^{2}c*Rom.* *cfr ad p.* 125,9 13 in turba esse **b***Rom.*, *Petrarcha* adesse **M**^{1}**O** 14 et *om.* **IA**^{2}c *post* re *excidisse* uelim scire *uel sim. suspicantur Muellerus, alii, sed* scribe *cogitatione addendum*; *cfr Heidemannus De Cic:is ellipsis usu p.* 65 16 tibi intellexi uideri **O** *inter* diligi *et* cum *add.* si **O**^{1}, si *uel* sic *codd. Bosi* 17 iis **MO** **A**^{2}c his *rell.* fac communices, c. quaeso *sim. alii, sed cfr* IV 4 *ex.* sis; 19,2 *ex.* maneas; *ep.* XIII 64,1; XIV 4,3; *Eran.* XVI (*a.* 1916) *p.* 12 quanto opere **Mm** quantopere **bdsOIA**^{2}c quanto tempore et quanto opere *Rom.* 18 id **MO** *om. rell.* Sint ne igitur autores **C** (sint ne *etiam* **Z**$^{\beta}$) sint igitur auctores **O**^{1} sin igitur au(c)tor es **MO**^{2}**I** **A**^{2}c sin igitur au(c)tor est **bdms***Rom.* 20 quoad possunt **Z**$^{\beta}$ quod possum **ΔOIA**^{2}c*Rom.* adducito. totum *Schuetzius*: adduci totum **O**^{1}(?)**Z**$^{\beta}$ adducito. tum **O**^{2}, *rell.* (*sed* Tu **c**)

illud desperatum. denique intelleges, ecquid inclinent ad hoc meum consilium adiuuandum. si quid erit, magnum est adiumentum; si minus, quacumque ratione contendamus. uel tu illud ἐγγήραμα, quem ad modum scripsisti, uel ἐντάφιον putato. de illo Ostiensi nihil est cogitandum. si hoc non adsequimur — a Lamia non puto posse —, Damasippi experiendum est.

XXX
⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Quaero, quid ad te scribam, sed nihil est. eadem quotidie. quod Lentulum inuisis, ualde gratum. pueros attribue ei, quot et quos uidebitur. de Sili uoluntate uendendi et de eo, quanti, tu uereri uideris, primum ne nolit, deinde ne tanti. Sicca aliter, sed tibi adsentior. qua re, ut ei placuit, scripsi ad Egnatium. quod Silius te cum Clodio loqui uult, potes[t] id mea uoluntate facere, commodiusque est quam, quod ille a me petit, me ipsum
2 scribere ad Clodium. de mancipiis Castricianis commodissimum esse credo transigere Egnatium, quod scribis te ita futurum putare. cum Ouia, quaeso, uide ut conficiatur. quoniam, ut scribis, nox erat, in hodierna epistula plura exspecto.

1 ecquid **Z**$^{\beta}$*Rom.* et quid *rell.* 3 sin minus **A**^{2}**c** 4 uel tu *Schuetzius*: uetus **ΔO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* ἐγγήραμα *Victorius*: ЄΝΓΠΡΑΜΑ **M**^{1} ἐπίγραμμα **M***corr.***bdmsA**^{2}**c***Rom.* ἐπίγραμμα, alias ἐγγήραμα *Crat. ind. Gr. cfr p.* 175,8 quem ad modum *om.* **ds** 5 ЄΝΤΑΦΙΟΝ **M**^{1} ἐπιτάφιον **M***corr.***bdmsA**^{2}**c***Rom.* *adscr.* epigramma *et* epitaphium **M***corr.***ds** hostiensi **Δ**

EP. XXX. *Desunt* **EPR** 10 quod *Wesenb. Em. p.* 56, *alii cfr ad* XI 12,4 11 quo **M**^{1}**O** 12 desillj **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{8} uoluntate **bdsA**^{2}**c***Rom.* uoluptate **MmOI** 13 de eo] *cfr Lebretonius 'Études' p.* 89 14 ne tanti **bsOA**^{2}**c***Rom.* nec anti **MdmI** 15 salas **M**^{1}**dO**(?)**I** 16 potes **A**^{2}**c***Rom.* potest **ΔOI** uoluntate **bsA**^{2}**c***Rom.* uoluptate **MdmOI** 17 est] id est **A**^{2}**c** *om.* **I** 20 auia **IA**^{2} *in marg.* uide **Z**$^{\beta}$ (*sic Lambinus ex* qui de *ueteris codicis*) quidem **ΔOIA**^{2}**c***Rom.*

XXXI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Silium mutasse sententiam Sicca mirabatur. equidem 1 magis miror, quod, cum in filium causam conferret, quae mihi non iniusta uidetur — habet enim, quale⟨m⟩ uult —, ais te putare, si addiderimus aliud, a quo refugiat, cum ab ipso id fuerit destinatum, uenditurum. quaeris a me, 2 quod summum pretium constituam et quantum anteire istos hortos Drusi. accessi numquam; Coponianam uillam et ueterem ⟨et⟩ non magnam noui, siluam nobilem, fructum autem neutrius, quod tamen puto nos scire oportere. sed mihi utriuis istorum tempore magis meo quam ratione aestimandi sunt. possim autem adsequi necne, tu uelim cogites. si enim Fab⟨e⟩rianum uenderem, explicare uel repraesentatione[m] non dubitarem de Silianis, si modo adduceretur, ut uenderet. si uenalis non haberet, transirem ad Drusum uel tanti, quanti Egnatius illum uelle tibi dixit. magno etiam adiumento nobis Hermogenes potest esse in repraesentando. at tu concede mihi, quaeso, ut eo animo sim, quo is debeat esse, qui emere cupiat, et tamen ita seruio cupiditati et dolori meo, ut a te regi uelim.

EP. XXXI. *Desunt* **EPR** 5 qualem **A^{2}c** quale **ΔI***Rom.* 7 fueri **C** fieret **ΔOIA^{2}c***Rom.* (*ex* -it **O**?) 8 pactum **I** 9 drussi **M^1** accessi **sO^{1}C***Rom.* arcessi **MbdmO^2** tantum accessi propius **IA^{2}c** 10 et ueterem et non *Manutius*: et ueterem non **ΔO***Rom.* ueterem et non **IA^{2}c** 12 utriuis **Z^{b}A^{2}c***Rom.* utrius **ΔOI** 13 extimandi **Δ** possim **mO^{1}A^{2}c***Rom.* possum **MbdsO^{2}I** 14 Faberianum **bA^{2}c***Rom.* fabrianum **MdmsOI** 14–15 repraesentatione **A^{2}c** repraesentationem **ΔOI***Rom.* 16 uenales **A^{2}c** transiret **s***Rom.* 17 drussum **M** gnatius **Md** 19 at tu *Rom., codd. Bosi* aut **ΔFO** at **A^{2}c** autem **I** 20 quo is *ex* quo dijs **M** quod is **O** emere **M^{1}OIA^{2}c** merere **M^{2}bdms***Rom.* (mæ- **b**) et tamen *om.* **O^{2}IA^{2}c**, *add.* **C** ita seruio **C** seruio **M***corr.***ds***Rom.* seruiat **M^{1}bm** uel seruiat **O^{2}IA^{2}c** 21 *in* uelim *hanc ep. desinere monet Schicheus progr. Berol. a.* 1883 *p.* 22 *sq.*; *cfr Herm.* XVIII (a. 1883) *p.* 613

XXXII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

(xxxi 3) 1 Egnatius mihi scripsit. is si quid tecum locutus erit — commodissime enim per eum agi potest —, ad me scribes, et id agendum puto. nam cum Silio non uideo confici posse. Piliae et Atticae salutem.

Haec ad te mea manu. uide, quaeso, quid agendum sit.

(xxxii 1) 2 Publilia ad me scripsit matrem suam † cum Publilio loqueretur, ad me cum illo uenturam et se una, si ego paterer. orat multis et supplicibus uerbis, ut liceat et ut sibi rescribam. res quam molesta sit, uides. rescripsi me etiam grauius esse adfectum quam tum, cum illi dixissem me solum esse uelle. qua re nolle me hoc tempore eam ad me uenire. putabam, si nihil rescripsissem, illam cum matre uenturam; nunc non puto. apparebat enim illas litteras non esse ipsius. illud autem, quod fore uideo, ipsum uolo uitare, ne illae ad me ueniant; et una est uitatio, ut ego ⟨auolem⟩. nollem, sed necesse est. te hoc nunc rogo, ut explores, ad quam diem hic ita possim esse, ut ne opprimar. ages, ut scribis, temperate.

EP. XXXII. *Deest* **E** Egnatius ... scribes *u.* 5 *om.* **PR**, *cfr ad p.* 177,8 is] Tu **c** 4 agi potest ad me scribes et **M***corr.***bsA**^{2}**c***Rom.* agi dum potest ad me scribes et **O** agi potest ad me scribes et id agi dum potest ad me scribes et **dmI** (*post.* et *om.* **I**) agi potest ad me scribes. ad me scribes. et id agi dum potest. ad me scribes. et **M**^{1} 5 et id] *accedunt* **PR** 8 publilia **M** publia *rell.* cum publilio **MdOZ**^{l} cum publio *rell.* cum Publilio uideretur *Klotzius* ut cum P. loquerer *Schmidtius* 9 loqueretur **ΔOPRZ**^{l}**C** ut loquerer *Rom.* loquier **A**^{2}**c**

10 orat] moraturam. Orat **IA**^{2}**c** 12 adfectum **O**^{1}**PRIA**^{2}**c** *om.* **Δ** **O**^{2}*Rom.* 11—12 mi ... esse quam *Orellius* 13 nole me **O**^{1}(?)**PR** nollem me **M** nolem me **O**^{2} nollem **bdmsIA**^{2}*Rom.* nolle **c** 16 esse ipsius **Z**^{b} ipsius esse **OPR** illius esse **ΔIA**^{2}**c***Rom.* 17 ill(a)e **ΔA**^{2}**c** *Rom.* illi **PRI** uisitatio **C** ut] et **bmA**^{2}**c***Rom.*, *corr.* **C** 18 auolem *Madu. Adu. crit.* II *p.* 239: *om. codd. et uett. edd.* nunc rogante rogo **M**^{1} 19 ad quam **PRC** aliquam **ΔIA**^{2}**c***Rom.*

Ciceroni uelim hoc proponas, ita tamen, si tibi non 3 (2)
iniquum uidebitur, ut sumptus huius peregrinationis, quibus, si Romae esset domumque conduceret, quod facere cogitabat, facile contentus futurus erat, accommodet ad mercedes Argileti et Auentini, et cum ei proposueris, ipse uelim reliqua moderere, quem ad modum ex his mercedibus suppeditemus ei, quod opus sit. praestabo nec Bibulum nec Acidinum nec Messallam, quos Athenis futuros audio, maiores sumptus facturos, quam quod ex eis mercedibus recipietur. itaque uelim uideas, primum conductores qui sint et quanti, deinde ut sit, qui ad diem soluat, et quid uiatici, quid instrumenti satis sit. iumento certe Athenis nihil opus est. quibus autem in uia utatur, domi sunt plura, quam opus erat, quod etiam tu animaduertis.

XXXIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Ego, ut heri ad te scripsi, si et Silius is fuerit, quem 1
tu putas, nec Drusus facilem se praebuerit, Damasippum uelim adgrediare. is, opinor, ita partis fecit in ripa nescio quotenorum iugerum, ut certa pretia constitueret; quae mihi nota non sunt. scribes ad me igitur, quicquid egeris.

Vehementer me sollicitat Atticae nostrae ualetudo, ut 2
uerear etiam, ne quae culpa sit. sed et paedagogi probitas

2 quibus ... futurus erat *post* Auentini *u.* 5 *transp. Madu. Adu. crit.* III *p.* 189 6 moderer **O** moderare **bdsR** iis **MOI**, *alii* (*sed u.* 9 eis *omnes codd.*) 8 Messallam **PR***Rom.* Mesalam **M**^{1} Messalam **M**^{2}, *rell. talia non semper notaui* quod **M**^{1} 9 maiores **PR** maioris *rell.* 12 et *ante post.* quid *add.* **M***corr.*, *del.* lumento **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}c^s 13 est *uulg.*: sit **ΔOPRIA**^{2}c*Rom.* uia *Pius*: illa **M**^{1} uilla **M***corr.*, *rell.* 14 animaduertas **O**^{1} animaduertes *Wes. Em. alt. p.* 128

EP. XXXIII. *Deest* **E** 17 Ego ut heri **A**^{2}c*Rom.* ego ueteri **MbdmOPR** ego uereri **s** uereri ego **I** 19 aggrediar eis **M**^{1}**O**^{1}**R** adgrediaris **P** rippa ... iuggerum **M**^{1} 22 ualetudo **A**^{2}c ualitudo *rell.* (ualli- **M**^{1}) nostrae *post* ual. **IA**^{2} 23 ne quae] neque **R** ne qua **Pc** nequa **bA**^{2} preda cogi **M**^{1}**O**^{1}(?)**R**, *corr.* **M**^{2}c^s

et medici adsiduitas et tota domus in omni genere diligens me rursus id suspicari uetat. cur⟨a⟩ igitur; plura enim non possum.

XXXIV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Ego hic uel sine Sicca — Tironi enim melius est — facillime possem esse, ut in malis, sed cum scribas uidendum mihi esse, ne opprimar, ex quo intellegam te certum diem illius profectionis non habere, putaui esse commodius me istuc uenire; quod idem uideo tibi placere. cras igitur in Siccae suburbano; inde, quem ad modum
2 suades, puto me in Ficulensi fore. quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse uenio, coram uidebimus. tuam quidem et agendis nostris rebus et in consiliis ineundis mihique dandis in ipsis litteris, quas mittis, beneuolentiam, diligentiam, prudentiam mirifice diligo.

(xxxv 1) 3 Tu tamen, si quid cum Silio, uel ⟨il⟩lo ipso die, quo ad Siccam uenturus ero, certiorem me uelim facias, et maxime, cuius loci detractionem fieri uelit. quod enim scribis e x t r e m i, uide, ne is ipse locus sit, cuius causa de tota re, ut scis, est a nobis cogitatum. Hirti epistulam tibi misi et recentem et beneuole scriptam.

2 cura igitur *uulg.*: curitur igitur **M** curi igitur **d** cur igitur *rell.* EP. XXXIV. *Deest* **E** 6 sicca. Stironi **Md** siccas tironi **R** 7 facillime **PRIA**^{2}**c***Rom.* facile me **Δ** cum] quam **M**^{1} quom (*ex* quam ?) cum **O** 8 opprima rex **M**^{1} 9 certum diem illius profectionis **PR** certitudinem illius profectionis **M**^{1} certum illius profectionis diem **M**^{2}**bdmsIA**^{2}**c***Rom.* 10 istuc **M**^{1}**PRA**^{2}**c***Rom.* istoc **M**^{2}**bdmOI** istic **s** 14 et agendis **ΔORI** et in agendis **PA**^{2}**c***Rom.*, *uulg., sed cfr ad Q. fr.* II 13 (12) 2* ineundis **sIA**^{2}**c***Rom.* eundis **P** non eundis *rell.* 17 Tu tamen . . . scriptam *u.* **22** *huic epistulae adnexuit Schuetzius* uel illo *uulg.*: uello **M**^{1}**R** uel eo **P** uolo **M**^{2}**c**^{8} **bdmsO**^{2}(?)**I** uel **A**^{2}**c** illo *Rom.* 21 de tota re **IA**^{2}**c** deiotare **ΔPR** *Rom.* (-otha- **PR**) Ircij **M**

XXXV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Ante quam a te proxime discessi, numquam mihi uenit (2) in mentem, quo plus insumptum in monimentum esset quam nescio quid, quod lege conceditur, tantundem populo dandum esse. quod non magno opere moueret, nisi nescio quo modo, ἀλόγως fortasse, nollem illud ullo nomine nisi fani appellari. quod si uolumus, uereor, ne adsequi non possimus nisi mutato loco. hoc quale sit, quaeso, considera. nam etsi minus urgeor meque ipse prope modum collegi[s], tamen indigeo tui consilii. itaque te uehementer etiam atque etiam rogo, magis quam a me uis aut pateris te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare.

XXXVI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Fanum fieri uolo, neque hoc mihi erui potest. sepulcri similitudinem effugere non tam propter poenam legis studeo quam ut maxime adsequar ἀποθέωσιν. quod poteram, si in ipsa uilla facerem; sed, ut saepe locuti sumus, commutationes dominorum reformido. in agro ubicumque fecero, mihi uideor adsequi posse, ut posteritas habeat religionem. hae meae tibi ineptiae — fateor enim — fe-

EP. XXXV. *Deest* **E** 3 a te **cZ**^{b} *om.* **ΔOPRIA**^{2}*Rom.* 4 insumptum **PA**^{2}**c** in sumptum *rell.* monumentum **dsI***Rom.* 6 non] me **IA**^{2}**c**, *corr.* **C** 7 ΜΟΓωC **M**^{1} ΜΟΤωϹ **PR** *adscr.* inconsulte **M***corr.***ds** 9 possumus **OPR** 11 collegi **bmsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* colligi **M***corr.***d** collegis **M**^{1}**O**^{1}**PR** (-ig- **PR**) 13 ut *om.* **M**^{1}

EP. XXXVI. *Deest* **E** 16 erui **M**^{2}**bdmsO**^{2}**PRIA**^{2}**c***Rom.* eri **M**^{1} **O**^{1}(?) eripi (*Ernestius*) *uel* exui (*Lambinus*) *alii* 17 Non enim tam **IA**^{2}**c** penam legis quia epistolam legis (*ex* misi, *ut uid.*) studeo **O** penam legis quia epistolam misi *eqs. p.* 186, 20 *mediis omissis* **PR** *cfr Lehm. De Cic.is ad Att. epp. p.* 151 *sq.* 20 cominorum **M**^{1}**O** 22 fatebor **O**^{2}**IA**^{2}**c**

rendae sunt; nam habeo ne me quidem ipsum, quicum tam audacter communicem quam te. sin tibi res, si locus, si institutum placet, lege, quaeso, legem mihique eam mitte. si quid in mentem ueniet, quo modo eam effugere possimus, utemur.

2 Ad Brutum si quid scribes, nisi alienum putabis, obiurgato eum, quod in Cumano esse noluerit propter eam causam, quam tibi dixi. cogitanti enim mihi nihil tam uidetur potuisse facere rustice. et si tibi placebit sic agere de fano, ut coepimus, uelim cohortere et exacuas Cluatium. nam etiam si alio loco placebit, illius nobis opera consilioque utendum puto. tu ad uillam fortasse cras.

XXXVII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 A te heri duas epistulas accepi, alteram pridie datam Hilaro, alteram eodem die [a] tabellario, accepique ab Aegypta l. eodem die Piliam et Atticam plane belle se habere. hae litterae mihi redditae sunt tertio decimo die. quod mihi Bruti litteras, gratum; ad me quoque misit. eam ipsam ad te epistulam misi et ad eam exemplum mearum litterarum.

2 De fano, si nihil mihi hortorum inuenis, ⟨qui⟩ quidem tibi inueniendi sunt, si me tanti facis, quanti certe facis,

1 nam] non **bA^{2}c** 2 quam te *uulg.*: quant(a)e **ΔOIA^{2}c***Rom.* quam tecum *Corradus, alii, sed cfr* III 2 quam fundum sin tibi **M***corr.* (*ut uid.*)**O^1** sint ibi **ΔO^{2}IA^{2}c***Rom.* 8 dixit *Lambinus, uulg., sed cfr Schmidtius Mus. Rhen.* LV (*a.* 1900) *p.* 400 11 aliquo **ds**

EP. XXXVII. *Deest* **E** 15 A te . . . ad te *u.* 20 *om.* **PR**, *u. p.* 185, 17 accepi **bmsOCZ^1***Rom.* recepi **MdIA^{2}c** 16 eodem **sOA^{2}c** *Rom.* in eodem **MbdmI** a **ΔO**(?)**IA^{2}c***Rom., om. uulg.* 17 .l. (*uel* .L.) **ΔOZ^{1}I** literas **A^{2}c***Rom.* liberto *Lambinus, uulg.* 18 haberet **M^{1}O** hae **Z^1**, *codd. Bosi* tu(a)e **ΔO^{2}IA^{2}c***Rom. cfr Schmidtius l. l. p.* 399, *Schicheus 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XXVII (*a.* 1901) *p.* 257 *hae litterae e Cumano, ubi mulieres erant, in Ficulense, inde Asturam missae uidentur* 20 epistulam] *accedunt* **PR**, *u. ad p.* 185, 17 22 qui *uulg.*: si **A^{2}c***Rom.* *om.* **ΔPRI**

ualde probo rationem tuam de Tusculano. quamuis prudens ad cogitandum sis, sicut es, tamen, nisi magnae curae tibi esset, ut ego consequerer id, quod magno opere uellem, numquam ea res tibi tam belle in mentem uenire potuisset. sed nescio quo pacto celebritatem requiro; itaque hortos mihi conficias necesse est. maxima est in Scapulae celebritas, propinquitas praeterea urbis, ne totum diem in uillam. qua re ante quam discedis, Othonem, si Romae est, conuenias peruelim. si nihil erit, etsi tu meam stultitiam consuesti ferre, eo tamen progrediar, ut stomachere. Drusus enim certe uendere uult. si ergo aliud erit, non mea erit culpa, nisi emero. qua in re ne labar, quaeso, prouide. prouidendi autem una ratio est, si quid de Scapulanis possumus. et uelim me certiorem facias, quam diu in suburbano sis futurus.

Apud Terentiam gratia opus est nobis tua quam auc- 3
toritate. sed facies, ut uidebitur. scio enim, si quid mea intersit, tibi maiori curae solere esse quam mihi.

XXXVII a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Hirtius ad me scripsit Sex. Pompeium Corduba exisse (4)
et fugisse in Hispaniam citeriorem, Cn. fugisse nescio quo; neque enim curo. nihil praeterea noui. litteras Narbone

4 uenire in mentem **bm***Rom.* 5 quoḍ **M** 6 maxuma **M** 7 urbis *Fr. Schmidtius progr. Norimb. a.* 1879 *p.* 36: ubi sis **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* 8 in uilla *Manutius, alii, sed notio eundi subest; aliter* XII 44, 2 otonem **MdO** ottonem **PR** *talia non amplius notabo* 10 ut in isto machere **M**^{1} ut stomachere **M***corr., rell.* (-are **bs**; uti *prisci Bosi*) 11 uolt **Mbm** aliud erit] *cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 43 *sq.* non *om. Rom.* 16 gratia potius opus est **I** tua quam **MdOPRI** tua que **bm** tuaque **sA**^{2}**c***Rom.* *sic uel* ⟨tam⟩ gratia *alii* tua tuaque *prisci Bosi* *cfr Lehm. Quaest. Tull. p.* 134; *Schmalzius Antib. s. u.* potius; *Schmalz-Hofm. Synt. p.* 729 17 enim] eam **bdms***Rom.*

EP. XXXVII a *Hanc ep. a superiore separauit Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 280 *deest* **E** 21 Sex.] sed **M**^{1}**O**^{1}(?), *corr.* **M**^{2}c^s Sextum **sIA**^{2}c 22 ceteriorem **M**^{1}**O**, *corr.* **M**^{2}c^s Cn.] Cneum **I***Rom.* .ͶS. **R**

dedit xIIII Kal. Maias. tu mihi de Canini naufragio quasi dubia misisti. scribes igitur, si quid erit certius. quod me a maestitia ⟨a⟩uocas, multum leuaris, si locum fano dederis. multa mihi εἰς ἀποθέωσιν in mentem ueniunt, sed loco ualde opus est. qua re etiam Othonem uide.

XXXVIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Non dubito, quin occupatissimus fueris, qui ad me nihil litterarum; sed homo nequam, qui tuum commodum non exspectarit, cum ob eam unam causam missus esset. nunc quidem, nisi quid te tenuit, suspicor te esse in suburbano. at ego hic scribendo dies totos nihil equidem leuor, sed tamen aberro.

2 Asinius Pollio ad me scripsit de impuro nostro cognato. quod Balbus minor nuper satis plane, Dolabella obscure, hic apertissime. ferrem grauiter, si nouae aegrimoniae locus esset. sed tamen ecquid impurius? o hominem cauendum! quamquam mihi quidem — sed tenendus dolor est. tu, quoniam necesse nihil est, sic scribes aliquid, si uacabis.

1 quam si **M**^{1}**R**, *corr.* **M**^{2}c^s 2 remisisti **A**^{2}**c** scribes *Orellius*: scribis **O**^{1}**PR** scribas **ΔO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* me a] mea **MOR** 3 auocas *uulg.*: uocas **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* leuaris **C** proficies **A**^{2}**c***Rom.* *om.* **ΔOPRI** fano **PIA**^{2}**c***Rom.* lano **Δ** uallo **R**

EP. XXXVIII. *Deest* **E** 8 occupatissimus **bsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* oc cum datissumus **Mm** hoc cum datissimus **d** iocundatissimus **R** iocundissimus **P** 11 *post.* te *om.* **IA**^{2}**c***Rom.* 14 Asin. Pollio] *cfr Curschmannus, 'Zur Invers. d. röm. Eigennamen' p.* 36 polio **PR** 16 (a)egrimoni(a)e **PRIA**^{2}**c** agrimonie **M**^{1} acrimoni(a)e **M**^{2}**bdmsO**^{2}*Rom.* 17 cocus **Md** ecquid *uulg.*: et quid **ΔPRI***Rom.* et quidem **O** quid **A**^{2}**c** O **bsA**^{2}**c***Rom.* C. **MdmOPRI** 19 est. tu **b**^{2}**O**^{1}**PRIA**^{2}**c** ẹṣṭụ es tu **M** es tu **d** est u **m** est. iis **s** est **O**^{2} est. tibi *Rom.*

XXXVIII a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Quod putas oportere peruideri iam animi mei firmi- 1 (3)
tatem grauiusque quosdam scribis de me loqui quam aut te scribere aut Brutum, si, qui me fractum esse animo et debilitatum putant, sciant, quid litterarum et cuius generis conficiam, credo, si modo homines sint, existiment me, siue ita leuatus sim, ut animum uacuum ad res difficiles scribendas adferam, reprehendendum non esse, siue hanc aberrationem a dolore delegerim, quae maxime liberalissima doctoque homine dignissima, laudari me etiam oportere.
sed cum ego faciam omnia, quae facere possim ad me 2 (4)
adiuuandum, tu effice id, quod uideo te non minus quam me laborare. hoc mihi debere uideor neque leuari posse, nisi soluero aut uidero me posse soluere, id est locum, qualem uolo, inuenero. heredes Scapulae si istos hortos, ut scribis tibi Othonem dixisse, partibus quattuor factis liceri cogitant, nihil est scilicet emptori loci; sin uenıbunt, quid fieri possit, uidebimus. nam ille locus Publicianus, qui est Treboni et Cusini, erat ad me allatus. sed scis aream esse; nullo pacto probo. Clodiae sane placent, sed non puto esse uenalis. de Drusi hortis, quamuis ab iis abhorreas, ut scribis, tamen eo confugiam, nisi quid inueneris. aedificatio me non mouet; nihil enim aliud aedi-

EP. XXXVIII a. *Nouam ep. fecit Schicheus Herm.* XVIII (*a.* 1883) *p.* 589 *deest* **E** 3 peruideri **Δ***Rom.* prouideri **O**(?)**PRIA²c** 5 esse *om.* **IA²** 6 scient **A²c** 10 liberalissima] *cfr Woelfflinus 'Lat. u. rom. Compar.' p.* 47 liberalis sit *Vrsinus, fort. recte; cfr Schmalz-Hofm. Synt. p.* 464 12 possum **bdm***Rom.* 13 adleuandum *Orellius* 14 possum **bm***Rom.* 16 uolo **OPRIA²c** *om.* **Δ***Rom.* 18 loci sin uenibunt **M***corr.***b²mA²c***Rom.* locis inuenibunt **M¹R** (in ue- **R**) loci sin uenient **s** locis inuenient **dI** (loci **I**) locis inueni (*spat.*) **P** 19 Publicianus **CZᵇ** publicanus **ΔOPRIA²c***Rom.* 20 et] etiam **A²c** et Cusini *om.* **PRI** scisariam **MdI** (scissa- **I**) sisariam **PR** 22 hortu **M** ortu **dO²** ab iis **MmOI***Rom.* ab his **bdsPA²c** *om.* **R**

ficabo nisi id, quod etiam si illos non habuero. Κῦρος δ', ε' mihi sic placuit ut cetera Antisthenis, hominis acuti magis quam eruditi.

XXXIX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Tabellarius ad me cum sine litteris tuis uenisset, existimaui tibi eam causam non scribendi fuisse, quod pridie scripsisses ea ipsa, ad quae rescripsi hac epistula. exspectaram tamen aliquid de litteris Asini Pollionis. sed nimium ex meo oti⟨o tu⟩um [ex]specto. quamquam tibi remitto, nisi quid necesse erit, nec⟨esse⟩ ne habeas scribere, nisi eris ualde otiosus.

2 De tabellariis facerem, quod suades, si essent ullae necessariae litterae, ut erant olim, cum tamen breuioribus diebus quotidie respondebant tempori tabellarii et erat aliquid, Silius, Drusus, alia quaedam. nunc, nisi Otho exstitisset, quod scriberemus non erat; ⟨id⟩ ipsum dilatum est. tamen adleuor, cum loquor tecum absens, multo etiam magis, cum tuas litteras lego. sed quoniam et abes — sic enim arbitror — et scribendi necessitas nulla est, conquiescent litterae, nisi quid noui exstiterit.

1 Κῦρος δ' ε' *Bosius* (*coll. Diog. Laert.* VI 1, 16): ΚΥΡCΑC (κύρσας) **MdmPRZ**[b] **A**[2]**c** κύρβας **Z**[β] *om.* **bs***Rom.*, *Crat. ind. Graec.* 2 Antisthenus **M**[1]**dO**[1] Antisteus **I**

EP. XXXIX. *Deest* **E** 6 cum ad me **IA**[2]**c** 8 ea ipsa ad qu(a)e **ΔOPRIA**[2]**c***Rom.*, *sed* ea ipsa atque re ad que **M** hac **OPRIA**[2]**c** *om.* **Δ***Rom.* ea ipsa, ad quam rescripsi, epistula *Lamb.*, *plerique edd.* 9 exispectaram **M** expectabam **O** 10 nimirum *Lambinus* otio tuum specto *Manutius*: otium exspecto **ΔOPRIA**[2]**c***Rom.* otium tuum specto *Bootius cfr p.* 138, 10 11 necesse ne *uulg.*: nec ne **ΔOPRIA**[2]**c***Rom.* (ne ne **d**, ne **s**) 12 eris] eis **Mdm** sis **s** *om.* **b** 14 breuioribus tamen *Rom.* 17 quod se quid *rell.* *cfr ad* XI 12, 4 scriberem **bmO**[2]*Rom.* id **c** *om.* **ΔOPRIA**[2]*Rom.* 18 tam **MmO**

XL

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Qualis futura sit Caesaris uituperatio contra lauda- 1
tionem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit; in quo colligit uitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis. itaque misi librum ad Muscam, ut tuis librariis daret. uolo enim eum diuulgari; quo⟨d⟩ quo facilius fiat, imperabis tuis.

Συμβουλευτικὸν saepe conor. nihil reperio, et quidem 2
mecum habeo et Ἀριστοτέλους et Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον. sed quid simile? illi et quae ipsis honesta essent scribebant et grata Alexandro. ecquid tu eius modi reperis? mihi quidem nihil in mentem uenit. quod scribis te uereri, ne et gratia et auctoritas nostra hoc meo maerore minuatur, ego, quid homines aut reprehendant aut postulent, nescio. ne doleam? qui potest? ne iaceam? quis umquam minus? dum tua me domus leuabat, quis a me exclusus? quis uenit, qui offenderet? Asturam sum a te profectus. legere isti laeti, qui me reprehendunt, tam multa non possunt, quam ego scripsi. quam bene, nihil ad rem, sed genus scribendi id fuit, quod nemo abiecto animo

EP. XL. *Accedit* **E** 6 me ista que **M^{1}d** 7 claret **M^{1}d** eum *om.* **bE** quod quo **M***corr.***bmsO^{2}IA^{2}c***Rom.* quo quo **M^{1}d** quoque **EO^{1}PR** 8 impetrabis **M^{1}bdm^{1}s** 9 *adscr.* deliberatiuum **M***corr.***ds** 10 et] etasi **s** *om.* **c***Rom.* 10—11 habeo Gr. Sed quid **E** et Θεοπόμπου *Victorius*: ЄΤΘЄΟΡΙΟΜΜΟΥ **M^{1}PR** ЄΘЄΟΡΙΟΜΑΛΟΙ **m** θεώρημα **c** *om.* **M***corr.***bdsA^2***Rom.* πρὸς] ΠΒΡΟϹ **M^1** ΤΙϹΠΡΟϹ **m** *adscr.* aristotelis ad alexandrum **M***corr.***ds** 12 ecquid *uulg.*: et quid **ΔEOPRIA^{2}c***Rom.* 14 ne et] ne et ne **M^1** 15 minuatur *etiam* **M^1**, *ut uid.* 16 qui potest *bis* **M^{2}dmE** pot'est **Z^b** 17 leuabit **ds***Rom.* 18 exclusus est *Wesenb. Em. p.* 17, *alii, sed cfr ad* VII 17, 4 offenderet **MEOPRZ^{b}I** me offenderet **ds** offenderetur **bmA^{2}c***Rom.* asturam **M***corr.***bmE** (-ra **b**) ascuram **ds** (ads- **d^2**) ad sturam **M^{1}O** *Rom.* (adst- **M^1**) ad Asturam **IA^{2}c** adfuturam **PR** ad te **M^{2}d** 19 qui me *bis* **M^1**

facere posset. xxx dies in horto fui. quis aut congressum meum aut facilitatem sermonis desiderauit? nunc ipsum ea lego, ea scribo, ut ii, qui mecum sunt, difficilius otium
3 ferant quam ego laborem. si quis requirit, cur Romae non sim: quia discessus est; cur non sim in iis meis praediolis, quae sunt huius temporis: quia frequentiam illam non facile ferrem. ibi sum igitur, ubi is, qui optimas Baias habebat, quotannis hoc tempus consumere solebat. cum Romam uenero, nec uultu nec oratione reprehendar. hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi; constantia et firmitas nec animi nec orationis requiretur.

4 De hortis Scapul⟨an⟩is hoc uidetur effici posse, aliud tua gratia, aliud nostra, [a]ut praeconi subiciantur. id nisi fit, excludemur. sin ad tabulam uenimus, uincemus facultates Othonis nostra cupiditate. nam quod ad me de Lentulo scribis, non est in eo. Faberiana modo res certa sit tuque enitare, quod facis: quod uolumus, consequemur.

5 Quod quaeris, quam diu hic: paucos dies. sed certum non habeo. simul ac constituero, ad te scribam, et tu ad me, quam diu in suburbano sis futurus. quo die ego ad

1 horto **CZ**^{b} (h)ortis **ΔEOPRIA**^{2}**c***Rom.*, *uulg.*, *sed* in horto *est* in praedio rustico *scil.* Ficulensi (*i. e.* Nomentano), *u.* XII 34, 1; *cfr Paul. ex Fest. p.* 102 *M.*, *Nep. Att.* 14, 3* 2 ipsum] ubi sum **A**^{2}**c***Rom.* 3 hij **MR** hi **dPI** ii *rell.* 4 requirit a te cur **PRIA**^{2}**c** 5 sum **M**^{1} sim in iis **EO***Rom.* sim in his **M**^{2}**bdmsIA**^{2}**c** sumus in eis **M**^{1} si minus sim in his **PR** (iis **R**) meis *om.* **M**^{1} 6 non bene ferrem facile *Rom.* 8 quotannis **bEA**^{2}**c** quot annis *rell.* (*sed* quod **M**^{1}**O**) 10 condiebamus **M**^{1}**OPRIA**^{2}**c** condiebam **M**^{2}**bdmsE***Rom.* 11 amisi] et amici **M**^{1} 13 De . . . consequemur *u.* 18 *om.* **E** Scapulanis *Rom.* scapulis **ΔOPR** Scapulae **IA**^{2}**c** (-li **I**) 14 ut *uulg.*: aut **ΔOPRA**^{2}**c***Rom.* nisi aut **I** pretoni **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 15 tebulam **MdO** te bullam **R** ueniemus **O**^{2} 15 facultatis **MmR***Rom.* 17 non extimesco *Madu. Adu.* III *p.* 189 faberia nam odores **Mdm** 19 Quod . . . habeo **E**, simul . . . magis *p.* 195, 5 *om.* **E** quam] nam **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 21 ego haec ad te **b** ego ad te **O** ad te ego haec **c**

te haec misi, de Pilia et Attica mihi quoque eadem, quae scribis, et scribuntur et nuntiantur.

XLI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Nihil erat, quod scriberem. scire tamen uolebam, ubi 1
esses; si abes aut ⟨a⟩futurus es, quando rediturus esses.
facies igitur certiorem. et, quod tu scire uolebas, [l]ego
quando ex hoc loco, postridie Idus Lanuui constitui manere, inde postridie in Tusculano aut Romae. utrum sim factūrus, eo ipso die scies.

Scis, quam sit φιλαίτιον συμφορά, minime in te quidem, 2
sed tamen auide sum adfectus de fano, quod nisi non dico effectum erit sed fieri uidero — audebo hoc dicere et tu, ut soles, accipies —, incursabit in te dolor meus, non iure ille quidem, sed tamen feres hoc ipsum, quod scribo, ut omnia mea fers ac tulisti. omnes tuas consolationes unam
hanc in rem uelim conferas. si quaeris, quid optem, primum 3
Scapulae, deinde Clodiae, postea, si Silius nolet, Drusus aget iniuste, Cusini et Treboni. puto tertium esse dominum, Rebilum fuisse certe scio. sin autem tibi Tusculanum

1 et|et **M**

EP. XLI. *Deest* **E**. 6 afuturus *uulg.*: futurus **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* redd̦iturus **M** 7 facies igitur **ΔO** facies me igitur *Rom.* facias igitur me **PR** facias uelim me **I** facias igitur uelim me **A**^{2}**c** facies i. me *alii*; *cfr p.* 194,9 ego *Vict.*: lego **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* 8 postridie . . . inde *om.* **PR** 10 facturum **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} futurus **bm** 11 φιλαίτιος **A**^{2}**c***Rom.*, *corr.* **C** *adscr.* contentiosum infortunium **M***corr.***ds** in te **MO**^{1}**PRC** uitæ **m** uito **bdsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* 12 nisi] ubi **M**^{2}**c**^{s} (*del.*) 15 ut **bsA**^{2}**c** et **MdmOPRI***Rom.* 16 fers ac tulisti *uulg.*: fers. attulisti **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* (*sed* feres *Rom.*) 17 hanc in] in hanc **M**^{1}**O**(?) 18 nolet **M***corr.***OPRc***Rom.* uolet **IA**^{2} nollet **Δ** 19 cusini(i) **bdsO**^{2}**A**^{2}**c***Rom.* cusinit (cusmit) **Mm** in sunt **P** ui sinit **R** ius init **I** tertium **Z**^{1} terentium **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* 20 rebilum **MOR** Rebillum **I** rebilium *rell.* (-illi- **A**^{2}**c**) certo **A**^{2}**c***Rom.*

13 *Sjögren*

placet, ut significasti quibusdam litteris, tibi adsentiar. hoc quidem utique perficies, si me leuari uis, quem iam etiam grauius accusas, quam patitur tua consuetudo, sed facis summo amore et uictus fortasse uitio meo. sed tamen, si me leuari uis, haec est summa leuatio uel, si uerum scire uis, una.

4 Hirti epistulam si legeris, quae mihi quasi πρόπλασμα uidetur eius uituperationis, quam Caesar scripsit de Catone, facies me, quid tibi uisum sit, si tibi erit commodum, certiorem.

Redeo ad fanum. nisi hac aestate absolutum erit, quam uides integram restare, scelere me liberatum non putabo.

XLII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Nullum a te desideraui diem litterarum; uidebam enim, quae scribis, et tamen suspicabar uel potius intellegebam nihil fuisse, quod scriberes; a. d. VI Id. uero et abesse te putabam et plane uidebam nihil te habere. ego tamen ad te fere quotidie mittam; malo enim frustra quam te non habere, cui des, si quid forte sit, quod putes me scire oportere. itaque accepi VI Id. litteras tuas inanes; quid enim habebas, quod scriberes? mihi tamen illud, quicquid

1 assentior **s**, *Wesenb. Em. alt. p.* 129 2 lauari **M**[1], *corr.* **M**[2]c[s] (*item u.* 5) uis quem] uis. hec est summa leuatio. quem *ex u.* 5 **ds** 5 *post* uis *repetit* quem . . . consuetudo *ex u.* 2 *sq.* **P**[1] 6 una **O**[1]**R** unam **O**[2], *rell.* 7 *adscr.* uelata fictio **M***corr.***ds** 9 facies *om.* **I** me **C** *om.* **ΔOPRIA**[2]**c***Rom.* quod **s***Rom.* *post* commodum *add.* me facito **PIA**[2]**c**, me facias **R** 11 redeo **O**[1]**PRIA**[2]**c** reddes (*ad* cert. *relatum*) **M**[2]c[s]**bdms***Rom.* redet **M**[1] redes(?) **O**[2] at **bms** 12 quam rem uides **IA**[2]**c***Rom*

EP. XLII. 16 Nullum . . . magis *p.* 195,5 *om.* **E** Nullam *Rom.* epistolarum **P** 18 quod **bmsIA**[2]**c***Rom.* quid **MdPR** *cfr p.* 158,3 20 cottidie **R** 22 idus *bis* **M**[1] 23 scribes **M**[1] mihi **ds** **OPA**[2]**c** mi **MbmRI***Rom.*

erat, non molestum fuit, ⟨ut⟩ nihil aliud, scire me noui te nihil habere.

Scripsi⟨sti⟩ tamen nescio quid de Clodia. ubi ergo ea est aut quando uentura? placet mihi res sic, ut secundum
Othonem nihil magis. sed neque hanc uendituram puto — 2
delectatur enim et copiosa est —, et illud alterum quam sit difficile te non fugit. sed, obsecro, enitamur, ut aliquid ad id, quod cupio, excogitemus.

Ego me hinc postridie ⟨Id.⟩ exiturum puto, sed aut 3
in Tusculanum aut domum, inde fortasse Arpinum. cum certum sciero, scribam ad te.

XLIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Venerat mihi in mentem monere te, ut id ipsum, quod 1 (XLII 3)
facis, faceres. putabam enim commodius te idem istuc domi agere posse interpellatione sublata.

Ego postridie Idus, ut scripsi ad te ante, Lanuui 2 (1)
manere constitui, inde aut Romae aut in Tusculano; scies ante utrum[que]. † quod scies recte mi illam rem fore leuamento bene facis cum id esse, mihi crede, perinde, ut

1 *post* fuit *add.* ut *Muell.* (*coll.* XI 14, 1; XV 12, 2), si *Madu. Adu. crit.* II *p.* 239 *om.* **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* noui nisi te **IA^{2}c** 3 scripsisti *Manutius*: scripsi **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* scripsti *alii cfr Muell. ad l.* de] e **Md** 4 est aut **O^{1}PRIA^{2}c** estant **Mbd** ex(s)tant **msO^2***Rom.* futura **PR** sic ut **M***corr.***bm^{2}sIA^{2}c***Rom.* sicut **M^1**, *rell.* 5 sed . . . est *u.* 6 **E**, et illud . . . potes *p.* 196, 1 *om.* **E** 9 Id. *margo ed. Lamb.*: *om. codd. et uett. edd.*

EP. XLIII. 14 Venerat . . . sublata *huic ep. adiunxit Schicheus Herm.* XVIII (*a.* 1883) *p.* 589 *sq.* Venerat . . . potes *p.* 196, 1 *om.* **E** 15 istuc **OPR** istud **ΔIA^{2}c***Rom.*, *uulg. cfr* X 8, 2 17 lanuti **M^{1}d** lauinii & **P** 19 ante] autem **IA^{2}c** utrum *Schicheus l. l.*: utrumque **ΔOPRIA^{2}c***Rom.* sues **Z$^\beta$** scribis **Z^1** (?) scies *rell.* (*sed* scies recte *om. Rom.*) quod scribis certe *Lambinus* (*cfr p.* 27, 12; 37, 6) *alii aliter*, *cfr Muell. ad l.* mi **Z$^\beta$** mihi **OPRZ^{1}c** in **IA^2** *om.* **Δ***Rom.* 20 cum id esse **FO^{1}PRI** (tum **F**, quom **O**) cumidesse **Md** cum id esset **b**(?)**msO^{2}A^{2}c***Rom.* mihi scribis reri te crede . . . estimare *Rom.*

existimare tu non potes. res indicat, quanto opere id cupiam, cum tibi audeam confiteri, quem id non ita ualde probare arbitr[ar]er. sed ferendus tibi in hoc meus error.
(2) 3 ferendus? immo uero etiam adiuuandus. de Othone diffido, fortasse quia cupio. sed tamen maior etiam res est quam facultates nostrae, praesertim aduersario et cupido et locuplete et herede. proximum est, ut uelim Clodiae. sed si ista minus confici possunt, effice quiduis. ego me maiore religione, quam quisquam fuit ullius uoti, obstrictum puto. uidebis etiam Trebonianos, etsi absunt domini. sed ut ad te heri scripsi, considerabis etiam de Tusculano, ne aestas effluat; quod certe non est committendum.

XLIV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Et Hirtium aliquid ad te συμπαθῶς de me scripsisse facile patior — fecit enim humane — et te eius epistulam ad me non misisse multo facilius; tu enim etiam humanius. illius librum, quem ad me misit de Catone, propterea uolo diuulgari a tuis, ut ex istorum uituperatione sit illius maior laudatio.

2 Quod per Mustelam agis, habes hominem ualde idoneum meique sane studiosum iam inde a Pontiano. perfice igitur aliquid. quid autem aliud, nisi ut aditus sit emptori?

1 posses **IA^{2}c** res] *accedit* **E** quanto opere **M^{1}R** quantopere *rell.* 2 cum] quam **M^{1}O^{1}PR** quem **M^{1}O^1**(?)*Rom.* qui **bd** quam **M^2**, *rell.* 3 arbitrer **A^{2}c***Rom.* arbitrarer **ΔEOPRI** 4 de . . . quiduis *u.* 8 *om.* **E** otonem **M^1** 6 cupio **M^{1}dO^{1}R**, *corr.* **M^2** copioso **M***corr.*(*del.*) 8 sed **OPRc** *om.* **ΔIA^2***Rom.* possint **bms***Rom.* mea **M^{1}OR** 9 regione **M^{1}OR** 10 putabo **bm***Rom.* uidebis . . . committendum *u.* 12 *om.* **E**

EP. XLIV. *Accedit* **E** 15 *adscr.* miserabiliter **M***corr.***ds** 16 et te eius] ecce eius **M^{1}PR**, *corr.* **M^2** et eius te **E** et eius **A^{2}c** 19 ab **IA^{2}c** ut] tu **M^{1}O**, *corr.* **M^{2}c^s** 20 diuulgatio **ds** 21 Quod . . . deinde *p.* 197,10 *om.* **E** mustela magis **M^{1}O**, *corr.* **M^{2}c^s** mustelam magis **PR** (-ella- **dRI**) 23 aliud nisi] nisi aliud nisi **M^1** aliud **P** illud? nisi **I** sit emptori **IA^{2}c***Rom.* si tempori **MbdmPR** (sit **b**) sit empori **s**

quod per quemuis heredem potest effici. sed Mustelam id perfecturum, si rogaris, puto. mihi uero et locum, quem opto, ad id, quod uolumus, dederis et praeterea ἐγγήραμα. nam illa Sili et Drusi non satis οἰκοδεσποτικὰ mihi uidentur. quid enim? sedere totos dies in uilla? ista igitur malim, primum Othonis, deinde Clodiae. si nihil fiet, aut Druso ludus est suggerendus aut utendum Tusculano.

Quod domi te inclusisti, ratione fecisti; sed, quaeso, 3
confice et te uacuum redde nobis. ego hinc, ut scripsi antea, postridie Idus Lanuui, deinde postridie in Tusculano. contudi enim animum et fortasse uici, si modo permansero. scies igitur fortasse cras, summum perendie.

Sed quid est, quaeso? Philotimus nec Carteiae Pompeium teneri — qua de re litterarum ad Clodium Patauinum [in] missarum exemplum mihi Oppius et Balbus miserant, se id factum arbitrari — bellumque narrat reliquum satis magnum. solet omnino esse Fuluiniaster. sed tamen, si quid habes. uolo etiam de naufragio Cani⟨ni⟩ano scire quid sit.

2 et *om.* **PIA²** 3–4 ἐγγήραμα. Nam **c** ЄNTHPAMANAM **MmPR** *om.* (*spat.*) **bdsIA²***Rom.*, *index Graec.* 4 Silii **IA²c***Rom.* si illi **ΔOPR** *adscr.* paterfamiliaria **M***corr.***ds** 5 uilla? ista *Bosius*: uilla ista **OPR** uilla ista? **ΔIA²c***Rom.* 7 Tusculano **IA²c** tusculanum **ΔOPR***Rom.* 10 idus . . . postridie *om.* **bO** Lanuuii *Corradus*: Jami (*i. e.* Lanui) **M** ian. (iañ.) **dms***Rom.* Ianu(a). **A²c** Ianuarii **PRI** postridie] *accedit* **E** 11 uici si **M***corr.***bmA²c***Rom.* uicissi **M¹** uicissim **EOPRI** uicissim si **ds** uicissim etc. bellum *u.* 16 *mediis omissis* **E** 12 cras summum **dsIA²c***Rom.* cras sumnum **Mm** crassum nū (uñ) **PR** cras ad summum **b** 13 filotimus **M** Carteiae *Manutius*: cartini (-iui) **ΔOPRZ¹IA²c***Rom.* (ut uulgati nec Cartani **Z** *Lamb. errore typ.*) *cfr* XV 20, 3; *bell. Hisp.* 36, 1 14 Patauinum **A²c***Rom.* putaui num in **Mm OPR** putauinum **b²** numin **s** nunni **d** numi **I** 16 se] sed **bsA²c** bellum (*sic*) . . . magnum **E**, solet . . . possum *p.* 198, 2 *om.* **E** 17 fuluiniaster (*uel sim.*) **ΔOR** *codd. Mal.* **I** fl. (*spat.*) **P** Fuluiaster **A²c** *Rom.*, *alii* 18 habes mitte. Volo **IA²c** Caniniano *uulg.*: ganiano **MdOPRIC** (gen- **dI**) gabiano **m** gabiniano **bsA²c***Rom.* (*sed* scire de Gab. naufr. **A²c**, de gen. scire naufr. **I**) *epistulam continuant*, *nouam incipiunt* De Attica *p.* 198, 8 *Schicheus l. l. p.* 594, *Schmidtius l. l. p.* 282

(XLV 1) 4 Ego hic duo magna συντάγματα absolui; nullo enim alio modo a miseria quasi aberrare possum. tu mihi, etiam si nihil erit, quod scribas, quod fore ita uideo, tamen id ipsum scribas uelim, te nihil habuisse, quod scriberes, dum modo ne his uerbis.

XLV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

(2) 1 De Attica optime. ἀκηδία tua me mouet, etsi scribis nihil esse. in Tusculano eo commodius ero, quod et crebrius tuas litteras accipiam et te ipsum non numquam uidebo; nam ceteroqui ἀνεκτότερα erant Asturae. nec haec, quae me refricant, hic me magis angunt; etsi tamen, ubicumque sum, illa sunt mecum.

(3) 2 De Caesare uicino scripseram ad te, quia cognoram ex tuis litteris. eum σύνναον Quirini malo quam Salutis. tu uero peruulga Hirtium. id enim ipsum putaram, quod scribis, ut, cum ingenium amici nostri probaretur, ὑπόθεσις uituperandi Catonis irrideretur.

1 hinc **M^{2}bmO^{2}***Rom.* CYNTATMAIA **M^{1}PR** *adscr.* compositiones **M***corr.***ds** 2 tu] *accedit* **E** 3 forte **ER**

EP. XLV. 8 De ... esse *u.* 9 *om.* **E** ΑΚΗΛΙΑΜΟΠΡΟ tua **PR** *adscr.* incuria **M***corr.***ds** 11 nam ... Asturae *om.* **E** cetero qui **ΔOR** cetera quidem **IA^{2}c***Rom.* (*spat.*) qui **P** *adscr.* tolerabiliora **M***corr.***ds** adsture **Mdm** (-sc- **d**) ad sturae **O** nec] nunc *Corradus, Schicheus 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XXXVI (*a.* 1908) *p.* 8 *cfr* neque *eqs. p.* 199, 7 *paulo ante scripta* 12 me *om.* **M^{1}**, *alii cfr* X 17, 2 hic **M^{1}b(?)EOPRIA^{2}c** hi **M***corr.***dms***Rom.* etsi] et *Rom.* 14 cognoueram **E** 15 σύνναον] εὔνουν. ναὸν **c** Gr. **E** *om.* (*spat.*) **bdsA^{2}***Rom., Crat. ind. Gr.* Quirino ... Saluti **Z^{b}**, *alii* 16 peruolga **Mbm** *Rom.* id enim] idem in **M^{1}** 17 ΥΠΟΘЄΠCΜΑΖΟΝ **PR** *adscr.* suppositio **M***corr.***ds**

XLVI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Vincam, opinor, animum et Lanuuio pergam in Tu- 1
sculanum. aut enim mihi in perpetuum fundo illo carendum est — nam dolor idem manebit, tantum modo oc⟨cul⟩tius — aut nescio, quid intersit, utrum illuc nunc ueniam an ad decem annos. neque enim ista maior admonitio, quam quibus adsidue conficior et dies et noctes. quid ergo? inquies, nihil litterae? in hac quidem re uereor ne etiam contra; nam essem fortasse durior. ex⟨cul⟩to enim animo nihil agreste, nihil inhumanum est.

Tu igitur, ut scripsisti, nec id incommodo tuo. uel 2 (XLVII 1)
binae enim pot[u]erunt litterae. occurram etiam, si necesse erit. ergo id quidem, ut poteris.

XLVII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

De Mustela, ut scribis, etsi magnum opus est. eo 1
magis delabor ad Clodiam. quamquam in utroque Faberianum nomen explorandum est. de quo nihil nocuerit, si

EP. XLVI. 3 uincam **M***corr.***bdmsIA**^{2}**c***Rom.* uincar **M**^{1}**EO**(?)**PR** et ex *Rom.* lanuino **m***Rom.* lauinio **P** Laminio **I** 5 dolore **M**^{1}**O** tantum . . . aut *om.* **E** occultius *F. W. Schmidtius Ann. Phil.* CIX (*a.* 1874) *p.* 742: octius **MOZ**^{1} ottius **m** ocius (ot-) **bds PRI***Rom.* ocyus **A**^{2}**c** *cfr u.* 10 7 X **E** 9 *ante* in *dist.* **EP**, *post* re **M***corr.***bmsRIA**^{2}**c***Rom.*, *non dist.* **M**^{1}**dO** 10 exculto *Victorius*: exto **M**^{1}**O**^{1}(?) exsto **Z**$^\beta$ esto **PR** isto **M**^{2}, *rell.* animo] animo ne **M**^{1}**O**^{1} in animo *Wesenb. Em. p.* 46 11 est . . . et *p.* 200, 4 *om.* **E** 12 Tu . . . poteris *huic ep. adiungit, a* De Mustela *u.* 17 *nouam incipit Schicheus Herm.* XVIII (*a.* 1883) *p.* 591 13 enim] enim tantum **A**^{2}**c***Rom.* poterunt **mO***Rom.* potuerunt *rell.*

EP. XLVII. 17 De . . . sed et *p.* 200, 4 *om.* **E** 18 falerianum **Md** 19 notuerit **Mdm**

aliquid cum Balbo eris locutus, et quidem, ut res est, emere nos uelle nec posse sine isto nomine nec audere r⟨e⟩ incerta.
2 sed quando Clodia Romae futura est, et quanti rem aestimas? eo prorsus specto, non quin illud malim, sed et magna res est et difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum herede. etsi de cupiditate nemini concedam; ceteris rebus inferiores sumus. sed haec coram.

XLVIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

(XLVII 3) Hirti librum, ut facis, diuulga. de Philotimo idem et ego arbitrabar. domum tuam pluris uideo futuram uicino Caesare. tabellarium meum hodie exspectamus. nos de Pilia et Attica certiores faciet.

(XLVIII) Domi te libenter esse facile credo. sed uelim scire, quid tibi restet, aut iamne confeceris. ego te in Tusculano exspecto, eoque magis, quod Tironi statim te uenturum scripsisti et addidisti te putare opus esse.

2 audere re **c** audere **A**^{2}*Rom.* audirer **MbdmOPRI** audires **s** (*et fort.* **M***corr.*) 3 extimas **Mdms** existimas **P** 4 expecto **PRIA**^{2}**c** malum **dsPR** magna . . . herede **E**, etsi . . . arbitrabar *u.* 11 *om.* **E** 7 inferiores **MdsOPR***codd. Mal.***IC** infirmiores **bmA**^{2}**c***Rom.* haec *om.* **dsO**^{2}

EP. XLVIII. 10 *Hinc epistulam incipit Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 283, *a* Domi *u.* 14 *priores* Igitur Hirtii *Rom.* diuolga (*ex* de-) **M** et *om.* **s** 11 arbitrabar **bmA**^{2}**c***Rom.* arbitrabor **MdOPRI** arbitror **s** domum . . . cessare etc. *et* 15 Ego . . . expecto etc. **E**, *cetera om.* 12 meum ex hodie **M**^{1} expectamus **M**^{2}**O**^{1}**PRIA**^{2}**c** expectaui is **Δ***Rom.* (-a mis **M**^{1}**d**) expectamus is **O**^{2}. nos] mox **O**^{2} 13 certioris **M** 15 iamne] iam ire *Rom.* iam ne *rell.*

XLIX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Sentiebam omnino, quantum mihi praesens prodesse⟨s⟩, 1 (XLVIII)
sed multo magis post discessum tuum sentio. quam ob rem, ut ante ad te scripsi, ⟨a⟩ut ego ad te totus aut tu ad me, quod licebit.

Heri non multo post, quam tu a me discessisti, puto, 2 (1)
quidam urbani, ut uidebantur, ad me mandata et litteras attulerunt a C. Mario C. f. C. n. multis uerbis agere mecum per cognationem, quae mihi secum esset, per eum Marium, quem scripsissem, per eloquentiam L. Crassi, aui sui, ut se defenderem, causamque suam mihi perscripsit. rescripsi patrono illi nihil opus esse, quoniam Caesaris, propinqui eius, omnis potestas esset, uiri optimi et hominis liberalissimi; me tamen ei fauturum. o tempora! fore, cum dubitet Curtius consulatum petere! sed haec hactenus.

De Tirone mihi curae est. sed iam sciam, quid agat. 3 (2)
heri enim misi, qui uideret; cui etiam ad te litteras dedi. epistulam ad Ciceronem tibi misi. horti quam in diem proscripti sint, uelim ad me scribas.

EP. XLIX. 3 *Verba* Sentiebam . . . licebit *huic ep. addidit Schicheus l. l. p.* 592, *superiori priores om.* **E** prodesses **M***corr.***bmsIA**^{2}**c***Rom.* prodesse **M**^{1}**dOPR** 4 tuum. ego enim id bene sentio **PR** 5 aut ego **bmsIA**^{2}**c***Rom.* ut ego **MdOPR** 6 quot **Z**$^\beta$ 7 Heri] *accedit* **E** dicessisti **M**^{1} puto] *cfr Muell. ad l.* 8 quidem **bc** urbani **M**^{2}**dmsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* urbane **M**^{1}**EO**^{1}**PR** atedani **b** 9 C. n.] C. N. **M**^{1}**O**^{1}**PR***Rom.* CN. (Cn.) **M**^{2}**bdmsEO**^{2} *pro* C. f. C. n. *est* Cn. Corfinio *in* **IA**^{2}**c** 10 mihi] mira *Rom.* esse **M**^{1} 11 erassi **M**^{1} aui] aut **M**^{1}**R** 12 perscripsit. rescripsi **M**^{2}**bmsEIA**^{2}**c***Rom.* perscripsi **M**^{1} perscripsi. t. **d** perscripsit **OPR** 15 fautorum **M**^{1} o tempora **bmOPRIA**^{2}**c***Rom.* (-re **P**) obtempora **M** obtempera **d** ob tempora **s** tempora **E** 17 De . . . scribas *u.* 20 *om.* **E** 19 ad Caesarem **IA**^{2}**c**, *corr.* **C**

L

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Ut me leuarat tuus aduentus, sic discessus adflixit. qua re cum poteris, id est cum Sexti auctioni operam dederis, reuises nos. uel unus dies mihi erit utilis, quid dicam grat[i]us? ipse Romam uenirem, ut una essemus, si satis consilium quadam de re haberem.

LI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Tironem habeo citius, quam uerebar. uenit etiam Nicias, et Valerium hodie audiebam esse uenturum. quamuis multi sint, magis tamen ero solus, quam si unus esses. sed exspecto te, a Peducaeo utique; tu autem significas aliquid etiam ante. uerum id quidem, ut poteris.

2 De Vergilio, ut scribis. hoc tamen uelim scire, quando auctio. epistulam ad Caesarem mitti uideo tibi placere. quid quaeris? mihi quoque hoc idem maxime placuit, et eo magis, quod nihil est in ea, nisi optimi ciuis, sed ita optimi, ut tempora; quibus parere omnes πολιτικοὶ praecipiunt. sed scito ita nobis esse uisum, ut isti ante lege-

EP. L. 3 Ut . . . afflixit **E**, *cetera om.* 4 *prius* cum **sIA**^{2}**c** dum **MbdmOPR***Rom.* Sestii **A**^{2}**c***Rom.* 5 reuisses **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} una **IA**^{2}**c** 6 gratus **bs***Rom.* gratius **M**^{1}**mOPRIA**^{2}**c** grauius **M**^{2}**c**^{s}**d** *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 7 satis consilium] *cfr Madu. de fin.* II 26,84; *Schmalz-Hofm. Synt. p.* 392

EP. LI. *Accedit* **E** 10 habeo *ex* ab eo **M** 12 si tu unus *Ernestius, alii* 13 a . . . te XIII 9,2 *om.* **E** 14 uerum **bsA**^{2}**c** *Rom.* utrum *rell.* 15 uirgilio **ΔO**(?)**PRIA**^{2}**c***Rom.* 16 placeri **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 17 hoc idem *Bosius*: hodie **ΔOPRIC***Rom.* (*ante* quoque **bm** *Rom.*) idem **A**^{2}**c** et] ut **M**^{1}**O**, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 18 nisi optimum et optimi **PRIA**^{2}**c** cius **M**^{1} 19 *adscr.* politici **M***corr.***ds** 20 scito ita **M**^{2}**bdmsOPIA**^{2}**c***Rom.* (ita *etiam* **Z**^{b}) si **M**^{1} scito **R**

rent. tu igitur id curabis. sed nisi plane iis intelleges placere, mittenda non est. id autem utrum illi sentiant anne simulent, tu intelleges. sed mihi simulatio pro repudiatione fuerit. τοῦτο δὲ μηλώσῃ.

De Caerellia quid tibi placeret, Tiro mihi narrauit: 3
debere non esse dignitatis meae, perscriptionem tibi placere:

hoc metuere, alterum in metu non ponere.

sed et haec et multa alia coram. sustinenda tamen, si tibi uidebitur, solutio est nominis Caerelliani, dum et de Met[i]one [et de faberi] et de Faberio sciamus.

LII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

L. Tullium Montanum nosti; qui cum Cicerone pro- 1
fectus est. ab eius sororis uiro litteras accepi Montanum Planco debere, quod praes pro Flaminio sit, HS $\overline{XX}$; de ea re nescio quid te a Montano rogatum. sane uelim, siue Plancus est rogandus siue qua re potes illum iuuare, iuues. pertinet ad nostrum officium. si res tibi forte notior est quam mihi aut si Plancum rogandum putas, scribas ad me uelim, ut quid rei sit et quid rogandum sciam.

1 his **dsP** 2 placere . . . intelleges *om.* **R** 3 anne *Victorius*: ante **M**^{1}**O** an re **b** an uero **A**^{2}**c***Rom.* an te *rell.* sed **M**^{2}**bdmsO**^{2} **PRIA**^{2}**c***Rom.* si **M**^{1}**O**^{1} 4 μηλώσῃ **C** ΜΗΛΟCΗ (-ΑΟ-) **PR** ΜΗΟCΗ **Mm** *Graeca om.* (*spat.*) **bds***Rom.* γνώσῃ **A**^{2}**c**, *Crat. ind. Gr.*; *addit*: legas tu autem μηλώσῃ 5 cærellia **O** cerilia **R** carelia **b** c(a)erelia *rell.* (*similiter u.* 10, *sed* cerelliani **R**) 7 *cfr* XIV 21, 3; *Trag. Rom. fragm. p.* 307 *Ribb.*^{3} 10 uidebitur **ΔO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* uidetur **O**^{1}**PR** est . . . dedisti *p.* 204, 17 *om.* **P** 11 Metone *Manutius*: metione **ΔOR IA**^{2}**c***Rom.* (mit- **ds**) et de faberio **bmsO**^{2}**A**^{2}**c***Rom.* et de faberi et de faberio **MdO**^{1}**RI**

EP. LII. *Desunt* **EP** 14 cum] tum **M** 16 sestertia **I** $\overline{XX}$ **bm** XX **MdsRIA**^{2}**c***Rom.* XXV *Bosius, alii, coll.* XVI 15, 5 *inter* sit *et* H. S. *inseruit* heredes . . . cetera *ex* XII 38 a, 2 **R** 17 te *om.* **A**^{2}**c** 19 forte res tibi **IA**^{2}**c** nostior **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s}

2 De epistula ad Caesarem quid egeris, expecto. de Silio non ita sane laboro. tu mi aut Scapulanos aut Clodianos efficias necesse est. sed nescio quid uideris dubitare de Clodia; utrum quando ueniat, an sintne uenales? sed quid est, quod audio Spi⟨n⟩therem fecisse diuortium?

3 De lingua Latina securi es animi. dices: qui talia conscribis? ἀπόγραφα sunt, minore labore fiunt; uerba tantum adfero, quibus abundo.

LIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Ego, etsi nihil habeo, quod ad te scribam, scribo tamen, quia tecum loqui uideor. hic nobiscum sunt Nicias et Valerius. hodie tuas litteras exspectabamus matutinas. erunt fortasse [alteras notasse] alterae postmeridianae, nisi te Epiroticae litterae impedient; quas ego non interpello. misi ad te epistulas ad Marcianum et ad Montanum. eas in eundem fasciculum uelim addas, nisi forte iam dedisti.

1 quid] missa quid **O** 2 tu mi **M***corr.* tumi **M**^{1}**mR** tu mihi **O** tum **bdsI** tu **A**^{2}**c***Rom.* 4 ueniat **MmsORI***Rom.* ueniant **b** ueneant **A**^{2}**c** *om.* **d** an] am **MR** aui **dm** sint ne **MdmIA**^{2}**c** sint **bsR** ii sint *Rom.* 5 spintherem **bsIA**^{2}**c***Rom.* spitherem *rell.* fecis sed **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 6 es **M**^{2}**l'bdmsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* est **M**^{1}**O**^{1}**R** esto *coni. Bootius interpunxit Madu. de fin. praef. p.* LXIII talia conscribis **M***corr.***bdmsIA**^{2}**c***Rom.* alia que scribis **M**^{1} talia que scribis **R** 7 ΑΠΟΓΡΑΦΑ (ἀπόγραφα) **MmRA**^{2}**c***Rom.* αΓΙΟΓΡαΦα **m** *in marg.* ἀπόγραφα uel ἁγιόγραφα **M***corr.***bds** *adscr.* scripta sancte scripta **M***corr.***ds** 8 tantum **RC** tamen *rell.*

EP. LIII. *Desunt* **EP** 13 matutinas *ex* -tot- **M** 14 alter(a)e **bsIA**^{2}**c** alteras notasse alter(a)e **MdmOR***Rom.* postmeridian(a)e **bds IA**^{2}**c** post meridian(a)e **mOR***Rom.* p9 meridiane **M** (*cfr p.* 193, 18 p9 ea **M**) posmeridianae *plerique edd. coll. Or.* 47, 157 16 nisi **Md** 17 fasciculum *ex* faci- **M** Vale *add.* **IA**^{2}**c***Rom.*

Marcij tullij ciceronis epistolarum ad atticum liber .XII^9. explicit. incipit liber .XIII^9. **M** M · TVLL · CICERONIS · EPISTOLARVM · AD

ATTICVM · LIBER · XIII · INCIPIT · **b** M · T · C · EPISTOLARVM AD ATHICVM LIBER XIII · INCIPIT LEGE FELICITER · **d** M. TVLLII. CICERONIS . EPISTOLARVM . AD . ATTICVM . LIBER .XII. EXPLICIT. INCIPIT . LIBER .XIII. **mO** (*sed* $\overline{\text{XII}}$ et $\overline{\text{XIII}}$ **m**) M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER .XIII. INCIPIT FELICITER **s** M T. CI. AD AT. EPISTOLARVM LIBER XII. EXPLICIT. INCIPIT TERTIVS DEC⁹ **P** Marci Tulij Ciceronis epl'arum liber ad acticum duodecimus Explicit. Incipit tercius (*sic*) liber epl'arum ad acticum epistola prima **R** M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD .T. POMPONIVM ATTICVM LIBER .XIII. **A²c** (*sed* MARCI TVLLII **c**) M. Tul. Ci. Epistolarum ad .T. Pomponium Atticum Liber .XIII. *Rom.* *om.* **EI**.

TABULA CHRONOLOGICA

EP. IX:	1	ex Formiano	prid. Non. Mart.	a. 705/49[1]
	2	»	Non. Mart.	»
	2 a	»	VIII Id. Mart.	»
	3	»	VII »	»
	4	»	IIII »	»[2]
	5	»	VI »	»
	6	»	V »	»
	6 A	ex itinere Arpis Brundisium	paulo post Kal. Mart.	»
	7	ex Formiano	III Id. Mart.	»
	7 A	Roma	VI aut V Id. Mart.	»
	7 B	»	V aut IIII »	»
	7 C	ex itinere Arpis Brundisium	c. III Non. Mart.	»
	8	ex Formiano	prid. Id. Mart.	»
	9	»	XVI Kal. Apr.	»
	10	»	XV »	»
	11	»	XIII »	»
	11 A	»	XIV aut XIII Kal. Apr.	»
	12	»	XIII »	»
	13	»	IX »	»
	13 A	Roma	c. X »	»
	14	ex Formiano	VIII »	»
	15	»	VIII »	»
	16	»	VII »	»
	17	»	VI »	»
	18	»	V »	»[3]
	19	Arpino	c. Kal. Apr.	»
X:	1	ex Laterio Q. Cic:is	III Non. Apr.	»
	2	ex Arcano »	postr. Non. Apr.	»
	3	» »	VII Id. Apr.	»
	3 a	» »	» »	»
	4	ex Cumano	XVII Kal. Mai.	»
	5	»	XV »	»
	6	»	c. XI »	»
	7	»	c. IX Kal. Mai.	»

[1] *Cfr Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 147 *sqq.*, 409 *sqq.*

[2] *Scripta est* IIII *Id. Mart., data una cum ep.* 7.

[3] *Sunt, qui hanc ep. Arpino datam esse censeant; cfr tamen Schicheus 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XXXV (*a.* 1908) *p.* 6.

EP.	X:	8	ex Cumano	VI Non. Mai.	a. 705/49
		8 A	fort. ex itinere Roma Misenum	c. Kal. Mai.	»
		8 B	ex itinere Massiliam	XV Kal. Mai.	»
		9	ex Cumano	V Non. Mai.	»
		9 A	Intimilio	XV Kal. Mai.	»
		10	ex Cumano	V Non. Mai.	» [1]
		11	»	IIII »	»
		12	»	III »	»
		12a	»	prid. »	»
		13	»	Non. Mai.	»
		14	»	VIII Id. Mai.	»
		15	»	IIII »	»
		16	»	prid. »	»
		17	»	XVII Kal. Iun.	»
		18	»	XIV »	»
	XI:	1	ex castris Pompei	c. VII Id. Ian.	706/48
		2	»	med. m. Mart.	»
		3	»	Id. Iun.	»
		4	»	Id. Quint.	»
		4a	Dyrrhachio	c. XV Kal. Quint.	»
		5	Brundisio	prid. Non. Nou.	»
		6	»	IIII Kal. Dec.	»
		7	»	XIV Kal. Ian.	»
		8	»	XIII »	»
		9	»	III Non. Ian.	707/47
		10	»	XII Kal. Febr.	»
		11	»	VIII Id. Mart.	»
		12	»	»	»
		13	»	VII Id. Mart. uel paulo post	»
		14	»	c. VI Kal. Mai.	»
		15	»	prid. Id. Mai.	»
		16	»	III Non. Iun.	»
		17	»	prid. Id. Iun. uel Id. Iun.	»
		17a	»	XVII Kal. Quint.	»
		18	»	XII »	»
		19	»	XI Kal. Sext.	»
		20	»	XVI Kal. Sept.	»
		21	»	VI »	»
		22	»	paulo post ep. 21	»
		23	»	VII Id. Quint.	»
		24	»	VIII Id. Sext.	»
		25	»	III Non. Quint.	»

[1] *Scripta est* V *Non., data una cum ep.* 11.

EP. XII:	1	ex Arpinati	VIII Kal. Dec.	708/46[1]
	2	Roma	IV uel III Non. Mai.	» [2]
	3	ex Tusculano	exeunte m. Apr.	» [3]
	4	»	paulo post ep. 3	» [3]
	5	»	paulo post Kal. Quint.	»
	5 a	»	prid. Kal. Iun.	709/45
	5 b	»	III uel II Id. Iun.	»
	5 c	»	prid. Id. Iun.	708/46
	6	»	m. intercal. post.	»
	6 a	»	»	» [4]
	7	»	»	»
	8	»	»	»
	9	Astura	VI Kal. Sext.	709/45
	10	»	V »	»
	11	ex Tusculano	m. intercal. post.	708/46
	12	Astura	XVII Kal. Apr.	709/45
	13	»	Non. Mart.	»
	14	»	VIII Id. Mart.	»
	15	»	VII »	»
	16	»	VI »	»
	17	»	IIII Id. Mart.	»
	18	»	V »	»
	18 a	»	III »	»
	19	»	prid. »	»
	20	»	Id. Mart.	»
	21	»	XVI Kal. Apr.	»
	22	»	XV »	»
	23	»	XIV »	»
	24	»	XIII »	»
	25	»	XII »	»
	26	»	XI »	»
	27	»	X »	»

[1] *De libro* XII *cfr Schicheus Progr. Berolin. a.* 1883 *p.* 1 *sqq., Herm.* XVIII (*a.* 1883) *p.* 588 *sqq.; Schmidtius l. l. p.* 239 *sqq.* — *De ep.* 1 *cfr Sternkopfius 'Wochenschr. f. klass. Phil.'* XVII (*a.* 1900) *p.* 1177.

[2] *Sic Schicheus Progr. Berolin. a.* 1905 *p.* 11, *'Jahresber. d. phil. Ver.'* XXXVI (*a.* 1908) *p.* 43 *sqq.* — *Sternkopfius 'Woch. f. kl. Phil.'* XXIII (*a.* 1906) *p.* 150 *sqq., Ann. Burs. a.* 1908 *p.* 37 *ex m. Ian. uel m. Febr. scriptam censet.*

[3] *Schicheus l. l.* — *Sternkopfius l. l. de tempore epistularum nihil pro certo affirmari posse censet.*

[4] *Cfr tamen Sternkopfius l. l. p.* 38.

EP. XII:	28	Astura	IX Kal. Apr.	a. 709/45
	29	»	VIII »	»
	30	»	VI »	»
	31	»	IIII »	»
	32	»	V »	»
	33	»	VII »	»
	34	»	III »	»
	35	ex itinere Asturam ex praedio Attici	Kal. Mai.	»
	36	Astura	V Non. Mai.	»
	37	»	IIII »	»
	37 a	»	III »	»
	38	»	prid. »	»
	38 a	»	Non. Mai.	»
	39	»	VIII Id. Mai.	»
	40	»	VII »	»
	41	»	V »	»
	42	»	VI »	»
	43	»	IIII »	»
	44	»	III »	»
	45	e Tusculano	XVI Kal. Iun.	»
	46	Astura	Id. Mai.	»
	47	Lanuvio	XVII Kal. Iun.	»
	48	»	XVI »	»
	49	e Tusculano	XIV Kal. Iun.	»
	50	»	XV »	»
	51	»	XIII »	»
	52	»	XII »	»
	53	»	XI »	»

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 99,14, *leg.* Dionysius uenit. cui *eqs.* — *In app. crit. p.* 6,24 Brundusina iam **IA^{2}c**. 14,19 potuisset properantem **IA^{2}c**. 24,1 partim **M^1**, *corr.* **M^{2}c^S**. 27,14 uiderem **A^{2}c***Rom.* 28,2 pr(a)edem **A^{2}c***Rom.* 29,10 itaque **IA^{2}c**. 30,21 deflexa **IA^{2}c**. 32,4 facias *Ant.* 41,9 *cfr* mi (mihi) *pro* me XI 24,2. 43,3 uideo **IA^{2}c**. 47,10—11 ad me ut **M^1**. 47,13 ipse *om.* **IA^{2}c**. 51,12 ad urbem mihi **IA^{2}c**. 77,10 prospicis **IA^{2}c**. 77,13 praeclarissimi **IA^{2}c**. 78,19 ego *om.* **IA^{2}c**. 82,22 cum] quae **IA^{2}c**. 92,15 acerbam quamuis **IA^{2}c**. 94,15 *add.* XII 18,3. 98,16 personae grauioris **IA^{2}c**. 114,4 remanserant **IA^{2}c**. 114,14 mihi tuae **IA^{2}c**. 116,5 iam non *Rom.* 126,1 uenisse et quod **IA^{2}c**. 128,17 et] cum **IA^{2}c**. 138,20 numquam mihi **IA^{2}c**. 142,2 istud **IA^{2}c**. 153,7 14 ***Sjögren***.

et uide] uide **IA²c**. — *De* X 12a, 2 *et* 13, 3 *egit Rothsteinius Herm.* LXVII (*a.* 1932) *p.* 77 *sqq.* — Ad X 13, 3: Illud . . . habes Scytha ὄνον prouerbium est, *Turnebus Adu. p.* 594. — XII 14, 4 (*p.* 162, 5) angi uetabat: is solitus est maerere *ed. Lamb.*; *in marg.*: L. ueta satis est me maerere; *in adn. ad. l.*: Piliam angi ueta. satis est, &c.] sic restitui ex codice Turnes. Atque ita iam olim Corradus. — *Stellula* * *addenda in app. crit. p.* 49, 17; 60, 11; 68, 12; 70, 19; 86, 18; 107, 22.

(2)

COLLECTIO SCRIPTORVM VETERVM VPSALIENSIS

M. TVLLI CICERONIS AD ATTICVM

EPISTVLARVM LIBRI SEDECIM

RECENSVIT

H. SJÖGREN

FASCICVLVS QVARTVS

LIBROS XIII–XVI CONTINENS

RECENSVERVNT

H. SJÖGREN, G. THÖRNELL, A. ÖNNERFORS

VPSALIAE
ERANOS' FÖRLAG
MDCCCCLX

M. TVLLI CICERONIS AD ATTICVM

EPISTVLARVM

LIBRI XIII–XVI

RECENSVERVNT

H. SJÖGREN, G. THÖRNELL, A. ÖNNERFORS

VPSALIAE

TYPIS DESCR. ALMQVIST & WIKSELL SOC.

MDCCCCLX

171

IMPENSAS PRAESTITIT

STATENS HUMANISTISKA FORSKNINGSRÅD

PRAEFATIO

"The Correspondence of Cicero owes more to Mr. SJÖGREN than to any man living" dixit iusto iure quinque abhinc lustra E. J. WOOD (Gnom. uol. II, 1935); dolendum est ea uerba HAQVINO SJÖGRENIO, linguae et litterarum Latinarum apud Vpsalienses professori, uiuo non contigisse. In fine enim anni MCMXXXIV excesserat e uita. Editionis epistularum Tullianarum, quibus exquirendis edendisque totum deuouerat sese, ultimam partem, libros scilicet ad Atticum XIII—XVI continentem, calamo elaboratam reliquit moriens; quin libri XIII schedas typographicas ipse recensuerat.

Paulo post obitum doctissimi uiri humanissimique successor eius, G. THÖRNELL, munus ceteros libros edendi cum suscepisset, schedas eorum imprimendas, magnum laborem eum quidem atque ingratum, curauit; sed publicandi negotium ne conficeret, uariis de causis est impeditus. Decessit autem anno MCMLVIII paene octogenarius.

Insequenti anno delatum mihi est officium, ut operis SJÖGRENII edendam curarem ultimam partem. Quo quidem in mandato exsequendo cum id tenuerim propositum, ne qua parte fasciculus Epistularum ad Atticum ultimus atque postumus cum superioribus discreparet, inutile duxi seu formam libri externam mutare (quod quarundam rerum respectu re uera maluisse me non negarim) seu numerum codicum, quibus usus esset SJÖGREN, excedere uel ipsum apparatum criticum dirumpere talibus inserendis rebus, quas superuacaneas putauerat editor (qui e.g. consulto omiserat **b** codicis interpretationes Graecorum uocabulorum continuo referre). Qua quidem ratione id quoque assequi potuimus, ut magnus numerus paginarum, schedarum formis leuiter correctis, phototypice exprimeretur (usque ad p. 176).

Codicum autem omnium exempla lucis ope redditorum, partem uero librorum manu scriptorum et coram cognoscere cum liceret, ipsis et ueteribus editionibus commentariisque excussis errata, quae in apparatu critico librorum praecipue XIV—XVI haud pauca inueneram, sustuli; epistularum autem uerborum contextum talem, qualem multo ante postremam uitam constituerat editor, praebendum curaui, idque tanto magis, quod his uiginti quinque annis nemo processit, qui se illo peritiorem probaret (cfr W. S. Watt, The Class. Review, uol. LXV, 1951).

Conspectum siglorum, tabulam chronologicam, appendicem denique, in qua et scripturae uarietatum aliquot feci mentionem et coniecturarum et librorum libellorumque, qui memoratu uiderentur digni, ipse conscripsi.

Gustavo VI Adolpho, regi Sueciae, litterarum humaniorum studiorumque antiquitatis fautori, qui e pecunia regia q. u. "Konung Gustav VI Adolfs 70-årsfond för svensk kultur" impensam mihi praestitit itineris, quo codices Italicos coram exquirere possem, gratiam habeo maximam atque reuerentiae plenam.

Scribebam Vpsaliae mense Augusto a. MCMLIX.

Alf Önnerfors

INDEX SIGLORVM

Codices Italici:

E = cod. Ambrosianus E 14 inf.
O = cod. Taurinensis Lat. 495 (olim J. V. 34).
P = cod. Parisinus (in bibl. nat.) 8536.
R = cod. » (» » ») 8538.

(Desunt in his libris **G** = cod. Paris. 16248, **H** = cod. Land. 8 in bibl. Placent., **N** = cod. Laur. [Conu. Suppr.] 49, **V** = cod. Palatinus [in bibl. Vat.] 1510.)

Ant. = cod. Antonianus, **F** = cod. Faërni, quorum utroque Malaspina usus est.[1]

M = cod. Mediceus plut. XLIX:18. — Correctiones uariis manibus (**M**[1], **M**[2], **M**[3], **M**[4]) adscriptae sunt; ubicumque res dubia uidebatur, **M***corr*. (i. e. **M** correctus uel Medicei corrector) scribendum curauit Sjögren. **M**[1] et **M**[2] correctionibus nonnumquam praescripserunt notam *al'*. uel *c*[s] (**M**[1] al'. **M**[2]c[s]).

Obseruandum est consuetudinem Sjögrenii fuisse notis **M** et **M**[1] sic uti, ut hac principalem scripturam manus primae plerumque mendosam — quae postea correcta (e. g. per **M**[2]) cum ea forma congruit fere, quam in uerborum contextu positam reperimus —, illa principalem manus primae scripturam ab nulla posteriore mutatam denotaret. Cfr Sjögren, Comm. Tull., p. 37 sqq.

b = cod. Berolinensis (ex bibl. Hamiltoniana) 168.
d = cod. Laurentianus (ex bibl. aedilium) 217.
m = cod. Berolinensis (ex bibl. Hamiltoniana) 166.
s = cod. Urbinas (in bibl. Vaticana) 322.

Δ = consensus codicum **Mbdms** (post XVI, 16,8 = **bdms**).[2]

---

[1] *Ant.* et ***F*** codd. in numero ***EGHNOPRV*** (quorum consensus Σ littera in fasciculis I–III denotabatur) ponendos censuit Sjögren.

[2] In fasciculis I–III: Ω = consensus codicum Σ et Δ = archetypum codicum Italicorum.

Codices Germanici et Gallici:

C = lectiones in marg. ed:is Cratandrinae (u. infra).
W = fragmenta cod:is Wurceburgensis.
$\mathbf{Z}^b$ = codex Tornesianus teste Bosio.
$\mathbf{Z}^l$ = » » » Lambino
$\mathbf{Z}^\beta$ = » » » Bosio (Philol. uol. 60).
$\mathbf{Z}^\tau$ = » » » Turnebo (» » »).

Υ = archetypum codicum Germanicorum et Gallicorum.

Editiones:

I = ed. Iensoniana princeps. Venetiis 1470.
$\mathbf{A}^2$ = ed. Ascensiana altera. Parisiis 1522.
c = textus ed:is Cratandrinae. Basileae 1528.
Rom. = ed. Romana princeps. Romae 1470.

Cod. **O** incendio uiolatum non licuerat Sjögrenio totum examinare neque omnia, quae attulit, plane certa sunt; Graeca, ex turbido fonte plerumque hausta, consulto omisit.

M. TVLLI CICERONIS

AD ATTICVM

EPISTVLARVM

LIBRI XIII–XVI

LIBER TERTIVS DECIMVS

I

CICERO ATTICO SAL.

Ad Ciceronem ita scripsisti, ut neque seuerius neque I
temperatius scribi potuerit nec magis, [quam] quem ad

Marcij tullij ciceronis epistolarum ad atticum liber .XII^{9}. explicit. incipit liber .XIII^{9}. **M** M · TVLL · CICERONIS · EPISTOLARVM · AD ATTICVM · LIBER · XIII · INCIPIT · **b** M · T · C · EPISTOLARVM AD ATHICVM LIBER XIII · INCIPIT LEGE FELICITER · **d** M. TVLLII. CICERONIS . EPISTOLARVM . AD . ATTICVM . LIBER.XII. EXPLICIT. INCIPIT . LIBER .XIII. **mO** (*sed* $\overline{\text{XII}}$ *et* $\overline{\text{XIII}}$ **m**) M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER .XIII. INCIPIT FELICITER **s** **M** T. CI. ÀD AT. EPISTOLARVM LIBER XII. EXPLICIT. INCIPIT TERTIVS DEC^{o} **P** Marci Tulij Ciceronis epl'arum liber ad acticum duodecimus Explicit. Incipit tercius (*sic*) liber epl'arum ad acticum epistola prima **R** M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD .T. POMPONIVM ATTICVM LIBER .XIII. **A^2c** (*sed* MARCI TVLLII **c**) M. Tul. Ci. Epistolarum ad .T. Pomponium Atticum Liber .XIII. *Rom.* *om.* **EI**

Epistulae libri XIII *uno tenore in* **ΔOPR** *scriptae sunt eodemque modo in* **IA^2***Rom. coniunctae* (*sed post ep.* 37 *add.* Vale **A^2**), *in* **E** *excerpta ex libris* XIII—XVI *una cum nonnullis excerptis ex l.* XII *in unum librum eumque decimum contracta et in aliquot partes distributa. In* **c** *distinctae sunt* 29 *epistulae, in ed. Hervagiana* 39. *Manutius* 50 *epistulas fecit; pauca mutauit Bosius, ut* 52 *epistulae fierent, quem plerique posteriorum secuti sunt. Totam rem denuo examinarunt Th. Schicheus 'Zu Ciceros Briefen an Atticus' Herm.* XVIII (*a.* 1883) *p.* 588 *sqq. et O. E. Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 452 *sqq., qui* 56 *epistulas distinxit. Hunc plerumque secutus sum, sicut antea Muellerus et Purserus, nisi quod* II a *pro* III *sim. scripsimus.*

EP. I *Deest* **E** 3 CICERO ATTICO **M** T. P. ATTICO **A^2** M. T. CICERO T. P. ATTICO **c** M. Tul. Cicero T. Pomponio Attico S. p. d. *Rom.* *om.* **EPRI** *cfr ad* I 1 4 ut] ullius **Z^b** (*sed* u e t e r e s n o s t r i **Z^β**) 5 temperantius **I** quam *del. Manutius coll.* XIII 27,1 *cfr* III 15,5 nec quidquam aliud opus est [quam] abrogari; *Plaut. Rud.* 279; *cfr* quod XIII 31,1; quam *pro* quem XIII 28,3

1 *Sjögren.*

modum ego maxime uellem; prudentissime etiam ad Tul-
2 lios. qua re aut ista proficient aut aliud agamus. de pecunia uero uideo a te omnem diligentiam adhiberi uel potius iam adhibitam esse. quod si efficis, a te hortos habebo. nec uero ullum genus possessionis est, quod malim, maxime scilicet ob eam causam, quae suscepta est; cuius festinatione⟨m⟩ mihi tollis, quoniam de aestate polliceris uel potius recipis. deinde etiam ad καταβίωσιν maestitiamque minuendam nihil mihi reperiri potest aptius; cuius rei cupiditas impellit me interdum, ut te hortari uelim. sed me ipse reuoco; non enim dubito, quin, quod me ualde uelle putes, in eo tu me ipsum cupiditate uincas. itaque istuc iam pro facto habeo.

3 Expecto, quid istis placeat de epistula ad Caesarem. Nicias te, ut debet, amat uehementerque tua sui memoria delectatur. ego uero Peducaeum nostrum uehementer diligo; nam et quanti patrem feci, † totum in hunc ipsum per se aeque amo atque illum amaui[t], te uero plurimum, qui hoc ab utroque nostrum fieri uelis. si hortos inspexeris et si de epistula certiorem me feceris, dederis mihi, quod ad te scribam; si minus, scribam tamen aliquid. numquam enim derit.

4 Quod si efficis, a te **C**, *codd. Bosi* efficis. a te **Δ***Rom.* efficis enim a te **PRIA**^{2}**c** efficis. A te enim **O** ortos **dO** *talia non semper notaui* habeo **dsA**^{2}**c***Rom.*, *corr.* **C** 5 quod **bdsPIA**^{2}**c***Rom.* quo **MmOR** 5–6 malim et maxime **OPR** 7 festinationem **bsIA**^{2}**c***Rom.* festinatione (-io ne) **MdmOPR** 8 ad] · A · D · **M** *om.* **bdsA**^{2}*Rom.* KATBIωCIN **M**^{1}**m** *adscr.* ad uitam **M***corr.***ds** 9 potes **M**^{1} aptius *fort. ex* acrius **M** 12 in eo] meo **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 13 pro facto **IA**^{2}**c** profecto **ΔOPR***Rom.* 14 exspecto **M** *talia non semper notaui* 17 totum in hunc (*sc.* transtuli), et ipsum *Lambinus, alii cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 18 per se (a)eque **M**^{1}**bmO**^{1}**PRI** for. persequor **M**^{2} for. persequar **d** persequar **s** persequor (a)eque **O**^{2}**A**^{2}**c***Rom.* amo atque **bmOPRIA**^{2}**c***Rom.* amat que **Md** amo eque atque **s** amaui. te **IA**^{2}**c** amauit. te **OPR** amaui. tu **bms***Rom.* amauit tu **Md** 22 enim *om.* **IA**^{2} derit **Mm** id erit **O**^{1}**PR** deerit *rell.*

II

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Gratior mihi celeritas tua quam ipsa res. quid enim (1) indignius? sed iam ad ista obduruimus et humanitatem omnem exuimus. tuas litteras hodie exspectabam, nihil equidem ut ex iis noui; quid enim? uerum tamen —.

II a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Oppio et Balbo epistulas deferri iubebis, et tamen Piso- 1 (II 1)
nem, sicubi, de auro. Faberius si uenerit, uidebis, ut tantum attribuatur, si modo attribuetur, quantum debetur. accipies ab Erote.

Ariarathes, Ariobarzani filius, Romam uenit. uult, 2 (II 2)
opinor, regnum aliquod emere a Caesare; nam quo modo nunc est, pedem ubi ponat in suo, non habet. omnino eum Sestius noster, parochus publicus, occupauit; quod quidem facile patior. uerum tamen, quod mihi summo beneficio meo magna cum fratribus illius necessitudo est, inuito eum per litteras, ut apud me deuersetur. ad eam rem cum mitterem Alexandrum, has ei dedi litteras.

EP. II. *Deest* **E** 3 ipsam **M^1dO^2** ipsarum **bms** quid enim] quidem **M^1dmO^2** 4 inindignius (inuid-) **M^1mO^2** 5 exsuimus **M** 6 iis **mR***Rom.* hiis **M** his *rell.*

EP. II a. *Hanc ep. separauit O. E. Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 287 *sq., continuant priores deest* **E** 9 defferri **M** defferi **R** *talia non semper notaui* 10 *cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 67, *Heidemannus De Cic:is ellipsis usu p.* 88 de Áuio **dIA^2c** 13 areobarzani **MO^2**(?)**PR** 15 ubi] uel **M^1O^1** 16 parochus publicus **$MdmZ^l$** parochiis publicis **$bsPRIA^2c$***Rom.* paroecus publicus **O^2** parochus publicus *uel* -chis -cis *codd. Mal.* 18 magna *om.* **IA^2** necessitudost **M^1**, *corr.* **M^2** 19 diuersetur **$bdsIA^2c$**

II b

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

(II 3) Cras igitur auctio Peducaei. cum poteris ergo. etsi impediet fortasse Faberius. sed tamen, cum licebit. Dionysius noster grauiter queritur, et tamen iure, a discipulis abesse tam diu. multis uerbis scripsit ad me, credo item ad te. mihi quidem uidetur etiam diutius afuturus. ac nollem; ualde enim hominem desidero.

(III 1) A te litteras expectabam, nondum scilicet; nam has mane rescribebam.

III

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Ego uero ista nomina sic probo, ut nihil aliud me moueat, nisi quod tu uideris dubitare. illud enim non accipio in bonam partem: ad me refers; qui si ipse negotium meum gererem, nihil gererem nisi consilio tuo. sed tamen intellego magis te id facere diligentia, qua semper uteris, quam quod dubites de nominibus istis. etenim Caelium non probas, plura non uis. utrumque laudo. his igitur utendum est. praes quidem aliquando factus es, et in his

II b. *Nouam ep. fecit* (*ex ep. sequ. additis u.* 9 *sq.*) *Schmidtius l. l. p.* 295 *sq., continuant priores* *deest* **E** 3 peducaci **Md** ergo **O** **PRc** *om.* **ΔIA**^{2}*Rom.* 4 cum] tum **Md** 5 et tame (tam e) **M**^{1}**d** 6 se *post* abesse *add. Ernestius, ante* a. *Lambinus* 7 *in* te *nunc desinit* **O** afuturus **PR** affuturus **Md** abfuturus *rell.* 10 manere scribebam **M**^{1}**R**, *corr.* **M**^{2} mane scribebam **P**

EP. III. *Cfr ad* II b *deest* **E** 15 quod *ante* ad me *add.* **A**^{2}**c**, *alii, sed cfr* V 11, 3; VI 4, 1; VII 13, 1; XVI 6, 1 qui si **OPRZ**^{bl} quid si **IA**^{2}**c** quid **Δ***Rom.* 16 nihil (nil) gererem **OPRZ**^{bl}**IA**^{2}**c** *om.* **Δ** *Rom.* 18 quod **ΔIA**^{2}**c***Rom.* quo **M**^{1}**R**, *corr.* **M**^{1} que **P** quo *ex uet. cod. Lambini Baiterus, alii* 20 est. Praes q. (=quidem) **C** expresse quidem **PR** expers quidem **c** expers **bdms IA**^{2}*Rom.* espes *suprascripta crispa lineola* (*i. e.* r) **M** praes aliquando factus es] ita habet codex Turnesian. *Lamb.* *alii aliter* *de* quidem *breui interuallo repetito cfr Brut.* 3, 13; *de n. d.* III 32, 79; *cfr* equidem XIV 11, 1; *ad* X 4, 12 es, et **C** esset **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* esses et *Bosius, alii*

quidem tabulis. a me igitur omnia. quod dies longior est
— teneamus modo, quod uolumus —, puto fore istam etiam
a praecone diem, certe ab heredibus.
De Crispo et Mustela uidebis, et uelim scire, quae
sit pars duorum. de Bruti aduentu eram factus certior; 2
attulerat enim ab eo Aegypta libertus litteras. misi ad te
epistulam, quia commode scripta erat.

IV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Habeo munus a te ⟨e⟩laboratum decem legatorum. et 1
quidem ⟨de Tuditano idem⟩ puto. nam filius anno post
quae⟨stor⟩ fuit quam consul Mummius. sed quoniam saepius 2
de nominibus quaeris quid placeat, ego quoque tibi saepius
respondeo placere. si quid poteris cum Pisone, conficies;
Auius enim uidetur in officio futurus. uelim ante possis;
si minus, utique simul simus, cum Brutus ueniet in Tusculanum. magni interest mea una nos esse. scies autem,
qui dies is futurus sit, si puero negotium dederis, ut quaerat.

V

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Sp. Mummium putaram in decem legatis fuisse, sed 1
uidelicet — etenim εὔλογον — fratri fuisse; fuit enim ad

1 a me] amo **PI** longior est **Z**[l]**c** longiores **ΔOPRIA**[2]*Rom.* 3 a preconem **Mm** a precone in **PR** 5 duorum] istorum **ds**

EP. IV. *Deest* **E** 10 elaboratum **bds***Rom.* laboratum **MmPRIA**[2]**c** de decem **Z**[b] 11 de Tuditano (-nis) idem *add. Lehmannus Quaest. Tull. p. 50 sqq.: om. codd. et uett. edd.* Silius **sA**[2]**c***Rom.* nam filius (Si- **A**[2]**c**) natus anno postquam fuit consul *eqs.* **IA**[2]**c** 12 qu(a)estor **bs***Rom.* que **MdmPR** quam] qua **Md** *de Tuditanis cfr F. Muenzerus, 'Hortensius und Cicero', Herm.* XLIX (*a.* 1914) *p.* 208 *sq.* 13 tibi quoque **IA**[2]**c** 14 respondebo **IA**[2] 15 Auius] annis **m** annus **bsP** an ius *Rom.* ante] autem **IA**[2]**c** 16 simul nos simus **PR** (su- **P**) cum] quom **Mms** quem **d** ueniet] uenerit **P** uenit **R** *post* in T. **IA**[2]

EP. V. *Deest* **E** 21 Sp.] SP. *Rom.* Spurium *rell.* putaram **PRA**[2]**c***Rom.* putarem **ΔI** 22 etenim *om.* **msA**[2]**c***Rom.* ΕΥΛΟΓΟΝ **M**[1]**PR** (-ων **P**) *adscr.* rationabile **M***corr.***ds** *cfr* V 11,7; *Tyrr.-Purs. ad l.*

Corinthum. misi tibi TORQVATVM. conloquere tu quidem
cum Silio, ut scribis, et urgue. illam diem negabat esse
mense Maio, istam non negabat. sed tu ut omnia istuc
quoque ages diligenter. de Crispo et Mustela scilicet, cum
2 quid egeris. quoniam ad Bruti aduentum fore nobiscum
polliceris, satis est, praesertim cum hi tibi dies in magno
nostro negotio consuma⟨n⟩tur.

VI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 De aquae ductu probe fecisti. columnarium uide ne
nullum debeamus; quamquam mihi uideor audisse ⟨e⟩ Ca-
2 millo commutatam esse legem. Pisoni quid est quod honestius respondere possimus quam solitudinem Catonis? nec coheredibus solum Herennianis sed etiam, ut scis — tu enim mecum egisti —, de puero Lucullo, quam pecuniam tutor — nam hoc quoque ad rem pertinet — in Achaia sumpserat. sed agit liberaliter, quoniam negat se quicquam facturum contra nostram uoluntatem. coram igitur, ut scribis, constituemus, quem ad modum rem explicemus. quod reliquos coheredes conuenisti, plane bene fecisti.

3 Quod epistulam meam ad Brutum poscis, non habeo eius exemplum; sed tamen saluum est, et ait Tiro te

2 quom silio **Mm** consilio **d** et urgue *uulg.*: et tu uerge **ΔPRIA²c** (etu **Mbm**) et Tuuerge *Rom.* 4 Mustela *Victorius*: multis **ΔPRIA²c***Rom.* cum] quom **Mds** tum **R** 5 ad **bsA²c***Rom.* a **Mm** *om.* **dPRI** fore **PRI** forte **Md** fore te **bmsA²c***Rom.*, *alii* 6 hi **P** hij **M¹R** hic **M***corr.*, *rell.* 7 consumantur **P** consumatur *rell.*
EP. VI. *Deest* **E** 10 fecisti *om.* **s** *cfr u.* 21 columnarum **bms** 10 *sq.* ne nullum **ΔPRZ¹***codd. Mal.***Ic** ne ullum *Rom.* ne **A²** *in* uide ne (*i. e.* forsitan) *nonnulli sine causa offenderunt* 11 e (*uel* a) *add. uulg.*: *om. codd. et uett. edd.* Camillo **C** camilio **OPR** (-illio **O**) eam illic **ΔI***Rom.* iam illic **A²c** 14 coheredibus *Manutius*: cum heredibus **ΔPRZ¹IA²c***Rom.* (*sed* comhe- **M**) *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 17 se] si **M¹**, *corr.* **M²cˢ** 20 plane bene fecisti **Zᵇ** fecisti plane bene **PRIA²c** plane bene **Δ***Rom.*, *alii cfr u.* 10; XIII 22, 4 22 possis **M¹R**, *corr.* **M²**

habere oportere, et, ut recordor, una cum illius obiurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum rescripseram, misi. iudiciali molestia ut caream uidebis.

VI a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Tuditanum istum, proauum Hortensi, plane non noram (VI 4) et filium, qui tum non potuerat esse legatus, fuisse putaram. Mummium fuisse ad Corinthum pro certo habeo. saepe enim hic Spurius, qui nuper est ⟨mortuus⟩, epistulas mihi pronuntiabat uersiculis facetis ad familiaris missas a Corintho. sed non dubito, quin fratri fuerit legatus, non in decem. atque hoc etiam accepi, non solitos maiores nostros eos legare in decem, qui[n] essent imperatorum necessarii, ut nos, ignari pulcherrimorum institutorum aut neglegentes potius, M. Lucullum et L. Murenam et ceteros coniunctissimos ad L. Lucullum misimus. illudque εὐλογώτατον, illum fratri in primis eius legatis fuisse. ⟨o⟩ operam tuam multam, qui et haec cures et mea expedias et sis in tuis non multo minus diligens quam in meis!

1 oportere **ΔZ**^{1}**IA**^{2}**c***Rom.* *om.* **PR** et] etsi **A**^{2}**c** 2 quam *ex* quem **M**^{1}

EP. VI a. *Nouam ep. fecit O. E. Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 310 *sq., continuant priores deest* **E** 7 putaram . . . fuisse *om.* **P** 8 abeo **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{8} 9 mortuus *antiquus liber Manuti: om.* **ΔPRZ**^{1}*codd. Bosi* **IA**^{2}**c***Rom.* *cfr in Verr.* I 51, 135; *de off.* II 24, 86 10 facetis **A**^{2}**c** *Rom.* factas **I** facias **PR** facies **Δ** 11 fuerit **bmsIA**^{2}**c***Rom.* fuerat **MdPR** *cfr* I 5,2 12 maioris **MR** 13 eos **OPRF***Ant.***c** *om.* **ΔI** **A**^{2}*Rom.* qui **RIA**^{2} quin **ΔPc***Rom.* 15 muranam **M** coniunctissimos **Zβc** *om.* **ΔOPRIA**^{2}*Rom.* 16 *adscr.* rationabilissimum **M***corr.***ds** 17 o *add. Lehmannus De Cic:is ad Att. epp. p.* 205 (*auctore Muellero*): *om. codd. et uett. edd., Flickingerus 'Am. Journ. of Phil.'* XXXIV (*a.* 1913) *p.* 289 19 non **OPRc** *om.* **ΔIA**^{2}*Rom.* *cfr* XIII 31,1; 32,3; 48,1; XV 26,1; *ad* IX 5,2 in meis **bmsIA**^{2}**c***Rom.* (im **m**) in mus (miis) **M** minus **d** in iis **R** in his **P**

VII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

(1) Sestius apud me fuit et Theopompus pridie. uenisse a Caesare narrabat litteras; hoc scribere, sibi certum esse Romae manere, causamque eam ascribere, quae erat in epistula nostra, ne se absente leges suae neglegerentur, sicut esset neglecta sumptuaria — est εὔλογον, idque eram suspicatus; sed istis mos gerendus est, nisi placet hanc ipsam sententiam nos persequi —, et Lentulum cum Metella certe fecisse diuortium. haec omnia tu melius. rescribes igitur, quicquid uoles, dum modo [ne] quid. iam enim non reperio, quid te rescripturum putem, nisi forte de Mustela aut si Silium uideris.

VII a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

(VII 2) Brutus heri uenit in Tusculanum post horam decimam. hodie igitur me uidebit, ac uellem tum tu adesses. iussi equidem ei nuntiari te, quoad potuisses, exspectasse eius aduentum uenturumque, si audisses, meque, ut facio, continuo te certiorem esse facturum.

EP. VII. *Deest* **E** 6 apsent eleges **M**[1] leges suæ negligerentur **Ic** lege sue nec legerentur **R** leges ne nec legerentur **Mdm** (*ex* gene- **d**, ṇẹ **m**) leges negligerentur sue **P** leges negligerentur **bsA**[2]*Rom.* 7 *adscr.* rationabile **M***corr.***ds** 8 gerundus **bm***Rom.* 10 certe *om.* **IA**[2] 11 quid *Manutius*: ne quid **ΔPRIA**[2]**c***Rom.* aliquid *Lambinus, alii* 12 scripturum **bm***Rom.* nisi **PRIA**[2]**c** si **Δ***Rom.* 13 si **PRIA**[2]**c** *om.* **Δ***Rom.*

EP VII a. *Nouam ep. fecit Schicheus Herm.* XVIII (*a.* 1883) *p.* 601 *sq., continuant priores* *deest* **E** 16 ad me uenit heri *Rom.* decumam **Mm** 17 uidebat **MdR** ac . . . adesses *om.* **bm***Rom.* tum **M**[2]**c**[8]**dsP** cum **M**[1]**RIA**[2]**c** iussi **OPRCZ**[β1] misi **bmsA**[2]**c***Rom.* nisi **MdI** 18 ei nuntiari **bmsA**[2]**c***Rom.* et nuntiari **MdI** enuntiari **PR** 20—*p.* 9, 3 esse facturum. plane facturum. nihil **ΔR***Rom.* esse plane facturum. nihil **P** esse facturum. nihil **IA**[2]**c**

VIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Plane [facturum] nihil erat, quod ad te scriberem; modo enim discesseras et paulo post triplicis remiseras. uelim cures fasciculum ad Vestorium deferendum et aliquoi des negotium, qui quaerat, Q. Staberi fundus num quis in Pompeiano Nolano⟨ue⟩ uenalis sit. epitomen Bruti Caelianorum uelim mihi mittas et a P⟨h⟩iloxeno Παναιτίου περὶ προνοίας. te Idibus uidebo cum tuis.

IX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Commodum discesseras heri, cum Trebatius uenit, 1
paulo post Curtius; hic salutandi causa, sed mansit inuitatus. Trebatium nobiscum habemus. hodie mane Dolabella. multus sermo ad multum diem. nihil possum dicere ἐκτενέστερον, nihil φιλοστοργότερον. uentum est tamen ad Q.: multa ἄφατα, ἀδιήγητα, sed unum eius modi, quod, nisi exercitus sciret, non modo Tironi dic⟨t⟩are sed ne ipse quidem auderem scribere. sed haec hactenus.

EP. VIII. *Deest* **E** 4 post triplicis **sPRA^{2}c** (-ces **A^2**, -ceis **c**) post eriplicis **dI** post heriplicis **bm***Rom.* post heri posteriplicis *uerbis* post heri *deletis* **M** 5 fasciculum **C** eas ciculum **MdmPR** (-tu- **PR**) eas titulum **bsIA^{2}c***Rom.* ad Vestorium **C** duestorium **ΔPR***Rom.* (dusteo- **s**, -rum **bm***Rom.*) oluestorum **IA^{2}c** aliquoi des **M** (*ex* -quo ides) **ms** aliquo idest **dR** aliquo idem **P** quo des **I** alicui des **b** **A^{2}c***Rom.* 6 faberi(i) **bs^{2}PA^{2}c** 7 Nolanoue *Vrsinus*: nolano **ΔPRIA^{2}c** *Rom.* opitomen **Md** (-me **d**), *corr.* **M^{2}c^8** Epitomeum **b** 8 philoxeno **sIA^{2}c***Rom.* piloxeno **MdmPRZ^b** polyxeno **b** 9 ΠΡΟΝΑΙC **M^1** ΠΡΟΠΟΑΙC **PR** *adscr.* panetii (-ium **s**) de prouidentia **M***corr.***ds**

EP. IX. *Deest* **E** 13 curtius **b** culcius (-ti-) *rell.* 14 dolobella **bdms***Rom.* *talia non semper notaui* 16 *adscr.* extensius *et* magis pie, *post* ineffabilia inenarrabilia **M***corr.***ds** tandem *Manutius* 17 Q.] Quintum *Victorius*: que **ΔPR***Rom.* quæ **I** *om.* **A^{2}c** 18 Tironi dictare **IA^{2}c** tironi (ty-) dicare (-ta-) **M^{1}dm^{1}PR** tiro indicare **M***corr.***m^2***Rom.* tironi indicare **bs** (-et·**s**) 19 *post* scribere *lacunam esse uult Lehmannus* '*Woch. f. kl. Phil.*' XIII (*a.* 1896) *p.* 56 haec **PRc** *om.* **Δ IA^2***Rom.*, *fort. recte* *cfr* V 13,1, *ubi u. adn. Muelleri*

Εὐκαίρως ad me uenit, cum haberem Dolabellam, Torquatus, humanissimeque Dolabella, quibus uerbis secum egissem, exposuit. commodum enim egeram diligentissime;
2 quae diligentia grata est uisa Torquato. a te expecto, si quid de Bruto. quamquam Nicias confectum putabat, sed diuortium non probari. quo etiam magis laboro idem, quod tu. si quid est enim offensionis, haec res mederi potest.

Mihi Arpinum eundum est. nam et opus est constitui a nobis illa praediola et uereor, ne exeundi potestas non sit, cum Caesar uenerit; de cuius aduentu eam opinionem Dolabella habet, quam tu coniecturam faciebas ex litteris Messallae. cum illuc uenero intellexeroque, quid negotii sit, tum, ad quos dies rediturus sim, scribam ad te.

X

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Minime miror te et grauiter ferre de Marcello et plura uereri periculi genera. quis enim hoc timeret, quod neque acciderat antea nec uidebatur natura ferre ut accidere posset? omnia igitur metuenda. sed illud παρὰ τὴν ἱστορίαν, tu praesertim: me reliquum consularem. quid? tibi Seruius quid uidetur? quamquam hoc nullam ad partem ualet scilicet, mihi praesertim, qui non minus bene actum cum illis putem. quid enim sumus aut quid esse possumus? domine an foris? quod nisi mihi hoc uenisset in mentem, scribere ista nescio quae, quo uerterem me, non haberem.

1 ЄΥΚΙΡωϹ **PR** *adscr.* oportune **M***corr.***ds** 2 humanissimeque **IA**^{2}**c** humanissime qu(a)e **ΔPR***Rom.* Dolabella . . . diligentissime qu(a)e **OPRIA**^{2}**c** *om.* **Δ***Rom.* 9 eundem **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} constitui a *Manutius*: constituta **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* 11 eam opinionem . . . quam coniecturam] *cfr Muell. ad l.* 13 messalle **M**^{1}**PR***Rom.* messal(a)e *rell.* *talia non semper notaui* 14 tum] cum **MdIA**^{2} redditurus **M**

EP. X. *Accedit* **E**, *cfr ad* XII 51, 1 17 fere **M**^{1} fero **PR**

19 ante **bm***Rom.* 20 *adscr.* preter historiam **M***corr.***ds** 21 reliquum **MR** 25 domi ne **M**^{2}**dsEPRIA**^{2}**c** domin **M**^{1}**m**, *alii* domi **b** *Rom.* *cfr Muell. ad l.* hoc mihi . . . ista scribere **IA**^{2}

Ad Dolabellam, ut scribis, ita puto faciendum, κοινό- 2
τερα quaedam et πολιτικώτερα. faciendum certe aliquid
est; ualde enim desiderat. Brutus si quid egerit, curabis 3
ut sciam; cui quidem quam primum agendum puto, praesertim si statuit. sermunculum enim omnem aut restinxerit aut sedarit. sunt enim, qui loquantur etiam mecum. sed haec ipse optime, praesertim si etiam tecum loquetur.

Mihi est in animo proficisci XI Kal.; hic enim nihil habeo, quod agam, ne hercule illic quidem nec usquam, sed tamen aliquid illic. hodie Spintherem expecto; misit enim Brutus ad me. per litteras purgat Caesarem de interitu Marcelli; in quem, ne si insidiis quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspicio. nunc uero, cum de Magio constet, nonne furor eius causam omnem sustinet? plane quid sit non intellego. explanabis igitur. quamquam nihil habeo, quod dubitem, nisi ipsi Magio quae fuerit causa amentiae; pro quo quidem etiam sponsor sum factus. et nimirum id fuit; soluendo enim non erat. credo eum petisse a Marcello aliquid, et illum, ut erat, constantius respondisse.

1 Ad ... loquetur *u.* 7 *om.* **E** *adscr.* magis publica *et* ciuiliora **M***corr.***ds** 3 si quod **Z**$^{\beta}$ egerit **OPRF***Ant.***Z**$^{\beta 1}$**IA**^{2}**c** *om.* **Δ***Rom.* 5 restinxerit **M***corr.***bm***Rom.* restrinxerit **M**^{1}**dsPRIA**^{2}**c** 6 sum **MR** 8 Mihi] Mihi enim **IA**^{2}**c** *accedit* **E** 9 quod **A**^{2}**c** quid **ΔEPRI** *Rom.* *cfr* VII 19; XIII 15, 1; 16, 1; 49, 1; XVI 7, 6; 14, 1; 15, 1; 15, 3; *ep.* VII 3, 6; *ad* XI 12, 4; *Wesenb. Em. p.* 54 ercule **M** 10 aliquid **Z**$^{\beta}$**c** *om.* **ΔEOPRIA**^{2}*Rom.* illinc **A**^{2}**c** illuc **s** spinterem **M**^{2}**bm** spinte rem **M**^{1} 10—11 misit enim ad me. Brutus per *coni. Bootius* 12 si] sed **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} mille **M**^{1} 14 omnem causam **IA**^{2}**c** 17 sponsor sum factus. et (*sq.* nimirum) **Z**^{b}**c** (*sed* -us est. *Torn. teste Bosio*) sponsorum factus et **MdEO**^{1}**R** sponsor factus. et **bmsO**^{2}**PIA**^{2}*Rom.* 18 et credo *Ant.* eum] enim **sRIA**^{2}**c**, *corr.* **C** 19 ut] aut **M**^{1} *suprascr.* al' ut **M**^{2}(?) *cfr ep.* XII 20; *Lehm. Quaest. Tull. p.* 84 20 Rpndisse **M**

XI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Οὐ τα⟨ὐ⟩τὸν εἶδος. credebam esse facile; totum est aliud, postea quam sum a te diiunctior. sed fuit faciendum, ut et constituerem mercedulas praediorum et ne magnum onus obseruantiae Bruto nostro imponerem. posthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tusculano. hoc autem tempore, cum ille me cottidie uidere uellet, ego ad illum ire non possem, priuabatur omni de-
2 lectatione Tusculani. tu igitur, si Seruilia uenerit, si Brutus quid egerit, etiam si constituerit, quando obuiam, quicquid denique erit, quod scire me oporteat, scribes. Pisonem, si poteris, conuenies. uides, quam maturum sit. sed tamen, quod commodo tuo fiat.

XII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Valde me momorderunt epistulae tuae de Attica nostra; eaedem sane tamen sanauerunt. quod enim te ipse consolabare eisdem litteris, id mihi erat satis firmum ad leniendam aegritudinem.

2 Ligarianam praeclare uendidisti. posthac quicquid

EP. XI. *Graeca huc transpos. Casaubonus*; *apud priores epistulam X claudunt* *deest* **E** 3 Οὐ ταὐτὸν εἶδος *Bosius*: ΟΥΤΑΤΟΗΕΙΔΟΣ **M**^{1} Orta ΤΟΗΕΙΑΟΣ **PR** οὐ τάτ' ὄνειδος **Z**^{1} οὐ γὰρ ὄνειδος **M**^{2}**bdmsA**^{2}**c***Rom.*, *Crat. ind. Gr.* *adscr.* non enim obprobrium **M***corr.***ds** *Eur. Ion.* 585 4 disiunctior **bdsc** 5 *prius* et *om.* **bm***Rom.* 7 colere **M***corr.***bslA**^{2}**c***Rom.* colore **M**^{1}**dmR** colloqui **P** 8 ille me] ille m **M**^{1} illam **PR** cottidie **R** cotidie **M** quotidie *rell.* (quotti- *Rom.*) *talia non semper notaui* 9 uellet et ego **lA**^{2}**c** eum **PR** 13 conuenias **lA**^{2}**c** 14 Vale *add.* **c**

EP. XII. *Noua ep.* **c**, *continuant priores* *deest* **E** 17 me] enim me *Rom.* 18 e(a)edem **M**^{2}**c**^{s}**bmsA**^{2}**c***Rom.* hedem **d** eadem **M**^{1}**PRl** sane *om.* **bsA**^{2}, *uulg.*, *nescio cur* 19 consolabere **bl***Rom.*

21 uendidisti] *cfr Birtius, 'Kritik u. Hermeneutik' p.* 103, 320; *Mus. Rh.* LXXII (*a.* 1918) *p.* 312; *R. Sommer, Herm.* LXI (*a.* 1926) *p.* 407; *G. Pasquali, Storia della tradizione*^{2} (*a.* 1952) *p.* 399

scripsero, tibi praeconium deferam. quod ad me de Var- 3 rone scribis, scis me antea orationes aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nusquam possem intexere. postea autem quam haec coepi φιλολογώτερα, iam Varro mihi denuntiauerat magnam sane et grauem προσφώνησιν. biennium praeteriit, cum ille Καλλιππίδης adsiduo cursu cubitum nullum processerit; ego autem me parabam ad id, quod ille mihi misisset, ut αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον, si modo potuissem. nam hoc etiam Hesiodus ascribit, αἴ κε δύνηαι.

Nunc illam περὶ τελῶν σύνταξιν sane mihi probatam Bruto, ut tibi placuit, despondimus, idque tu eum non nolle mihi scripsisti. ergo illam Ἀκαδημικήν, in qua homines nobiles illi quidem sed nullo modo philo⟨lo⟩gi nimis acute loquuntur, ad Varronem transferamus. etenim sunt Antiochia, quae iste ualde probat. Catulo et Lucullo alibi reponemus, ita tamen, si tu hoc probas; deque eo mihi rescribas uelim.

De Brinniana auctione accepi a Vestorio litteras. ait 4 sine ulla controuersia rem ad me esse conlatam. Romae uidelicet aut in Tusculano me fore putauerunt a. d. VIII Kal. Quintilis. dices igitur uel amico tuo S. Vettio, coheredi

4 *adscr.* eruditiora, *post* responsionem *et* callippides, *u.* 8 *sq.* ipso metro et dulcius *et* si potes **M***corr.***ds** 5 sane *om.* **PR** 8 mihi] nullum **M**^{1}**d**, *corr.* **M**^{2}l' *Hes. Op.* 350 11 nunc illam] inuicillam (*uel sim.*) **bdms** iuuit. illam *Rom.* *adscr.* de finibus compositionem **M***corr.***ds** 12 tu **PRc**, *codd. Bosi* *om.* **ΔIA**^{2}*Rom.* eum] enim **PR** *om.* **I** 13 ἀκαδημικὴν **bsA**^{2} ΑΚΑΔΗΜЄΙΚΗΝ **M**^{1}**PR** (-ΛΗΜ- **R**, -ΛΙΜ- **P**) ἀκαδημαικήν **M**^{2}**dmc** *Rom.* *om. Crat. ind. Gr.* *adscr.* academicam **M***corr.***ds** 14 philologi **IA**^{2}**c***Rom.* philogi **ΔPR** 15 anthiochia **MPRI***Rom.* ἀντιόχεια **A**^{2}**c** 16 luculo **MRI** alibi reponemus **IA**^{2}**c***Rom.* alibe reponemus **M** alibere ponemus **bmPR** (alli- **P**, a lib- **bm**) a libero ponemus **ds** 17 ita] sic **C** 19 brinniana **MdC** brim(m)ana **PRIA**^{2}**c** briumana **bm** brumana **s** Brutiniana *Rom.* 21 putarunt **IA**^{2} VIII (*non* IIX) **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* 22 Quint. *Maduigio* (*Opusc. ac.*^{2} *p.* 133) *et aliis suspectum, iniuria: e Tusculano profectus* XI *Kal.* (*scil. Quint.*, *p.* 11, 8) *in Arpinas; inde ep.* 11 IX *Kal. Quint., hanc ep.* VIII *Kal. Quint. dedit* tuo S. Vettio coheredi *Bosius*: tuo Suettio coheredi **Z**^{b} tuos uectio

meo, uel Labeoni nostro, paulum proferant auctionem; me circiter Nonas in Tusculano fore. cum Pisone Erotem habes. de Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. dies adest.

XIII. XIV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Commotus tuis litteris, quod ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transtuli ad nostrum sodalem et e duobus libris contuli in quattuor. grandiores sunt omnino, quam erant illi, sed tamen multa detracta. tu autem mihi peruelim scribas, qui intellexeris illum uelle; illud uero utique scire cupio, quem intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι, nisi forte Brutum. id hercle restabat! sed tamen scire peruelim. libri quidem ita exierunt, nisi forte me communis φιλαυτία decipit, ut in tali genere ne apud Graecos quidem simile quicquam. tu illam iacturam feres aequo animo, quod illa, quae habes de Academicis, frustra descripta sunt. multo tamen haec
2 erunt splendidiora, breuiora, meliora. nunc autem ἀπορῶ, quo me uertam. uolo Dolabellae ualde desideranti; non

coheredi **PR** (tuo **P**) tuos nectiocom heredi **Md** (-icom **d**) tuo(s) nec non co(m)heredi **bm***Rom.* tuo uel Othoni cohaeredi **IA**^{2}**c** 2 Erotem **IA**^{2}**c** orotem **MdsO**^{1}**PR** oro te ni **bm***Rom.* oro te **O**^{2} *cfr Bootius ad l.* 3 abeas *Rom.* 4 Vale *add.* **c**

EP. XIII. XIV. *Noua ep.* **c**, *continuant priores* *accedit* **E** 8 achademiam **mEPR** 9 transtulique **A**^{2}**c***Rom.* (*sed non* **Z**, *ut uid.*) e **EOPR** ex **ΔIA**^{2}**c***Rom.* *cfr Neue-Wag. 'Formenl.'* II *p.* 879 10 illi *om.* **bmIA**^{2}*Rom.* 11 tamen] erant **IA**^{2} Tu tamen peruelim *Rom.* tu . . . peruelim *u.* 14 *om.* **E** 12 qui **MbdmP***Rom.* quid **sIA**^{2}**c** que **R** 13 quem] quæ **IA**^{2}**c** 14 id hercle restabat *Manutius*: ider de re stabat **M** iderde restabat **d** id ei de re stabat **bms***Rom.* (derest- *Rom.*) id credere stabat **PR** (scribat **P**) idem edere restabat **IA**^{2}**c** (æd- **c**) libri] *accedit* **E** 15 *adscr.* amatio sui ipsius **M***corr.*, amatio sui **ds** 18 academissis **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} achademicis **EPR** 19 nunc . . . excogitandum *p.* 15, 3 *om.* **E** ΑΠΟΡωΙ **M**^{1}**PR** (-ΟΪ **P**) *adscr.* dubito, *post* uereor troas *et* querelam **M***corr.***ds** (troas *om.* **s**) 20 non] placere, nec **IA**^{2}**c** *p.* 15, 1 *Hom. Il.* VI 442

reperio, quid, et simul αἰδέομαι Τρῶας neque, si aliquid,
potero μέμψιν effugere[t]. aut cessandum igitur aut aliquid
excogitandum. sed quid haec leuia curamus?

Attica mea, obsecro te, quid agit? quae me ualde 3
angit. sed crebro regusto tuas litteras; in his acquiesco.
tamen expecto nouas.

Brinni libertus, coheres noster, scripsit ad me uelle, 4(XIV 1)
si mihi placeret, coheredes, ⟨se⟩ et Sabinum Albium, ad me
uenire. id ego plane nolo; hereditas tanti non est. et
tamen obire auctionis diem facile poterunt — est enim III
Idus —, si me in Tusculano postridie Nonas mane conuenerint.
quod si laxius uolent proferre diem, poterunt
uel biduum uel triduum uel ut uidebitur; nihil enim interest.
qua re, nisi iam profecti sunt, retinebis homines.
de Bruto, si quid erit, de Caesare, si quid scies, si quid 5(XIV 2)
erit praeterea, scribes.

Illud etiam atque etiam consideres uelim, placeatne

1 si aliquid *Manutius*: si aliud qui **MPRC** si aliud quid **bdmsA²c** *Rom.* si aliquid aliud **I** 2 effugere **IA²c** effugeret **ΔPR***Rom.* 3 cogitandum **bm***Rom.* sed] *accedit* **E** 4 atticam ea **M¹**, *corr.* **M²** Atica ea **P** 5 hiis **M** iis **ER**, *alii* 6 nonas **M¹R**, *corr.* **M²** nonꝰ **P** *om.* **s** 7 Brinni . . . possunt *p.* 16, 4 *partem esse posteriorem epistulae* XIII *docuit Schicheus Herm.* XVIII (*a.* 1883) *p.* 604, '*Jahresber. d. phil. Ver.*' XXVII (*a.* 1901) *p.* 262 *sq.* (*sic iam* **c**); Brinni . . . scribes *u.* 16 *epistulae* XIII *addidit O. E. Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 318 Brinni . . . homines *u.* 14 *om.* **E** brinni **MdPC** brimij **R** brima **bms** Brimma **IA²c** Bruna *Rom.* coh(a)eres **bdIA²c***Rom.* comheres **Mm** cum heres **PR** *om.* **s** noster . . . placeret coheredes **PRIA²c** (*sed* placet **PRIA²**, cum heredes **PR**) *om.* **Δ***Rom.* *cfr Muell. ad l.* placeret *etiam* **Zᵇ** *de* -er- *cfr* IX 9, 2; X 8, 7; 13, 1; XIV 22, 1; XVI 15, 1 8 se et *Vrsinus*: et **M¹dmR** sed **PIA²c** ait **M***corr.***bs***Rom.* Album **IA²** Albinum *Rom.* 9 uenire narrat: id **I** 10 obire] nouare **C** 12 laxius **MdmsC** latius **bPRIA²c***Rom.* 13 enim *om.* **ds** 15 de] *accedit* **E** erit] egerit *Orellio auctore Wesenb., alii*; *cfr p.* 10, 5; 11, 3; 12, 10; 17, 12 si quid scies *bis* **bm** si quid erit **EOPRCZᵇ** *om.* **ΔIA²c***Rom.* de Bruto . . . scribes *ut supra* **Zᵇ** 17 Illud . . . scriberem *p.* 16, 12 *unam epistulam esse uult O. E. Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 318 consideres . . . etiam *p.* 16, 1 *om.* **P**

tibi mitti ad Varronem, quod scripsimus. etsi etiam ad te aliquid pertinet. nam scito te ei dialogo adiunctum esse tertium. opinor igitur consideremus. etsi nomina iam facta sunt; sed uel induci uel mutari possunt.

XV. XVI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

(XV) 1 Quid agit, obsecro te, Attica nostra? nam triduo abs te nullas acceperam; nec mirum. nemo enim uenerat, nec fortasse causa fuerat. itaque ipse, quod scriberem, non habebam. quo autem die has Valerio dabam, expectabam aliquem meorum. qui si uenisset et a te quid attulisset, uidebam non defuturum, quod scriberem.

(XVI 1) 2 Nos, cum flumina et solitudines sequeremur, quo facilius sustentare nos possemus, pedem e uilla adhuc egressi non sumus; ita magnos et adsiduos imbres habebamus. illam Ἀκαδημικὴν σύνταξιν totam ad Varronem traduximus. primo fuit Catuli, Luculli, Hortensi; deinde, quia παρὰ τὸ πρέπον uidebatur, quod erat hominibus nota non illa quidem ἀπαιδευσία sed in his rebus ἀτριψία, simul ac ueni ad uillam, eosdem illos sermones ad Catonem Brutumque

1 etsi] et sic **M**^{1} ad] a **M**^{1} 3 opinor ... quibus XIII 19,1 *om.* **E** 4 sed *om.* **IA**^{2} Vale *add.* **c**

EP. XV. XVI. *Noua ep.* **c**, *continuant rell. Has epp. coniunxit Schicheus ll. ll. deest* **E** 7 te *om.* **PR** 9 quod *Ernestius*: quid **ΔPRIA**^{2}**c***Rom. item u.* 12 *cfr ad p.* 11,9 13 solitudines **c**, *codd. Bosi* solitudinem **ΔOPRIA**^{2}*Rom., alii cfr* XII 23,1 (*et adnot. Booti*); *ep.* II 16,2 14 non **M**^{1}**P** 15 imbris **MbmI** hymbres *Rom.* 16 Ἀκαδημικὴν *uulg.*: ac(h)ademicen **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* (-ce **s**, -cem **c**, -tem **P**) *adscr.* ordinationem **M***corr.***ds** 17 primo **Z**^{b}**C** modo **ΔOPR***Rom.* quae modo **I A**^{2}**c** *adscr.* preter ·honestum **M***corr.***ds** 18 uidebatur **PRc** non uidebatur **ΔIA**^{2}*Rom.* quod **msIA**^{2}**c***Rom.* quid **MbdPR** *cfr ad p.* 11,9 quod erat hominibus nota *etiam* **Z**^{b} 19 *adscr.* imperitia, *post* perseuerantia **M***corr.***ds** in his **PIA**^{2}**c** in hiis **R** unus **M** imus **bd** uiuis **ms***Rom.* in iis *alii* ATPEIΨIA **MPR** ἀτρειψία **c** ἀτρεψία **M**^{2}**bdmsA**^{2}**c***Rom.* ἀτρεψία seu potius ἀτρειψία *Crat. ind. Gr.* simul adueni **c** 20 Brutumque transtuli] Brutum. **c** (*errore typothetarum*)

transtuli. ecce tuae litterae de Varrone. nemini uisa est
aptior Antiochia ratio. sed tamen uelim scribas ad me, 3 (XVI 2)
primum placeatne tibi aliquid ad illum, deinde, si placebit,
hocne potissimum.

Quid? Seruilia iamne uenit? Brutus ecquid agit et quando? de Caesare quid auditur? ego ad Nonas, quem ad modum dixi. tu cum Pisone, si quid poteris.

XVII. XVIII
⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

v Kal. expectabam Roma aliquid, non quo imperas- 1
sem. igitur aliquid tuis. nunc eadem illa, quid Brutus cogitet, aut, si aliquid egit, et quid a Caesare. sed quid ista, quae minus curo? Attica nostra quid agat, scire cupio. etsi tuae litterae — sed iam nimis ueteres sunt — recte sperare iubent, tamen expecto recens aliquid.

Vides, propinquitas quid habet. nos uero conficiamus 2 (XVIII)
hortos. conloqui uidebamur, in Tusculano cum essem; tanta erat crebritas litterarum. sed id quidem iam erit.

Ego interea admonitu tuo perfeci sane argutulos libros ad Varronem, sed tamen expecto, quid ad ea, quae scripsi ad te, primum, qui intellexeris eum desiderare a me, cum

2 antiocheia **I** ἀντιοχεία **A²c** 4 hoc ne **ΔPRIA²c***Rom.* hocine *Wesenb.* *cfr Neue-Wag. 'Formenl.'* II³ *p.* 422 5 Quid? Seruilia *Muellerus* Quid Seruilia? *Rom., priores* *post* Seru. *distinguitur in* **bsA²c**, *non in rell.* ecquid *uulg.*: et quid **ΔPRI***Rom.* etiam quid **A²c**

EPP. XVII *et* XVIII *coniunxit Schicheus ll. ll., etiam O. E. Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 319 *deest* **E** 10 V KAL. **Z^bl** V Cal. **C** VI Kal. **Z^β** VI **ΔOPRI** Sexto *Rom.* De sexto **A²c** non quo **Z^bc** non quod **Z^β** non **ΔPRIA²***Rom.* impetrassem **s¹O¹PR** *tradita retinui auctore Lehmanno 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XXIV (*a.* 1898) *p.* 184 *sq.* *multi multa coniectarunt, u. Muell. ad l.* 12 et quid] ecquid *Lamb., plerique edd., fort. recte, sed post* si a. egit *uidetur* quid egerit *cogitatione addendum* 16 habeat *Lamb., uulg.*; *cfr* II 10; *ep.* VII 4; *Skutschius Glotta* III (*a.* 1912) *p.* 366 uero . . . hortos *om.* **PI** comfiamus **MR** 17 essemus **bm***Rom.* 18 erit] erat **M¹PR**, *corr.* **M²** *cfr p.* 7, 11 20 uaronem **M** *talia non semper notaui* 21 quid **IA²c** *p.* 18, 1 *adscr.* qui multa scripsit **M***corr.***ds**

2 *Sjögren.*

ipse homo πολυγραφώτατος numquam me lacessisset; deinde, quem ζηλοτυπεῖν, ⟨nisi forte Brutum; quem si non ζηλοτυπεῖ,⟩ multo Hortensium minus aut eos, qui de re p. loquuntur. plane hoc mihi explices uelim, in primis, maneasne in sententia, ut mittam ad eum, quae scripsi, an nihil necesse putes. sed haec coram.

XIX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Commodum discesserat Hilarus librarius IV Kal., cui dederam litteras ad te, cum uenit tabellarius cum tuis litteris pridie datis; in quibus illud mihi gratissimum fuit, quod Attica nostra rogat te, ne tristis sis, quodque tu ἀκίνδυνα esse scribis.

2 Ligarianam, ut uideo, praeclare auctoritas tua commendauit. scripsit enim ad me Balbus ⟨et⟩ Oppius mirifice se probare ob eamque causam ad Caesarem meam se oratiunculam misisse. hoc igitur idem tu mihi antea scripseras.

3 In Varrone ista causa me non moueret, ne uiderer φιλένδοξος — sic enim constituebam, neminem includere in dialogos eorum, qui uiuerent —, sed quia ⟨scribis⟩ et

1 ac numquam *Ant.* 2 quem *uulg.*: quam **ΔPRIA²c***Rom.* ΖΗΛΟΤΥΠΙΝ **M¹PR** nisi . . . ζηλοτυπεῖ *Bosius*: *om. codd. et uett. edd. cfr* XIII 13, 1 4 plane **bsOPRIA²c** plene **Mdm***Rom.* haec mihi **O¹IA²** mihi hoc **s** tu maneas ne **P** tu maneas **R**

EP. XIX. 9 Commodum . . . quibus *u.* 11 *om.* **E** IV **Mm** IX **ds** VI **PR** quarto **I** IIII **A²** III **bc** tertio *Rom.* 10 quom **Mms** 11 illud . . . sis etc. Scripsit ad me . . . misisse etc. Sic constituebam *eqs. u.* 19 *mediis omissis* **E** 13 *adscr.* absque periculo **M***corr.*, sine periculo **ds** 14 ligaria nam **MdmR** 15 Balbus et Oppius *Victorius*: Balbus Oppius **ΔEPR***Ant.* Balbus ac Oppius **IA²c** Balbus Oppiusque *Rom.* Balbus *Tyrrellus, alii* 16 meam **M²bdmsE PRIA²c***Rom.* (*sed* m- *post del. in* **M**) eam **M¹**, **M** *iter. corr., codd. Mal., uulg.* 17 hec **Δ***Rom.* 19 φιλόδοξος **A²c**, *Crat. ind. Gr.* *adscr.* cupidus glorie **M***corr.***ds** constitueram *Pius, uulg., fort. recte, sed cfr ad Q. fr.* III 1, 5 ut constituebas (-ueras *Ern., alii*), *ubi u. adn.* 20 eorum *om.* **M¹** scribis **A²c***Rom.* *om.* **ΔEPRI** scripseras *Plasbergius in ed. Academicorum p.* 29 *coll.* XIII 13, 1 *cfr Heidemannus De Cic:is ellipsis usu p.* 77

desiderari a Varrone et magni illum aestimare, eos confeci et absolui nescio quam bene, sed ita accurate, ut nihil posset supra, Academicam omnem quaestionem libris quattuor. in eis, quae erant contra ἀκαταληψίαν praeclare collecta ab Antiocho, Varroni dedi. ad ea ipse respondeo; tu es tertius in sermone nostro. si Cottam et Varronem fecissem inter se disputantes, ut a te proximis litteris admoneor, meum κωφὸν πρόσωπον esse⟨t⟩. hoc in antiquis 4
personis suauiter fit, ut Heraclides in multis et nos in DE RE P. libris fecimus. sunt etiam DE ORATORE nostri tres, mihi uehementer probati. in eis quoque eae personae sunt, ut mihi tacendum fuerit. Crassus enim loquitur, Antonius, Catulus senex, C. Iulius, frater Catuli, Cotta, Sulpicius. puero me hic sermo inducitur, ut nullae esse possent partes meae. quae autem his temporibus scripsi, Ἀριστοτέλειον morem habent, in quo ita sermo inducitur ceterorum, ut penes ipsum sit principatus. ita confeci quinque libris περὶ τελῶν, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M.

1 desiderari a] desideria **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} desideriar **R** magnullum **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} (a)estimare **ERIA**^{2}**c***Rom.* extimare **M**^{2}**bdmsP** estumar **M**^{1} confeci et] conficiet **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 4 *adscr.* incomprehensionem **M***corr.***ds** 6 certius **M**^{1}**R**, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} si ... esset *u.* 8 *om.* **E** cottam **MbsIA**^{2}**c***Rom.* coctam **dmPR** *talia non semper notaui* 7 disputantes **dsPR** disputantis **MbmIA**^{2}**c***Rom.* (-eis **A**^{2}**c**) ut **PRIA**^{2}**c** *om.* **Δ***Rom.* *cfr ad* XI 18, 2 8 *adscr.* surdam personam **M***corr.***ds** esset **A**^{2}**c** esse **ΔPRI***Rom.* hoc] *accedit* **E** 9 ut **dsEPR** ut et **MbmIA**^{2}**c***Rom., uulg.* in de re p. **M**^{2}**c**^{s}**PR** (*sed* in *deletum,* VI *superscriptum, quod post in* sex *correctum est* **M**) inde. re. p. **E** uidere .l. (*uel* .P.) **M**^{1} .VI. de. r. p. **m***Rom.* sex de re p. **M***corr.***bIA**^{2}**c** de r. p. **ds** 10 sit **M**^{1} sic **M**^{2}**c**^{s} sunt **M**^{2}, *rell.* nostri nosti tres **Md** 11 neuter **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} uementer *Muell.* ea persona **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 12 *post* loquitur *add.* Scaeuola *Wesenb. Em. alt. p.* 131 13 Iulius **bIA**^{2}**c** Iullius **P** iunius *rell.* Cotta] contra **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 15 hiis **MR**

Ἀριστοτέλειον *uulg.*: aristotili| |ori (*ut uid.*) **M**^{1} |ori *del.,* -on| *adscr.* **M***corr.* .ι. aristotelicum **M**^{2} aristotilion .ι. *linea subducta sunt deleta in* **M** aristotelicum *rell.* (-ti- **PR**), *sed hoc posteriorum proprium* *cfr* II 1, 1; *ep.* I 9, 23; *de fin.* III 3, 10 16 ita sermo **EOPRc** sermo ita **ΔIA**^{2}*Rom.*

17 sit *om.* **M**^{1} V **ms***Rom.* 18 libris **dEP** liberis **M**^{1}**R** libros **M**^{2}**bmsIA**^{2}**c***Rom., uulg.* *cfr u.* 3; *Lebretonius 'Etudes' p.* 89 *sq.* ΠΕΡΤΕΛΩΝ **M**^{1}**EPR** *adscr.* de finibus, *post* peripatetica **M***corr.***ds**

Catoni, περιπατητικὰ M. Pisoni darem. ἀζηλοτύπητον id fore putaram, quod omnes illi decesserant. haec ACADEMICA, ut scis, cum Catulo, Lucullo, Hortensio contuleram. sane in personas non cadebant; erant enim λογικώτερα, quam ut illi de iis somniasse umquam uiderentur. itaque, ut legi tuas de Varrone, tamquam ἕρμαιον arripui. aptius esse nihil potuit ad id philosophiae genus, quo ille maxime mihi delectari uidetur, easque partes, ut non sim consecutus, ut superior mea causa uideatur. sunt enim uehementer πιθανὰ Antiochia; quae diligenter a me expressa acumen habent Antiochi, nitorem orationis nostrum, si modo is est aliquis in nobis. sed tu, dandosne putes hos libros Varroni, etiam atque etiam uidebis. mihi quaedam occurrunt; sed ea coram.

XX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 A Caesare litteras accepi consolatorias datas pridie Kal. Maias Hispali. de urbe a⟨u⟩genda quid sit promul-

1 catoni **M**[4](?)**bs**[2] antonio **ΔEPRIA**[2]**c***Rom*. *cfr ad Brut*. IX 7, 3 (= I 2, 3) daremus **IA**[2] ΑΖΗΛΟΓΠΗΤΟΝ (-ΟΤΠ-) **M**[1]**PR** ἀζηλότυπον (*sic* **bdmsA**[2]**c***Rom*.) ul' ἀζηλοτύπητον **M***corr*. 3 sis **EP** 4 erant ... uiderentur *om*. **E** *adscr*. rationabiliora (-lia **s**), *post* munus **M***corr*.**ds**

ut illi de his somniasse unquam **C** ut illi deus omni actum quam **PR** (*sed* deus *om*., *spat. rel*. **P**) in utili (inutili **bms**) deus omnia et unquam **ΔI** inutilia de iis omnia et iniqua **A**[2]**c***Rom*. 6 ἑρμαῖον **A**[2]**c** 8 measque *codd. Bosi* easque partes *i. e*. et ad partes, quae ad id phil. genus pertinent (*Thörnell; cfr Gurlittus Philol*. LXXVI *a*. 1920 *p*. 316 eiusque partes *i. e*. partes eius generis philosophiae); *alii aliter*, *cfr Plasbergius l. l. p*. 30 easque ... Antiochia *om*. **E** partes **dsPRI** partis **M bm***Rom*. parteis **A**[2]**c** 10 πιθανά *om*. **bdsA**[2]*Rom*. (*spat*. **ds**) ἀντιόχεια **A**[2]**c** 11 antiochi **M**[2]**bmsIA**[2]**c***Rom*. anthioci **M**[1]**EPR** anthiochiae **d** 12 sed ... coram *u*. 14 *om*. **E** 13 uarrone **M** *prius* etiam *om*. **Mdm**

EP. XX *cum superiore in unam coniunxit Schicheus 'Zu Cic:s Briefen', Progr. Berol. a*. 1905, *p*. 22 *et 'Jahresber. d. ph. Ver.'* XXXVI (*a*. 1908) *p*. 49, *sed cfr Sternkopfius 'Woch. f. kl. Phil.'* XXIII (*a*. 1906) *p*. 179

17 A ... Hispali *u*. 18 **E** 18 de urbe ... querentis *p*. 30,4 *om*. **E** de uerbe **Mdm** augenda **A**[2]**c***Rom*. agenda **ΔPRI**

gatum, non intellexi. id scire sane uelim. Torquato no-
stra officia grata esse facile patior eaque augere non desi-
nam. ad Ligarianam de uxore Tuberonis et priuigna neque 2
possum iam addere — est enim peruulgata — neque
Tuberonem uolo offendere; mirifice est enim φιλαίτιος.
theatrum quidem sane bellum habuisti. ego, ⟨et⟩si hoc 3
loco facillime sustentor, tamen te uidere cupio; itaque, ut
constitui, adero. fratrem credo a te esse conuentum. scire
igitur studeo, quid egeris.

De fama nihil sane laboro; etsi scripseram ad te tunc 4
stulte nihil melius; curandum enim non est. atque hoc: in omni uita sua quemque ⟨a⟩ recta conscientia trauersum unguem non oportet discedere, uiden quam φιλοσόφως? an tu nos frustra existimas haec in manibus habere? δεδῆχθαι te nollem, quod nihil erat. redeo enim rursus eodem. quicquamne me putas curare in toto, nisi ut ei ne desim? id ago scilicet, ut iudicia uidear tenere. μὴ γὰρ αὐτοῖς. uellem tam domestica ferre possem

1 id scire sane **PRc** sane id scire **O** id sane scire **ΔIA**^{2}*Rom.* 3 ad ligarianam **OPRCZ**^{b} *om.* **ΔIA**^{2}**c***Rom.* tiberonis **Mm**^{1} 4 addere **MdmsPRZ**^{b}**Ic***Rom.* abdere **bA**^{2} enim] enim res **IA**^{2}**c** peruolgata **Mbm***Rom.* 5 offendere *Ernestius*: defendere **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* *adscr.* contentiosus **M***corr.***ds** 6 etsi **A**^{2}**c***Rom.* si **ΔRI** sed **P** 8 *post* adero *add.* Vale (*sequ. noua ep.*) **c** 9 studio **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{8} 10 tunc] tu ne **M**^{1}**ds** *om.* **R** 11 melius. curandum enim non **ΔC***Rom.* enim curandum melius non **FPR** enim melius curandum (*om.* non) **IA**^{2}**c** est atque] extat quo **PR** 12 a recta **M**^{2}**bmsA**^{2}**c***Rom.* recta **M**^{1}**PR** arrepta **d** a nostra **I** 13 trauersum **M**^{1}**PR** transuersum **M**^{2}, *rell.* oportere *nonnulli codd. Mal.* uide **PR** 14 φιλοσόφως *uulg.*: philosophos **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* an tu nos *Victorius*: ancunos **Md** autunos **bms** aut tu nos **PRI** haud tu nos **A**^{2}**c***Rom.* 15 ΑϾΙΑΗΧΘΑΙ **R** δεδείχθαι **A**^{2}**c***Rom.* δεδεῖχθαι, seu δεδῆχθαι . . . uide an sit scribendum δειδίττεσθαι . . . uel δεδιέναι *Crat. ind. Gr.* δειδίττεσθαι **A**^{2} *in marg.* te] te eo *Wesenb. Em. alt. p.* 132, *sed cfr Comm. Tull. p.* 163 nolem **M**^{1}**PR** 16 in toto *dubitans retinui; uaria temptarunt, u. edd. ad l., Schicheum Progr. Berol. a.* 1905 *p.* 26 17 ago scilicet **O**^{1}**PRC** agnosci licet **ΔO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* 18 μὴ γὰρ αὐτοῖς *om.* (*spat. rel.*) **bds***Rom.* facere **bm***Rom.*

quam ista contemnere. putas autem me uoluisse aliquid, quod perfectum non sit? non licet scilicet sententiam suam. sed tamen, quae tum acta sunt, non possum non probare, et tamen non curare pulchre possum, sicuti facio. sed nimium multa de nugis.

XXI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Ad Hirtium dederam epistulam sane grandem, quam scripseram proxime in Tusculano. huic, quam tu[m] mihi
2 misisti, rescribam alias. nunc alia malo. quid possum de Torquato, nisi aliquid a Dolabella? quod simul ac, continuo scietis. expectabam hodie aut summum cras ab eo tabellarios; qui simul ac uenerint, mittentur ad te. a Quinto expecto; proficiscens enim e Tusculano VIII Kal., ut scis, misi ad eum tabellarios.

3 Nunc ad rem ut redeam, inhibere illud tuum, quod ualde mihi adriserat, uehementer displicet. est enim uerbum totum nauticum. quamquam id quidem sciebam, sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges iussi. id non esse eius modi didici heri, cum ad uillam nostram nauis appelleretur. non enim sustinent sed alio modo remigant. id ab ἐποχῇ remotissimum est. qua

1 contempnere **MsR** 2 silicet **M**, *ut saepe* *post* suam *add.* mutare *Wesenb. Em. alt. p.* 132, habere *audiri censet O. E. Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 322, dicere *Tyrr.-Purs.* 3 sed tamen (tam **I**) quae tum **I** **A**^{2}**c**, *item* **M***corr. recentior, ut uid.* sed tamen qu(a)e **bms***Rom.* qu(a)e tum sed tamen **M**^{1}**dPR** 4 pulcre **MR**

EP. XXI. *Deest* **E** 10 tu mihi **Ic***Rom.* tum mihi **ΔZ**^{b} mihi tu **PR** tu **A**^{2} 11 alia **O**^{1}**PRc** alias **ΔO**^{2}**IA**^{2}*Rom.* 12 *post* simul ac *uerbum excidisse* (cognouero *uel sim.*) *existimant J. C. Jones Arch. Woelffl.* XIV (*a.* 1906) *p.* 94, *alii*; simul accepero *coni. Muell.; ellipsin def. Lehm. Quaest. Tull. p.* 67 13 scieris **A**^{2}, *quod spernendum esse monet Madu. Op. ac.*^{2} *p.* 477 aut] aut ad **PA**^{2}**c** 14 a te **M**^{1}**R** a Quinto quoque *Lehm. l. l. p.* 103 16 missi **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{8} et misi **PR** 20 inhibere **s**, *Corradus*: inhiberi **MbdmPR** *codd. Mal.* **IA**^{2}**c***Rom.*

23 ἐποχῇ *uulg.*: epoche **ΔPRIc***Rom.* ἐποχῆς **A**^{2} remotissumum **M**

re facies, ut ita sit in libro, quem ad modum fuit. dices hoc idem Varroni, si forte mutauit. nec est melius quicquam quam ut Lucilius:

sustineas currum, ut bonus saepe agitator, equosque.

semperque Carneades προβολὴν pugilis et retentionem aurigae similem facit ἐποχῇ. inhibitio autem remigum motum habet et uehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim. uides, quanto haec diligentius curem quam aut de rumore aut de Pollione. de Pansa etiam, si quid certius — credo enim palam factum esse[t] —, de Critonio, si quid † esset certe ne de Metello et Balbino.

XXI a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Dic mihi, placetne tibi primum edere iniussu meo? 1 (4)
hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is qui Platonis libros solitus est diuulgare, ex quo λόγοισιν Ἑρμόδωρος. quid? illud rectumne existima⟨s⟩ cuiquam ⟨ante quam⟩ Bruto? cui te auctore προσφωνῶ. scripsit enim Balbus ad me se a te quintum DE FINIBVS librum descripsisse; in quo non sane multa mutaui sed tamen quaedam. tu autem com-

2 Varroni si **bIA^{2}c***Rom.* uarro nisi **MdmsPR** Varroni nisi *Ant.* 3 Lucilius *Malaspina:* lucullus **ΔPRIA^{2}c***Rom.* 4 *Lucil.* 1305 *Marx* sustineas **M^{1}PR** sustineat **M^{2}**, *rell.* equosque *post* currum **IA^{2}** equos **bs***Rom.* 5 *adscr.* presidium **M***corr.***ds** 6 ἐποχῇ *Victorius:* ЄΠΟΛΑΙ **MmPR** ἐποχάς **C** ἐποχὴν ἑρμοδώρου **A^{2}c** *om.* **bds***Rom.* (*spat.* **bd**) 8 h(a)ec **O^{1}PRc** hoc **ΔO^{2}IA^{2}***Rom.* 9 de Rumone aut **IA^{2}c** (de *add.* **c**) polione **MdR** *talia non semper notaui post h. u. dist.* **bdsPIA^{2}c***Rom.* 10 esse **IA^{2}c** esset **ΔPR***Rom.* 11 si quid esset certe ne de **ΔPRIA^{2}c***Rom.* *uaria temptarunt, cfr Muell. et Tyrr.-Purs. ad l.* et de **IA^{2}** *post* Balbino *nota interrogandi* **Δ**

EP. XXI a. *Nouam ep. fecit Schicheus Herm.* XVIII (*a.* 1883) *p.* 603 15 hermodory **M^{1}** faciebatis qui **M^{1}R** 16 *adscr.* sermonibus hermodorus (-ori **s**), *post* alloquor **M***corr.***ds** qui **ms** *distinxi cum Muell.; cfr p.* 17,5 17 existimas **A^{2}c***Rom.* existima **ΔPRI** cuiquam ante quam *Victorius:* qui quam **M** quicquam *rell.* 18 ΠΡΟϹΦωΝωΙ **M^{1}PR** 20 quaedam addidi. Tu **IA^{2}c**

mode feceris, si reliquos continueris, ne et ἀδιόρθωτα habeat Balbus et ἕωλα Brutus. sed haec hactenus, ne uidear περὶ μικρὰ σπουδάζειν. etsi nunc quidem maxima mihi sunt haec; quid est enim aliud?

Varroni quidem quae scripsi te auctore, ita propero mittere, ut iam Romam miserim describenda. ea si uoles, statim habebis. scripsi enim ad librarios, ut fieret tuis, si tu uelles, describendi potestas. ea uero continebis, quoad ipse te uideam; quod diligentissime facere soles, cum a me
(5) 2 tibi dictum est. quo⟨d⟩ modo autem fugit me tibi dicere, mirifice Caerellia studio uidelicet philosophiae flagrans describit a tuis; istos ipsos DE FINIBVS habet. ego autem tibi confirmo — possum falli, ut homo — a meis eam non habere; numquam enim ab oculis meis afuerunt. tantum porro aberat, ut binos scriberent: uix singulos confecerunt. tuorum tamen ego nullum delictum arbitror itemque te uolo existimare; a me enim praetermissum est, ut dicerem me eos exire nondum uelle. hui, quam diu de nugis! de re enim nihil habeo quod loquar.

(6) 3 De Dolabella tibi adsentior. coheredes, ut scribis, in Tusculano. de Caesaris aduentu scripsit ad me Balbus,

1 ἀδιόρθωτα **C** ΑΔΙΟΡΟωΤΑ **M**[1]**PR** (ΑΛΪωρ- **P**) ἀδωρότατα **M**[2]**bdmsA**[2]**c***Rom.*, *Crat. ind. Gr* sed, *inquit*, rectius legas ἀδιόρθωτα *adscr.* indonata (non donata **ds**) *post* obsoleta *et* circa minima sollicitum (-us **s**) esse **M***corr.***ds** 6 de scribenda **M**[1] scribenda **PI** 8 quod **M**[1] 9 ad me **M**[1]**dR** 10 est **PR***Ant.* sit *rell.* quod modo *Schicheus 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XXV (*a.* 1899) *p.* 349: quomodo **ΔIA**[2]**c** *Rom.* cum **R**, *codd. Bosi* tum **P** quum *Ant.* quod *Muretus* quomodo ... dicere? **A**[2]**c**, *alii* dicerem **MdmR** 11 cerellia **R** cerrellia **P** c(a)erelia **bsA**[2]**c***Rom.* Carelia **Mdm** Cornelia uero **I** 13 homo a meis *Malaspina*: homo a mis **Z**[bl β] homo annis **PR***Ant.* (añs *Ant.*) humanus **ΔIA**[2]**c***Rom.* non] a meis librariis non *Rom.* 14 afuerunt **Z**[l] abfuerunt **M**[2]**bdmslA**[2]**c***Rom.* affuerint **M**[1]**PR** 16 ego **Z**[b]**c** eo **ΔPRIA**[2]*Rom.* idemque **Z**[b](?) 17 est] sit **M**[1] deicerem **Md** me *om.* **IA**[2]**c** 18 hui] habui **P** hi **M**[1], *corr.* **M**[2] hic **I** 20 De] De .A. **MI** coheredes *uulg.*: cum h(a)eredes **ΔPRIA**[2]**c***Rom.* 21 aduentuṣ **M**

non ante Kal. Sextilis. de Attica optime, quod leuius ac le-
uius et quod fert εὐκόλως. quod autem de illa nostra cogita- 4 (7)
tione scribis, in qua nihil tibi cedo, ea, quae noui, ualde probo,
hominem, domum, facultates. quod caput est, ipsum non
noui, sed audio laudabilia, de Scrofa etiam proxime. accedit,
si quid hoc ad rem, εὐγενέστερος est etiam quam pater. coram
igitur, et quidem propenso animo ad probandum. accedit
enim, quod patrem, ut scire te puto, plus etiam, quam non
modo tu sed quam ipse scit, amo, idque et merito et iam diu.

XXII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

De Varrone non sine causa quid tibi placeat tam di- 1
ligenter exquiro. occurrunt mihi quaedam, sed ea coram.
te autem ἀσμεναίτατα intexo faciamque id crebrius; proxi-
mis enim tuis litteris primum te id non nolle cognoui. de 2
Marcello scripserat ad me Cassius antea, τὰ κατὰ μέρος
Seruius. o rem acerbam! ad prima redeo. scripta nostra 3
nusquam malo esse quam apud te, sed ea tum foras dari,
cum utrique nostrum uidebitur. ego et librarios tuos culpa
libero neque te accuso, et tamen aliud quiddam ad te

1 Sextilis] *cfr Drum.-Groebe 'Gesch. Roms'* III^2 *p.* 590 leuius ac leuius **MPRZ**^{1} lenius ac lenius **m** leuius ac lenius **bdsIA**^{2}**c***Rom.* (et *Rom.*) 2 *adscr.* faciliter **M***corr.***ds** 3 cedo **ΔFPR***Ant.* **C***Rom.* credo **IA**^{2}**c** 5 laudabilia. De Scrofa **c***Rom.* laudabuta de crofa **Δ** laudabit ita de croffa **PR** (cropha **P**) laudabiliora. De Scrofa **IA**^{2} 6 *adscr.* nobilior **M***corr.***ds** 7 quidem *post* coram **I**, *post* propenso **A**^{2} 9 et iam **sIA**^{2}**c** etiam *rell.*

EP. XXII. *Deest* **E** 12 quid tibi placeat non sine causa **bm** *Rom.* 14 ACMЄNAITATA **M**^{1}**PR** ἀσμενέστατα **M**^{2}**bdmsA**^{2}**c***Rom.*, *Crat. ind. Gr.* *adscr.* placidissima **M***corr.***ds** intexo **M**^{1}**PRZ**^{b}**I** intex **M***corr.***dm** *post* intex *uestigia unius litterae* (-o *uel* -e) *in* **M** intexui **bsA**^{2}**c***Rom.*, *uulg.* 16 cassius **M***corr.*(?)**bPRIA**^{2}**c** cossius **M**^{1}**dms** *Rom.* *adscr.* singillatim **M***corr.***ds** 17 o *codd. Bosi*, **c** *om.* **ΔOPRIA**^{2} *Rom.*, *Flickingerus l. l. p.* 291 *cfr ad p.* 7, 17 18 tum **MdRI** tamen **P** timui **bmsA**^{2}**c***Rom.* 19 uidebitur **O**^{1}**PRIA**^{2}**c** uibetur (iub-) **ΔO**^{2} *Rom.* et libros tuos librarios tuos **M**^{1}

scripseram, Caerelliam quaedam habere, ⟨quae nisi a te habere⟩ non potuerit. Balbo quidem intellegebam sat faciendum fuisse; tantum nolebam aut obsoletum Bruto aut Balbo inchoatum dari. Varroni, simul ac te uidero, si tibi uidebitur, mittam; quid autem dubitarim, cum uidero te, scies.

4 Attributos quod appellas, ualde probo. te de praedio Ouiae exerceri moleste fero. de Bruto nostro perodiosum, sed uita fert. mulieres autem uix satis humane, quae inimico animo ferant, cum utraque officio pareat. Tullium scribam nihil fuit quod appellares; nam tibi mandassem, si fuisset. nihil enim est apud eum positum nomine uoti, sed est quiddam apud illum meum. id ego in hanc rem statui conferre. itaque et ego recte tibi dixi, ubi esset, et tibi ille recte negauit. sed hoc quoque ipsum continuo adoriamur. lucum hominibus non sane probo, quod est desertior, sed habet εὐλογίαν. uerum hoc quoque, ut censueris, quippe qui omnia. ego, ut constitui, adero, atque utinam tu quoque eodem die! sin quid — multa enim —, utique postridie. etenim coheredes; a quis sine te opprimi
5 militia est. alteris iam litteris nihil ad me ⟨de⟩ Attica. sed id quidem in optima spe pono; illud accuso, non te

1 cerelliam **R** cerreliam **P** cereliam *rell.* (-ia **dsI**, cæ- **b**) quaedam ad te habere **ds** quae nisi a te habere *uulg.*: quae nisi a te **A**^{2}c*Rom.* *om.* **ΔPRI** (*de ed. Iens. errant edd.*) 2 sat **MdmsCZ**$^{\beta}$ satis **bPRIA**^{2}c*Rom.* 3 *prius* aut] ut aut **IA**^{2}c 4 incoatum **Mdm** 5 te uidero **bm***Rom.* 6 attributos **P** ad tributos **MdmR** ad tribunos **bsIA**^{2}c*Rom.* appelles **IA**^{2} probo **bsIA**^{2}c*Rom.* probe **MdmPR** *cfr p.* 6, 20; 31, 3; *Woelfflinus 'Lat. u. rom. Comp.' p.* 9; *Muell. ad l.* 7 Ouiae *Schuetzius*: aui(a)e **ΔRIA**^{2}c*Rom.* a me **P** 8 uita fert] *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* humanae **bc**, *Wesenb.* 9 Tulium **MmP** 13 et ego *om.* **IA**^{2} tibi recte **bIA**^{2}c*Rom.* 14 recte ille **b**, *codd. Mal.* sed *om.* **IA**^{2} 15 lucum *Bosius*: locum **ΔPRIA**^{2}c*Rom.* *cfr* XIII 29, 1 (2) hominibus] *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 16 *adscr.* probabilem rationem **M***corr.***ds** 18 eadem **c** sin (quid enim multa?) **IA**^{2}c 19 a quibus **s** *cfr* X 11, 2; 3; *ep.* XI 16, 3 si ne **Mm** 20 militia **ΔPRZ**^{1}*Rom.* malitia **IA**^{2}c, *Wesenb. Em. alt. p.* 132, *alii* militia . . . quod esset: res laboriosa, molesta *Orellius* *cfr O. E. Schmidtius Mus. Rh.* LIII (*a.* 1898) *p.* 216 de **IA**^{2}c *om.* **ΔPR***Rom.* 21 in] mihi in **IA**^{2}c

sed illam: ne salutem quidem. at tu et illi et Piliae plurimam, nec me tamen irasci indicaris. epistulam Caesaris misi, si minus legisses.

XXIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Antemeridianis tuis litteris heri statim rescripsi; nunc 1
respondeo uespertinis. Brutus mallem me arcesseret; nam et aequius erat, cum illi iter instaret et subitum et longum, et me hercule nunc, cum i[s]ta simus adfecti, ut non possimus plane simul uiuere — intellegis enim profecto, in quo maxime posita sit συμβίωσις —, facile patiebar nos potius Romae una esse quam in Tusculano.

Libri ad Varronem non morabantur; sunt enim [d]effecti, 2
ut uidisti; tantum librariorum menda tolluntur. de quibus libris scis me dubitasse, sed tu uideris. item, quos Bruto mittimus, in manibus habent librarii.

Mea mandata, ut scribis, explica. quamquam ista re- 3
tentione omnis ait uti Trebatius; quid tu istos putas? nosti domum. qua re confice εὐαγώ⟨γω⟩ς. incredibile est, quam ego ista non curem. omni tibi adseueratione adfirmo, quod mihi credas uelim, mihi maiori offensioni esse quam delectationi possessiunculas meas. magis enim doleo me non

2 me] tue **s** *om.* **bm***Rom.* iudicaris **PIA²** uidearis **s**
EP. XXIII. *Deest* **E** 6 ante me meridianis meis **M¹**, *corr.* **M²**
7 respondebo **IA²** malem **M¹**, *corr.* **M²c⁸** et me **PR** arcesseret **MmPI***Rom.* accerseret **bdsA²c** (-rit **b**) acerseret **R** nam **ΔPRIA²c** *Rom.* *om. plerique edd.* 9 me hercule **MbdmPR** mehercule *rell.* ita **bsPIA²c***Rom.* ista **MdmR** 11 in **OPR** *codd. Mal.* **Zᵝc·** *om.* **ΔIA²***Rom.* *adscr.* conuictus **M***corr.***d** 13 effecti **I** deffecti **MR** defecti **bdmsPA²c***Rom.* *cfr p.* 31,17 *alii aliter*, *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 14 menda librariorum **IA²** 15 tu] tu tamen **PR** *codd. Mal.* 16 *sq.* librarii. Mea **IA²c** librarii. ea *Rom.* librum. mea **PR** librum. ea **Δ** 18 ait uti] ait ut ei **MdmsRI***Rom.* ut ait ei **PA²c** ait **b** 19 qua re *Lambinus*: qua **Mbdm** quam **sPRIA²c***Rom.* εὐαγώγως *Bosius*: ΕΥΑΓΩC **MPRZᵇ** εὐαγῶς **bdmsA²c**, *Crat. ind. Gr.* ευλογως *Rom.* εὐλαβῶς **Z¹**
20 quod **M¹PRIA²c** quo **M***corr.*, *rell.*

habere, cui tradam, quam habere, qui utar. atque illud Trebatius se tibi dixisse narrabat; tu autem ueritus es fortasse, ne ego inuitus audirem. fuit id quidem humanitatis, sed, mihi crede, iam ista non curo. qua re da te in sermonem et perseca et confice et ita cum Polla loquere, ut te cum illo Scaeua loqui putes ne⟨c⟩ existimes eos, qui non debita consectari soleant, quod debeatur remissuros. de die tantum uideto, et id ipsum bono modo.

XXIV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Quid est, quod Hermogenes mihi Clodius Andromenem sibi dixisse se Ciceronem uidisse Corcyrae? ego enim audita tibi putaram. nil igitur ne ei quidem litterarum? an non uidit? facies ergo, ut sciam.

Quid tibi ego de Varrone rescribam? quattuor διφθέρ[ι]αι sunt in tua potestate. quod egeris, id probabo. nec tamen αἰδέομαι Τρῶας. quid enim? sed ipsi quam res illa probaretur, magis uerebar. sed quoniam tu suscipis, in alteram aurem.

1 quoi **Mm** *post* quam *add.* delector *Rom.*, gaudeo *I. Fr. Gronouius, alii; post* utar *add.* laetor *Lamb., alii, fort. recte, sed cfr Tyrr.-Purs. ad l., Plasbergius de nat. deor.* II 64, 162 3 inuitus **M***corr.***A**^{2}**c***Rom.* inultus **Δ** (*sed* **M**^{1} *fort.* multus) multus **I** multis **PR** 4 date **M**^{1} **PR** *cfr Com. Rom. fragm. p.* XLIV^{2} *Ribb.* 5 et ita cum polla **OPR** excita compella **ΔIA**^{2}**c***Rom.* (-lle **ds***Rom.*) 6 te cum illo Sceua loqui **A**^{2}**c** te cum (tecum) illo Sceuallo qui **ΔI***Rom.* (-alo *Rom.*) te cum illo sceualo (-uola **R**) qui **OR** te cum illo scenalo (*om.* qui) **P** nec *Corradus, Wesenb. Em. p.* 26: ne **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* eos *om.* **RIA**^{2} 8 uidero **I**

EP. XXIV. *Deest* **E** 11 Andromedem **IA**^{2} 12 corcyr(a)e (-cir-) **O**^{1}**PRIA**^{2}**c** currere **ΔO**^{2}*Rom.* (*sed* citeræ **b**) 14 *post* sciam *add.* Vale, *a* Quid *noua ep.* **c** 15 διφθέραι **A**^{2}**c***Rom.* ΔΙΦΘЄΡΙΑΙ (διφθερίαι) **ΔPRZ**^{1}, *codd. Bosi* *adscr.* libri l' uolumina l' membrane **M***corr.*, libri uel membrane **ds**, *post* uereor troas **M***corr.***ds** (troianos **ds**) 16 quid **IA**^{2} 17 *Hom. Il.* VI 442

De retentione rescripsi ad tuas accurate scriptas litte- 2 (XXV 1)
ras. conficies igitur, et quidem sine ulla dubitatione aut retrectatione. hoc fieri et oportet et opus est.

XXV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

De Andromene, ut scribis, ita putaram. scisses enim 1
mihique dixisses. tu tamen ita mihi de Bruto scribis, ut 2
de te nihil. quando autem illum putas? nam ego Romam pridie Idus. Bruto ita uolui scribere — sed quoniam tu te legisse scribis, fui fortasse ἀσαφέστερος —, me ex tuis litteris intellexisse nolle eum me quasi prosequendi sui causa Romam nunc uenire. sed quoniam iam adest meus aduentus, fac, quaeso, ne quid eum Idus impediant, quo minus suo commodo in Tusculano sit. nec enim ad tabulam eum desideraturus eram — in tali enim negotio cur tu unus non satis es? — sed ad testamentum uolebam, quod iam malo alio die, ne ob eam causam Romam uenisse uidear. scripsi igitur ad Brutum iam illud, quod putassem, Idibus nihil opus esse. uelim ergo totum hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ulla Bruti commodum impediamus.

Sed quid est tandem, quod perhorrescas, quia tuo 3
periculo iubeam libros dari Varroni? etiam nunc si dubitas,

1 De . . . opus est *huic epistolio add. Schicheus Herm.* XVIII (*a.* 1883) *p.* 607 *sq., O. E. Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 328 litteras scriptas **IA**^{2}
2 sine **bsPIA**^{2}**c***Rom.* si **MdmR** 3 retrectatione **C** retractatione **MdmsP***Rom.* retrottatione **R** retractione **bIA**^{2}**c**
EP. XXV. 6 De . . . querentis *p.* 30,4 *om.* **E** scripsisses **A**^{2}**c***Rom.*
7 mihi qu(a)e **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* (*sed* qu(a)e mihi **bs**) didicisses **A**^{2}**c** *Rom.* 9 Idus.] id *Rom.* Vale *add.* **c** Bruto ita uolui **OPR** *Ant.***Z**$^{\beta}$**c** (*noua ep.* **c**) ita uolui Bruto **ΔIA**^{2}*Rom.* 10 *adscr.* obscurior **M** *corr.***ds** 11 eum] cum **PR** enim **bm** 12 nunc *om.* **bm***Rom.* 13 fac] tu fac **PR** 16 cur tu *uulg.*: cultu **ΔPRI***Rom.* cultus **A**^{2}**c** est **bm**^{1}**s***Rom.* 19 potassem **M**^{1} 22 perhorrescas (-ore- **M**)? quia **ΔIA**^{2}**c**

fac ut sciamus. nihil est enim illis elegantius. uolo Varronem, praesertim cum ille desideret; sed est, ut scis,

δεινὸς ἀνήρ· τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο.

ita mihi saepe occurrit uultus eius querentis fortasse uel hoc, meas partis in iis libris copiosius defensas esse quam suas, quod me hercule non esse intelleges, si quando in Epirum ueneris. nam nunc Alexionis epistulis cedimus. sed tamen ego non despero probatum iri Varroni et id, quoniam impensam fecimus in macrocolla, facile patior teneri. sed, etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. qua re, si addubitas, ad Brutum transeamus; est enim is quoque Antiochius. o Academiam uolaticam et sui similem, modo huc, modo illuc! sed, quaeso, epistula mea ad Varronem ualdene tibi placuit? male mi sit, si umquam quicquam tam enitar. ergo [at ego] ne Tironi quidem dictaui, qui totas περιοχὰς persequi solet, sed Spintharo syllabatim.

1 ut *om.* **c** enim est illis **IA**^{2} enim illis est **c** illi se legantius **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 3 ANATION **M**^{1}**PR** AITIOOITO **M**^{1}**P** AITIC **R** *adscr.* grauis uir (uox **s**) forte etiam insontem accusaret **M***corr.***ds** *Hom. Il.* XI 654 4 eius **bdsP***Rom.* ei es **MmR** ei est **I** eius est **A**^{2}**c** fortasse (uel hoc *om.*) meas] *accedit* **E** 5 partes **dsE** in iis **M**^{2}**mRI***Rom.* in hiis **E** in his *rell.* parcissimis *pro* p. in iis **M**^{1} 6 me hercule **MEPR** mehercule *rell.* non esse intelliges **EOPRc**, *codd. Bosi* intelliges non esse **ΔIA**^{2}*Rom.* si . . . addubitas *u.* 11 *om.* **E** 8 sed ego tamen **R** sed ego cum **P** 9 quoniam] ipsum **dR** macrocolla **sA**^{2}**c***Rom.* macro colla *rell.*, *sed* Marco Colla **I** 11 dubitas **PR** ad] *accedit* **E** 12 o *om.* **E** 13 illud **M**^{1} 14 male . . . absoluatur *p.* 31,8 *om.* **E** mi sit **M**^{2}**c**^{s}**bs***codd. Mal.***I** misit **M**^{1}**mPR***Rom.* misi **d** mihi sit **A**^{2}**c** 15 ergo *Bootius*: ergo at ego **ΔPR***Rom.* (ut **s**) ergo ego **IA**^{2}**c** ergo *etiam* **Z**^{b}, *sed de sequentibus tacet Bosius* at ego *e glossa marginali ortum esse* (al'. ego) *uidit Bootius; alii aliter, sed cfr Schicheus 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XXX (*a.* 1904) *p.* 383, *Sternkopfius Ann. Burs. a.* 1908 *p.* 54 16 *adscr.* circumstantias **M***corr.***ds** sequi **bm***Rom.* spintharo **bRZ**$^\beta$**c** spintaro **Mdms***Rom.* Spinthero **IA**^{2} (-te- **I**) spurtario **P** silabatim **Mdm** Vale *add.* **c**

XXVI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 De Vergili parte ualde probo. sic ages igitur. et quidem id erit primum, proximum Clodiae. quod si neutrum, metuo, ne turbem et inruam in Drusum. intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosti. itaque reuoluor identidem in Tusculanum. quiduis enim potius, quam ut non hac aestate absoluatur.

2 Ego, ut tempus est nostrum, locum habeo nullum, ubi facilius esse possim quam Asturae. sed quia qui mecum sunt — credo, quod maestitiam meam non ferunt — domum properant, etsi poteram remanere, tamen, ut scripsi tibi, proficiscar hinc, ne relictus uidear. quo autem? Lanuuio conor equidem in Tusculanum. sed faciam te statim certiorem. tu litteras conficies.

Equidem credibile non est quantum scribam, quin etiam noctibus. nihil enim somni. heri etiam effeci epistulam ad Caesarem; tibi enim placebat. quam non fuit malum scribi, si forte opus esse putares; ut quidem nunc est, nihil sane est necesse mittere. sed id quidem, ut tibi

EP. XXVI. *Noua ep.* **c** *continuant rell.* 3 De . . . absoluatur *u.* 8 *om.* **E** Vergili **MmPR** Vergilii *Rom.* Virgilii **bdsIA**^{2}**c** et quidem **M***corr.***bPRC** equidem *rell.* (*sed* qui- **d**) 4 erat **IA**^{2}**c**, *corr.* **C** proximum **C** maximum **ΔP***Rom.* et maximum **RIA**^{2}**c** 5 ne turbem **PRIA**^{2}**c** (-be **P**) nec urbem **Δ***Rom.* 8 obsoluatur **M** 9 Ego] *accedit* **E** locum nostrum **bm** 10 ad sture (adst-) **M**^{1}**dR** ascurae **s** Asturie *Rom.* *talia non semper notaui* *cfr* III 2 13 proficiscor **iA**^{2} quo . . . conficies *u.* 15 *om.* **E** Lanuuio? conor equidεm **s** (*in marg.*) **A**^{2}**c***Rom.* (-ner **A**^{2}) lanio conor equidem **Δ** (*sed* lanuuio **b**; -nore **M**^{1}?) laminio coner equidem **I** lanuui honore quidem **PR** (*sed* lauinni **P**); laniuo *ex* **O**^{1}, lanio **O**^{2} *adnotauit Lehm. De Cic:is epp. p.* 37; Lanuuium? *codd. Bosi*; Lauinum *aliquot codd. Mal.* *cfr* XII 46, 1 *distinxit Schicheus Herm.* XVIII (*a.* 1883) *p.* 590 16 *post* scribam *add.* die **IA**^{2}**c** *cfr Wackernagel Glotta* II (*a.* 1910) *p.* 3 17 nihil est enim **A**^{2}**c***Rom.* 18 *post* Caesarem *inserta* nobis uero semper rectissime *ex p.* 32, 5 **ds** tibi . . . uenerit XIII 28, 1 *om.* **E**

uidebitur. mittam tamen ad te exemplum fortasse Lanuuio, nisi forte Romam. sed cras scies.

XXVII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 De epistula ad Caesarem nobis uero semper rectissime placuit, ut isti ante legerent. aliter enim fuissemus et in hos ⟨in⟩officiosi et in nosmet ipsos, si illum offensuri fuimus, paene periculosi. isti autem ingenue; mihique gratum, quod qui⟨d⟩ sentirent non reticuerunt, illud uero uel optime, quod ita multa mutari uolunt, ut mihi de integro scribendi causa non sit. quamquam de Parthico bello quid spectare debui, nisi quod illum uelle arbitrabar? quod enim aliud argumentum epistulae nostrae nisi κολακεία fuit? an si ea, quae optima putarem, suadere uoluissem, oratio mihi defuisset? totis igitur litteris nihil opus est. ubi enim ἐπίτευγμα magnum nullum fieri possit, ἀπότευγμα uel non magnum molestum futurum sit, quid opus est παρακινδυνεύειν? praesertim cum illud occurrat, illum, cum antea nihil scripserim, existimaturum me nisi toto bello confecto nihil scripturum fuisse. atque etiam uereor, ne putet me hoc quasi Catonis μείλιγμα esse uoluisse. quid quaeris? ualde me paenitebat, nec mihi in hac quidem re quicquam

1 lanuuio **bmsRA²c***Rom.* lanuio **Md** lauinno **P** laminio **I** *talia non semper notaui; cfr Muell. ad p.* 31, 13 2 Vale *add.* **c**

EP. XXVII. *Noua ep.* **c**, *continuant rell.* *deest* **E** 5 De epistula (-ola) **Zβc** epistolam **ΔPRIA²***Rom.* De epistolā **O** (-la **O¹**?) *cfr Comm. Tull. p.* 101 7 inofficiosi **A²c***Rom.* officiosi **ΔPRI** 9 quid **A²c***Rom.* qui **ΔPRI** reticuerunt **bPRA²c***Rom.* (-rint **P**) retinuerunt **MdmsI** 10 nolunt **A²c** 11 parduco **M¹d** 12 nisi quid **Md** 13 κολακεία *uulg.*: colacia (-tia) **MbmR** collacia (-tia) **dsPI** Co(l)latia **A²c***Rom.* 14 putaram **IA²c** *cfr Wesenb. Em. p.* 28 15 totis] totis his **PRIA²c** ЄΠΙΤЄΥΜΑ **M¹PR** 16 ΑΠΟΤЄΥΡΜΑ **M¹R** (-ΡΛΜΑ **M¹**) ἀπότευγμα . . . sit *om.* **P**, uel . . . παρακινδυνεύειν *om.* **R** *adscr.* consecutio optati, *post* non potiri optata *et* in periculo se ponere, *infra* miserationem **M***corr.***ds** 22 ualde] *cfr Bootius ad l., Lehm. 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XIV (*a.* 1888) *p.* 293 nec mihi **FP***Ant.* ne mi **R** ne cum **Δ** nec cum **I** nec enim **A²c***Rom.*

magis ut uellem accidere potuit, quam quod σπουδὴ nostra non est probata. incidissemus etiam in illos, in eis in cognatum tuum.

Sed redeo ad hortos. plane illuc te ire nisi tuo magno 2
commodo nolo; nihil enim urget. quicquid erit, operam ⟨in⟩ Faberio ponamus. de die tamen auctionis, si quid scies. eum, qui e Cumano uenerat, quod et plane ualere Atticam nuntiabat et litteras se habere aiebat, statim ad te misi.

XXVIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Hortos quoniam hodie eras inspecturus, quid uisum 1
tibi sit, cras scilicet. de Faberio autem, cum uenerit. de 2
epistula ad Caesarem, iurato mihi crede, non possum; nec me turpitudo deterret, etsi maxime debebat. quam enim turpis est adsentatio, cum uiuere ipsum turpe sit nobis! sed, ut coepi, non me hoc turpe deterret. ac uellem quidem — essem enim, qui esse debebam —, sed in mentem nihil uenit. nam quae sunt ad Alexandrum hominum eloquentium et doctorum suasiones, uides, quibus in rebus uersentur. adulescentem incensum cupiditate uerissimae gloriae, cupientem sibi aliquid consilii dari, quod ad laudem sempiternam ualeret, cohortantur ad decus. non deest oratio; ego quid possum? tamen nescio quid e quercu exculpseram, quod uideretur simile simulacri. in eo quia non nulla erant paulo meliora quam ea, quae fiunt et facta sunt, reprehenduntur; quod me minime paenitet. si enim peruenissent istae litterae, mihi crede, nos paeniteret. quid? 3

1 accedere **Mds** *adscr.* studium **M***corr.***d**, studia **s** 4 magno cognoscis commodo **PR** 6 in *codd. Bosi, Lambinus om.* **ΔOPRI**A^2**c** *Rom.* 8 attica M^1**R**, *corr.* M^2c^s 9 Vale *add.* **c**

EP. XXVIII. *Noua ep.* **c**, *continuant rell.* 12 Hortos . . . uenerit *u.* 13 *om.* **E** uis tibi **PR** tibi uisum **ds** 13 silicet M^1**P** si licet **M***corr.* de] *accedit* **E** 15 deteret **I** (*item u.* 17) debeat **I**A^2 18 debeam Z^β 21 adoloscentem **M** in censu in M^1 22 cupientem] cupiditatem M^1 25 quia] quod **I**A^2

3 *Sjögren.*

tu non uides ipsum illum Aristoteli discipulum, summo ingenio, summa modestia, postea quam rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse? quid? tu hunc de pompa, Quirini contubernalem, his nostris moderatis epistulis laetaturum putas? ille uero potius non scripta desideret quam scripta non probet. postremo, ut uolet. abiit illud, quod tum me stimulabat, quom tibi dabam πρόβλημα Ἀρχιμήδειον. multo me hercule magis nunc opto casum illum, quem tum timebam, uel quem libebit.

Nisi quid te aliud impediet, mi optato ueneris. Nicias a Dolabella[m] magno opere arcessitus — legi enim litteras — etsi inuito me tamen eodem me auctore profectus est.

(XXIX 1) 4 Hoc manu mea: cum quasi alias res quaererem de philologis e Nicia, incidimus in Talnam. ille de ingenio nihil nimis; modestum et frugi. sed hoc mihi non placuit: se scire aiebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Q. f., uetulam sane et multarum nuptiarum; non esse probatum mulieribus, quod ita reperirent, rem non maiorem $\overline{\text{DCCC}}$. hoc putaui te scire oportere.

1 illum ipsum **PR** aristoteli **M**^{1}, *ut uid.* aristotelis **M***corr.*, *rell.* (-til- **PR**) *cfr. Madu. de fin.* I 5, 14 disipulum **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 2 ingeniosum a **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 4 pumpa **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}c^s 6 desiderat **IA**^{2} 7 quom *Wesenb. Em. p.* 48: quod **ΔPRIA**^{2}c*Rom.* quom ... dicebat *p.* 47, 7 *om.* **E** 8 ΑΡΧΙΜΗΔΗΟΝ **M**^{1}**PR** (-ΛΙΟΗ **P**) *adscr.* problema archimedicum **M***corr.***ds** me hercule **MPR** mehercule *rell.* 9 quem tum **bsIA**^{2}c*Rom.* quam tum **MmR**, *Wesenb.* quantum **dP** timebat **M**^{1}**PR**, *corr.* **M**^{2} uel quem libebit *etiam* **Z**^{b} 10 mi] et mihi **A**^{2}c 11 a Dolabella **c** adolabellam **M**^{1} a dolabella (-lo-) in **M**^{2}c^s**bdmsIA**^{2}*Rom.* ad dolabellam **PR** accersitus **bds** 13 h(a)ec **bs***Rom.* cum ... oportere *u.* 19 *huic ep. add.* **c**, *Schicheus Herm.* XVIII (*a.* 1883) *p.* 597, *O. E. Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 292; *in uerbis* Hoc manu mea *desinit apud priores edd.*; *continuant* **ΔPRIA**^{2}*Rom.* 14 Talnam **C** *Rom.* tal. Nam **Δ** talem nam **PRI** Talenam **A**^{2}c Thalnam *alii* (*sic Fasti Cap.*) 16 Quinti **A**^{2}c*Rom.* F. (f.) **ΔPR** filiam **A**^{2}c*Rom.*, *uulg.* frater **I** 17 probatum *Malaspina*: probatam **ΔPRIA**^{2}c*Rom.* 18 $\overline{\text{DCCC}}$ **Mm** DCCC *rell.* 19 Vale *add.* **c**

XXIX
⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

De hortis ex tuis litteris cognoui et Chrysippo. in 1 (2)
uilla, cuius insulsitatem bene noram, uideo nihil aut pauca
mutata; balnearia tamen laudat maiora, de minoribus ait
hiberna effici posse. tecta igitur ambulatiuncula addenda
est, quam ut tantam faciamus, quantam in Tusculano
fecimus, prope dimidio minoris constabit isto loco. ad id
autem, quod uolumus, ἀφίδρυμα nihil aptius uidetur quam
luc[t]us, quem ego noram; sed celebritatem nullam tum
habebat, nunc audio maximam. nihil est, quod ego malim.
in hoc τὸν τῦφόν μου πρὸς θεῶν τροποφόρησον. reliquum
est, si Faberius nobis nomen illud explicat, noli quaerere,
quanti; Othonem uincas uolo. nec tamen insaniturum
illum puto; nosse enim mihi hominem uideor. ita male
autem audio ipsum esse tractatum, ut mihi ille emptor non
esse uideatur. quid enim? pateretur? sed quid argumentor? 2 (3)
si Faberi⟨an⟩um explicas, emamus uel magno; si m⟨in⟩us,
ne paruo quidem possumus. Clodiam igitur. a qua ipsa
ob eam causam sperare uideor, quod et multo minoris

EP. XXIX. *Noua ep.* **c**, *continuant rell.* *cfr ad p.* 34, 13 *deest* **E**
3 et ex *Orellius, alii* 4 pauca mutata **C** paucam aut ata **R** paucam aut (*spat.*) **P** paucam ut ad **ΔIA**^{2}**c***Rom.* (aut **A**^{2}**c**) 6 ambulatiuncula **bmA**^{2}**c***Rom.* ambulat uincula **MdsPRI** (-ant **I**; -ngu- **PR**) ambulatiunculae **F** *et tres alii codd. Mal.* 7 est **PRA**^{2}**c** sunt **ΔF** *et tres alii codd. Mal.* **I***Rom.* efficiamus **c** 8 facimus **PR** 10 lucus **A**^{2}**c***Rom.* luctus **ΔPRI** celebritatem **A**^{2}**c***Rom.* celeritatem **P** sceleritatem **ΔRI** 12 ΤΡΟΠΟΦΟΡΠΟΦΟΡΗϹΟΝ **M**^{1}**P** τροποφόνησον **bd***Rom.* (-φων- **b***Rom.*) 13 noli] nil **M**^{1}**I** 15 nos se **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} nosce **PR** 16 ita male *ante* tractatum *repetita postea delevit* **M** 17 quid enim? pateretur? *uulg.*: quid enim pateretur? **ΔIA**^{2}**c***Rom.* quid enim pateretur. **PR** 18 si] si enim **PR** Faberianum *uulg.*: Faberium **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* *cfr p.* 36, 3; 15; 37, 13; XII 29, 2 si minus **bmsI***Rom.* sin minus **A**^{2}**c** simus **MdPR** 19 nos possumus **PR** 20 sperare *Victorius*: spirare **C** si rare **ΔPRI** si errare **s** *in marg.* desiderare **A**^{2}**c***Rom.*

sunt et Dolabellae nomen tam expeditum uidetur, ut etiam repraesentatione confidam. de hortis satis. cras aut te aut causam; quam quidem ⟨confido⟩ futuram Faberianam. sed si poteris.

3 (XXX 1) Ciceronis epistulam tibi remisi. o te ferreum, qui illius periculis non moueris! me quoque accusat. eam tibi epistulam ** misissem; nam illam alteram de rebus gestis eodem exemplo puto. in Cumanum hodie misi tabellarium; ei dedi tuas ad Vestorium, quas Pharnaci dederas.

XXX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 (XXX 2) Commodum ad te miseram Demean, cum Eros ad me uenit. sed in eius epistula nihil erat noui nisi auctionem biduum. ab ea igitur, ut scribis. et uelim confecto negotio Faberiano, quem quidem negat Eros hodie; cras mane putat. ⟨a⟩ te colendus est; istae autem κολακεῖαι non longe absunt a scelere. te, ut spero, perendie.

1 tam *Bootius*: iam **Pc** nam *rell.* 2 confidam *Lambinus*: comidam **M** conidam **d** conudam **bm** quondam **s** commodam **PR** concludam **IA**^{2}**c** concidam *Rom.* cras . . . efficias ne *p.* 43, 13 *om.* **R**

3 confido *add. Muellerus*, puto *Baiterus, alii* 5 Ciceronis . . . dederas *u.* 9 *huic ep. adiungunt* **c**, *Schicheus l. l. p.* 597, *O. E. Schmidtius l. l. p.* 293, *sequenti priores edd. continuant* **ΔPIA**^{2}*Rom.* Q. Ciceronis *Lehm. Quaest. Tull. p.* 102 *sq.* 6 tibi epistolam misissem nam **ΔP***Rom.* epistolam tibi misi et **IA**^{2}**c** *ante* misissem *excidisse* nisi tuae simillima esset *uel sim. suspicatur Muell. Mus. Rh.* LIII (*a.* 1898) *p.* 135, nisi uenires (*coll. u.* 2) *Schicheus 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XXV (*a.* 1899) *p.* 349 Vale *add.* **c**

EP. XXX. *Noua ep.* **c**, *continuant rell. desunt* **ER** 12 Demeam cum **A**^{2}**c***Rom.* de me an quomodo **ΔPI** (& de **P**) *de* -eam *et* -ean *u. Muell. ad* XIII 49, 2 heros **bmIA**^{2} *in marg., item u.* 15 14 biduum *scil.* prolatam esse *cfr* XIII 14, 1 16 a **A**^{2}**c** *om.* **ΔPI***Rom.* istae **C** iste **P** ista **ΔIA**^{2}**c***Rom.* κολακεῖαι *uulg.*: ΚΟΛaΚЄΙΝ **M**^{1} ΚΟΛΚЄΙΝ **P** κολάζειν **M**^{2}**bdmsA**^{2}**c***Rom.* κολακίδες **C** κολάζειν uel κολακίδες *Crat. ind. Gr.* *adscr.* punire **M***corr.***ds** 17 te **Pc** *om.* **ΔIA**^{2}*Rom.* perendie. Mi **Z**^{b} perendiem **MdmsP** perendie **bIA**^{2}**c** perendini *Rom.*

Mi, sicunde potes, erues, qui decem legati Mummio 2 (3)
fuerint. Polybius non nominat. ego memini Albinum consularem et Sp. Mummium; uideor audisse ex Hortensio Tuditanum. sed in Libonis annali XIIII annis post praetor est factus Tuditanus quam consul Mummius. non sane quadrat. u⟨o⟩lo aliquem Olympia⟨e⟩ aut ubi uisum πολιτικὸν σύλλογον more Dicaearchi, familiaris tui.

XXXI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

V Kal. mane accepi a Demea litteras pridie datas, ex 1
quibus aut hodie aut cras ⟨te⟩ exspectare deberem. sed, ut opinor, idem [quod] ego, qui exspecto tuum aduentum, morabor te. non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiam si est futurum, ut ⟨non⟩ habeat aliquid morae. cum poteris igitur. quoniam etiamdum abes,

1 sic unde **MdP** erues **Zb A**^{2}**c** *Rom.* eruere **ΔPI** (erru- **M**^{1}**P**) erue *alii* decem] de te in **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 2 fuerint **FP** *Ant.*c*Rom.* fuerunt **ΔIA**^{2} Polybius **IA**^{2}**c***Rom.* polibius **ΔP** (*sed* porb- **M**^{1}) 3 Sp. **sA**^{2}**c** ·S·P· (·SP·) **MdmP** Spurium **b***Rom.* Publium **I** mumium **MmPA**^{2}**c** *talia non semper notaui* 4 Tuditanum *uulg.*: tuditano **ΔIA**^{2}**c***Rom.* tuditrio **P** *cfr ad p.* 5, 12 annis **M***corr.***bsIA**^{2}**c** *Rom.* · xnnis (*uel sim.*) **M**^{1}**dm** *om.* (*spat.*) **P** posprecor **M**^{1}**dm** 6 quadrat. uolo *Manutius*: quadratulo **ΔPIA**^{2}**c***Rom.* (-ullo **M**^{1}**b**) Olympiae *Manutius*: Olympia **ΔPIA**^{2}**c***Rom.* ubi erit (mihi) uisum *Wesenb. Em. alt. p.* 133 *alii aliter, cfr Muell. ad l.* *adscr.* politicum coetum **M***corr.***ds**

EP. XXXI. *Noua ep.* **c**, *continuant rell.* *desunt* **ER** 10 V **ΔI** *Rom.* Quinto **PA**^{2}**c** a demea **PIA**^{2}**c***Rom.* de mea **Δ** 11 te *ante* exsp. *add.* **A**^{2}**c***Rom.*, *post* exsp. *Orellius*: *om.* **ΔPI** 12 idem ego **M***corr.* idem quod ego **ΔPI** (*sed* id **m**) idem quoque ego **A**^{2}**c***Rom.* *cfr ad* XIII 1, 1 13 expecum **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{8} expertum **P** 14 *prius* futurum *om.* **IA**^{2} non **A**^{2}**c***Rom.* *om.* **ΔPI** *cfr ad* XIII 6 a 15 mor(a)e **M***corr.***bsA**^{2}**c***Rom.* mori **M**^{1}**dmP** moris **I** *post* igitur *dist. Madu.* (*u. Wesenb. Em. alt. p.* 133) quandiu *Rom.* etiam dum **MbmsPIA**^{2}**c** dum **d** etiam *Rom.* etiamnum (*sic Madu. ap. Wesenb. l. l.*) *uel* etiam nunc *Orellius, recc. edd.*, *sed* etiamdum abes *sensu idem quod* nondum ades

2 Dicaearchi quos scribis libros sane uelim mihi mittas; addas etiam καταβάσεως.

3 De epistula ad Caesarem κέκρικα: atque id ipsum, quod isti aiunt illum scribere, se nisi constitutis rebus non iturum in Parthos, idem ego suadebam in illa epistula. utrum liberet, facere posse[t] auctore m⟨e⟩. hoc enim ille exspectat uidelicet neque est facturus quicquam nisi de meo consilio. obsecro, abiciamus ista et semiliberi saltem simus; quod adsequemur et tacendo et latendo.

4 Sed adgredere Othonem, ut scribis. confice, mi Attice, istam rem. nihil enim aliud reperio, ubi et in foro non sim et tecum esse possim. quanti autem, hoc mihi uenit in mentem. C. Albanius proximus est uicinus. is CIↃ iugerum de M. Pilio emit, ut mea memoria est, HS |$\overline{\text{CXV}}$|. omnia scilicet nunc minoris. sed accedit cupiditas, in qua praeter Othonem non puto nos ullum aduersarium habituros. sed eum ipsum tu poteris mouere; facilius etiam, si Kanum haberes. o gulam insulsam! pudet me patris. rescribes, si quid uoles.

1 dice ac hi **M**[1], *corr.* **M**[2]c[s]   mi **M**[1]**bm***Rom.*   mihi **M**[s]**dsPIA**[2]**c**   2 *adscr.* descensus, *post* celtica **M***corr.***ds**   3 κέκρικα **Z**[β] (κέρικα *teste Clarkio*) KEKBIKA **M**[1]**PZ**[bl] κελτικὰ **bmsOA**[2]**c***Rom.* κελτικὰ κελτιβηρικὰ **M***corr.***d** κελτικὰ Gallica, sed legerim κεκρικὰ, ex fide ueteris codicis *Crat. ind. Graec.*   atque] *cfr Muell. ad l.*   5 suadebam] sua debebam **M**[1]   semper suadebam **PIA**[2]**c**   6 utrum **M**[1]   ut utrum **F**   ut uerum **P**   me utrum **M**[2]**bms** *duo codd. Mal.* **IA**[2]**c***Rom.* me iturum **d**   sin utrum *codd. Bosi*   in utrum **Z**[β]   posse *Manutius*: posset **ΔFPIA**[2]**c***Rom.*   auctore me *uulg.*: au(c)torem **M**[1]**P**   au(c)tore **M***corr.***bdmsIA**[2]**c***Rom.* *cfr Schicheus 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XXV (*a.* 1899) *p.* 369   9 adsequemur **P**   ad sequemur **M**   assequemur **M**[2], *rell.*   10 Othonem **bsIA**[2]**c***Rom.*   ottonem **MP**   otonem **d**   *talia non semper notaui*   13 albanus **ds**   Albinus **P**   ∞ **Mm**   O **P**   V **ds**   CC **bIA**[2]**c**   X *Rom.*   14 iugera **IA**[2]**c**   sestertia **I** |$\overline{\text{CXV}}$| *T. Frankius 'Am. Journ. of Phil.'* L (*a.* 1929) *p.* 184: $\overline{\text{CXV}}$ **Mbm**   Cxv *Rom.*   cxi **P**   cxii **IA**[2]   cx **c**   dccc xv **ds**   18 Kanum **MmFP***Ant.*, *alii codd. Mal.* **I**   canum **dsA**[2]**c***Rom.*   hanum **b**   insulsam **dsIA**[2]**c***Rom.*   insulsum **MbmP**   19 rescribis **MbmP**   Vale *add.* **c**

XXXII
⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Alteram a te epistulam cum hodie accepissem, nolui 1
te una mea contentum. tu uero age, quod scribis, de
Faberio. in eo enim totum est positum id, quod cogita-
mus; quae cogitatio si non incidisset, mihi crede, istuc ut
cetera non laborarem. quam ob rem, ut facis — istuc
enim addi nihil potest —, urge, insta, perfice.

Dicaearchi περὶ ψυχῆς utrosque uelim mittas et κατα- 2
βάσεως. τριπολιτικὸν non inuenio et epistula⟨m⟩ eius, quam
ad Aristoxenum misit. tris eos libros maxime nunc uellem;
apti essent ad id, quod cogito. TORQVATVS Romae est. 3
misi, ut tibi daretur. Catulum et Lucullum, ut opinor,
antea. his libris noua proh⟨o⟩emia sunt addita, quibus
eorum uterque laudatur. eas litteras uolo habeas, et sunt
quaedam alia. et, quod ad te de decem legatis scripsi,
parum intellex⟨ist⟩i, credo, quia διὰ σημείων scripseram.
de C. Tuditano enim quaerebam, quem ex Hortensio audieram
fuisse in x. eum uideo in Libonis praetorem P. Popilio P.
Rupilio ⟨coss.⟩. annis XIIII ante, quam praetor factus est,

EP. XXXII. *Noua ep.* c, *cum superiore coniungunt rell.* *desunt* **ER**
3 ad te **M**^{1} uolui **IA**^{2}**c** 9 dicas archi **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} dicas dicearchi **d** *adscr.* de anima **M***corr.***ds** utrosque **PIA**^{2}**c** utroque **Mbm** utraque *Rom.* *om.* **ds** *adscr.* descensus **M***corr.***ds**
10 ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΙΚΟΝ **M**^{1}**mPC** (-λιτ- **C**) πολιτικὸν **M**^{2}**bdsA**^{2}**c***Rom.* *adscr.* ciuilem **M***corr.*, politicum **ds** et epistulam] te epistola **ΔPI** in epistola **A**^{2}**c***Rom.* 11 ad **bmsIA**^{2}**c***Rom.* et **MdP** 12 rome *ex* -ma **M** 13 misi **Z**^{b} iussi **ΔOPIA**^{2}**c***Rom.* 14 prohemia **ΔPI***Rom.* (proe- **bl**) prooemia **A**^{2}**c** 15 litteras] *cfr Tyrr.-Purs. ad l.*
16 et] *cfr Lehm. Quaest. Tull. p.* 63 a te **MP** de *om.* **MdPc**
17 intellexisti *Lambinus*: intellexi **ΔPIA**^{2}**c***Rom.* intellexti *Pius, alii* *cfr Madu. de fin.* II 3, 10 *adscr.* per notas **M***corr.***ds** 19 X **ΔP***Rom.* decem **IA**^{2}**c**, *uulg.* P. **M***corr.*(?)**Z**^{b} L. (l.) *rell.* Popillio **Z**^{b}
20 Rupilio Coss. annis **A**^{2}**c***Rom.* rupilio annis **bs** (-li **b**) Rupilian **M** rupili an **m** rupilan **d** Rupilium **I** an **P**

legatus esse ⟨non⟩ potuisset, nisi admodum sero quaestor es⟨se⟩t factus, quod non arbitror. uideo enim curulis magistratus eum legitimis annis perfacile cepisse. Postumium autem, cuius statuam in Isthmo meminisse te dicis, ⟨ne⟩-sciebam fuisse. is autem est, qui ⟨cos.⟩ cum ⟨L.⟩ Lucullo fuit, quem tu mihi addidisti sane ad illum σύλλογον personam idoneam. uidebis igitur, si poteris, ceteros, ut possimus πομπεῦσαι καὶ τοῖς προσώποις.

XXXIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Neglegentiam miram! semelne putas mihi dixisse Balbum et Faberium professionem relatam? qui[n] etiam eorum iussu miserim, qui profiteretur; ita enim oportere dicebant. professus est Philotimus libertus. nosti credo librarium.
2 sed scribes, et quidem confectum. ad Faberium, ut tibi placet, litteras misi; cum Balbo autem puto te aliquid fecisse † H. in Capitolio. in Vergilio mihi nulla est δυσωπία.

1 non potuisset, nisi . . . esset *Vrsinus* (*teste Baitero*): potuisset, nisi . . . est **ΔPIA**^{2}**c***Rom.* non potuit, nisi . . . est *Wesenb. Em. p.* 15 *cfr* XIII 6 a; *Lebretonius 'Etudes' p.* 290 *de* non *cfr ad p.* 37, 14 *alii aliter* sero] ferro **M**^{1}**dm** 2 curilis **M**^{1}*corr.***M**^{2}**c**^{s} curules **A**^{2} magistratus **A**^{2}**c***Rom.* magis **PI** mage **Mbdm** magistratum **s** 4 isthimo **Mm** ischino **dI** te *om.* **IA**^{2} nesciebam *Muretus*: sciebam **ΔPIA**^{2}**c** *Rom.* annis sciebam **Z**$^\beta$ 5 is **bmPIA**^{2}**c***Rom.* his **M**^{1} hic ul' is **M**^{2}**c**^{s} hic **ds** qui cos. cum L. *Wesenb. Em. p.* 15: qui cum **ΔPIA**^{2}**c** *Rom.* 6 *adscr.* collocutionem, *post* in pompa procedere et personis **M** *corr.***ds** 8 possimus **A**^{2}**c***Rom.* possemus **ΔPI** Vale *add.* **c**

EP. XXXIII. *Noua ep.* **c**, *continuant rell.* *desunt* **ER** 11 O *ante* neglegentiam *add. Muellero auctore Lehmannus De Cic:is ad Att. epp. p.* 204, *alii cfr Flickingerus l. l. p.* 289 12 professionem] *cfr J. Elmore 'Class. Phil.'* XII (*a.* 1917) *p.* 431 qui *Wesenb. Em. p.* 123: quin **ΔPIA**^{2}**c***Rom.* quin . . . miseram *Manutius* eorum **PIA**^{2}**c** in eorum **Md** meorum **bms***Rom.* 14 Philotumus **Mdm** 15 scribes **OP**, *Lambinus* scribis **ΔIA**^{2}**c***Rom.* 16 aliquid etiam fecisse **P** 17 .H. **ΔP***Rom.* .HS. **IA**^{2}**c** hodie *Bosius, alii, sed* H *potius est* hora, *cfr* XV 24 enim (*per comp.*) *J. Elmore Class. Phil.* XII (*a.* 1917) *p.* 305 (fecisse; fuisti enim in *eqs.*) Virgilio **PIA**^{2}**c** *adscr.* maleuolentia (mali-) **M***corr.***ds**

nec enim eius causa sane debeo, et si emero, quid erit, quod postulet? sed uidebis, ne is tum sit in Africa, ut Caelius.

De nomine tu uidebis cum Cispio; sed si Plancus destinat, tum habet res difficultatem. te ad me uenire uterque nostrum cupit, sed ista res nullo modo relinquenda est. Othonem quod speras posse uinci, sane bene narras. de aestimatione, ut scribis, cum agere coeperimus, etsi nihil scripsit nisi de modo agri. cum Pisone, si quid poterit. Dicaearchi librum accepi et καταβάσεως exspecto. 3

* * * negotium dederis, reperiet ex eo libro, in quo sunt s. c. Cn. Cornelio L. ⟨Mummio⟩ cos. de Tuditano autem quod putas, εὔλογον est tum illum, quoniam fuit ad Corinthum, — non enim temere dixit Hortensius — aut quaestorem ⟨aut⟩ tr. mil., idque potius fuisse credo. tu de Antiocho scire poteris; uide etiam, quo anno quaestor aut

2 his **M**^{1} tum *Tyrrellus*: cum **ΔPIA**^{2}*Rom.* quum **c** affrica **MP** 3 c(a)elius **PIA**^{2}**c** calius **Δ***Rom.* 4 Cispio *Manutius*: cuspio **ΔIA**^{2}**c***Rom.* crispo **P** *cfr* XII 24, 3 5 destinat tum **Z**^{1}**A**^{2}**c***Rom.* (tu **c**) destinatum **ΔFPI** (-am **s**) habet res **P***Ant.***Z**^{1} haberes **ΔIA**^{2}**c***Rom.* (-re **s**) habet haberes **F** 8 (a)estimatione **bIA**^{2}**c***Rom.* extimatione **MdmsP** 10 accepi et **C***Rom.* accipiet **ΔP** accipies **IA**^{2}**c** *adscr.* descensus **M***corr.***ds** 11 De X legatis si Antiocho *suppl. Wesenb. Em. alt. p.* 133, *alii alia* si *ante* ded. *add.* **I** reperies **IA**^{2}**c** *Rom.* libro *ex* -um **M** 12 S · C · **ΔP***Rom.* Senatusconsulta **A**^{2}**c**, *uulg.* .HS. **I** Cn. **A**^{2}**c** ·CN· (C · N) *rell., sed* cc **I** Mummio *Manutius*: *om. codd. et uett. edd.* cos.] eos **M***corr.*(?)**I** Coss. **c***Rom., alii* detuditant **Md** De tuditani **bms***Rom.* 13 ЄΥΛΟΓΗΝ **MmP** εὐλογεῖν **A**^{2}**c** *om.* (*spat.*) **bds***Rom.* quoniam] quom *Wesenb. Em. p.* 47. *alii* 14—15 aut quaestorem aut tribunum *Manutius*: ad questorem TR (tr.) **ΔPIA**^{2}**c***Rom.* (trib. **c**) 15 mil] nil **M***corr.***dm** nilque **M**^{1} idque potius fuisse credo. Sed tu de **A**^{2}**c***Rom.* idque potius fuisse sed credo te de **ΔP** idque potius: sed credo quod de **I** fuisse idque potius credo. Tu de *Ernestius, recc. edd., fort. recte, sed* fuisse *post* mil. *abesse potest* (*cfr* XII 5 b, *ep.* IX 19, 1) *et e sententia sequenti facile retribuitur* (*cfr Luc.* 18, 56) idque . . . mil. *p.* 42, 1 *om.* **b** 16 uide etiam *uariis modis commutarunt* (*u. Muell. ad l.*), *sed cfr Mommsenus 'Röm. Staatsr.'* II 1^{3}, *p.* 577 Quaest. aut. Tr(ib.) mil. **IA**^{2}**c** (Qu. **I**) Q. aut tr. mil. **sP** (aūt **P**) Q. aut TR nil **Mdm** Q. An. Tr. mil. *Rom.*

tr. mil. fuerit; si neutrum cadet, in praef⟨ectis⟩ an in contubern⟨alibus⟩ fuerit, modo fuerit in eo bello.

XXXIII a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

(4) De Varrone loquebamur: lupus in fabula. uenit enim ad me, et quidem id temporis, ut retinendus esset. sed ego ita egi, ut non scinderem paenulam. memini enim tuum: et multi erant nosque imparati. quid refert? paulo post C. Capito cum T. Carrinate. horum ego uix attigi paenulam; tamen remanserunt, ceciditque belle. sed casu sermo a Capitone de urbe augenda: a ponte Muluio Tiberim duci secundum montis Vaticanos, campum Martium coaedificari, illum autem campum Vaticanum fieri quasi Martium campum. quid ais? inquam. at ego ad tabulam, ut, si recte possem, Scapulanos hortos. caue facias, inquit; nam ista lex perferetur; uult enim Caesar. audire me facile passus sum, fieri autem moleste fero. sed tu quid ais? quamquam quid quaero?

1 si neutrum **Z**^{bl} siue utrum **ΔPIA**^{2}c*Rom.* cadet **O**^{1}**PZ**^{bl} ea de **Md** eadem **bmsO**^{2}**IA**^{2}c*Rom.* *alii aliter, uelut* quadret *Bosius,* uide ne *Madu. Adu. crit.* III *p.* 190, *sed nescio an hoc dixerit*: si neutrum (*scil.* in eum) cadet, uide (*ex p.* 41, 16) *eqs.* in praef. an in contubern. **Z**^{1} in (*om.* **bs**) pr(a)ef. aut in contuber. **ΔP** in præs: aut in Contuberone **I** Pretura aut in contubernio *Rom.* 2 modo fuerit *om.* **d***Rom.*

EP. XXXIII a. *Desunt* **ER** *noua ep.* c, *ut uolebat Manutius, plerique recc. edd.*; *continuant priores cfr Schicheus Herm.* XVIII (*a.* 1883) *p.* 599

7 sinderem **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} penullam **M**^{1} (*item u.* 10) pennulam *Rom.* (*item u.* 10) 8 tuum **M**^{1}**bm**^{1}**PI** tui **M**^{2}**dm**^{2}**sA**^{2}c*Rom.* imperati **M**^{1}**P**, *corr.* **M**^{2} *cfr* VIII 12, 2 et . . . imparati *plerique Attico tribuunt* 9 Tito **P** Tullio *Rom.* Carinate c*Rom.* 10 ceciditque c, *codd. Bosi* cecidit que **O** cecidit **A**^{2}*Rom.* cecidique **P** cecidi **ΔI** sed] *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 11 a ponte **M**^{2}**bm**^{2}**IA**^{2}c*Rom.* e ponte **s** oponte **M**^{1}**dm**^{1} op (*spat.*, Muluio Tiberim *om.*) **P** 12 ad Tiberim **A**^{2}c *Rom.* duci **C** pauci **ΔOPIA**^{2}c*Rom.* montes **A**^{2}c campum . . . autem *om.* c 13 coaedificari *Lambinus*: cum (a)edificari **MbdmZ**^{b} tum (a)edificari **sPIA**^{2}*Rom.* 15 si recte **PIA**^{2}c*Rom.* scire te **Δ** scapullanos **M** 16 perferretur c 18 tu *om.* **M**^{1}

nosti diligentiam Capitonis in rebus nouis perquirendis; non concedit Camillo; facies me igitur certiorem de Idibus. ista enim me res adducebat. eo adiunxeram ceteras, quas consequi tamen biduo aut triduo post facile potero. te tamen in uia confici minime uolo; quin etiam Dionysio ignosco. de Bruto quod scribis, feci ut ei liberum esset, 2 (5)
quod ad me attineret; scripsi enim ad eum heri, Idibus [maii] eius opera mihi nihil opus esse.

XXXIV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Asturam ueni VIII Kal. [Iul.] ⟨uesperi⟩; uitandi enim caloris causa Lanuui tris horas acquieueram. tu uelim, si graue non erit, efficias, ne ante Nonas mihi illuc ueniendum sit — id potes per Egnatium Maximum —, illud in primis, ut cum Publilio me [apene] absente conficias, de quo quae fama sit, scribes. id populus curat scilicet! non mercle arbitror; etenim haec decantata erat fabula. sed complere paginam uolui. quid plura? ipse enim adsum, nisi quid tu prorogas. scripsi enim ad te de hortis.

1 sed nosti **bm***Rom.* 2 Camillo **A**^{2}**c** camilio **ΔPI***Rom.* me igitur] mergitur **M**^{1} igitur me **IA**^{2}**c** 5 in uia **ΔPC***Rom.* in tua re **IA**^{2}**c** 6 bruto **O**^{1}**PC** hyuto **Md** hirtio (-cio) **bmO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* hyrcio **s** 7 Idibus *Manutius*: idibus maii (maiis, maias) **ΔPIA**^{2}**c***Rom.* 8 operam **M**^{1}**P**, *corr.* **M**^{2}**l'**

EP. XXXIV. *Noua ep.* **c**, *continuant rell.* *Deest* **E**. 11 Asturam ... ne *u.* 13 *om.* **R** Asturam **IA**^{2}**c** Ad sture **Md** Astur(a)e **bmsP***Rom.* uesperi *add. post* ueni *Schuetzius, ante* ueni *Schicheus l. l. p.* 611, *post* Kal. *O. E. Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 332 Kal. *Malaspina*: K. (Kl'., Cal.) iul. (iulii, -ias) **ΔPIA**^{2}**c***Rom.* 12 lanui **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{8} l (*spat.*) **P** *cfr ad p.* 32, 1 13 ante] *accedit* **R** 14 in primis **ΔPRZ**$^\beta$**A**^{2}**c***Rom.* imprimis **M**^{2}**I** 15 ut **Z**$^\beta$ *om.* **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* publilio **M** publio *rell.* me *Schuetzius*: me apene **PR** mea pene **Δ** me pene **IA**^{2}**c***Rom.* *cfr* XIII 47 a, 2; *Wesenb. Em. p.* 64 conficias **ΔPRZ**$^\beta$**I** conficies **A**^{2}**c***Rom.* 16 *Ter. Andr.* 185 17 mercle *scripsi* (me hercule *uulg.*): mercedem **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* 18 compellere **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} *post* uolui *add.* Vale, *a* Quid *noua ep.* **c**

XXXV. XXXVI
⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 O rem indignam! gentilis tuus urbem auget, quam hoc biennio primum uidit, et ei parum magna uisa est, quae etiam ipsum capere potuerit. hac de re igitur exspecto tuas litteras.

2 Varroni scribis te, simul ac uenerit. dati igitur iam sunt, nec tibi integrum est, hui, si scias quanto periculo tuo! aut fortasse litterae meae te retardarunt, si eas nondum legeras, cum has proximas scripsisti. scire igitur aueo, quo modo res se habeat.

(XXXVI) 3 De Bruti amore uestraque ambulatione etsi mihi nihil noui adfers sed idem, quod saepe, tamen hoc audio libentius, quo saepius, eoque mihi iucundius est, quod tu eo laetaris, certiusque eo est, quod a te dicitur.

XXXVII
⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Has alteras hodie litteras. de Xenonis nomine et de Epiroticis XXXX nihil potest fieri nec commodius nec aptius

EP. XXXV. XXXVI. *Deest* **E** 6 tuas litteras **PRc** litteras tuas **ΔIA**^{2}*Rom.* 7 *post* uenerit *add.* ei daturum **IA**^{2}**c** 8 tibi negotium integrum **P** 9 si **ΔPRZ**^{b}**IA**^{2}**c***Rom.* nisi *Muellerus,* sed *Manutius, alii* (*cfr Wesenb. Em. p.* 98), *sed cfr Schicheus 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XXV (*a.* 1899) *p.* 369, *Plasbergius in ed. Acad. p.* 32 11 habeant **ds** 12 De . . . dicitur *u.* 15, *quae inde a Manutio constituebant ep.* XXXVI, *praeeunte Cratandro cum superiore ep. coniunxit Schuetzius* mihi *om.* **bm***Rom.* 13 affers sed idem **M**^{1}**PRIA**^{2}**c***Rom.* affers de fratris filio et contumeliosis litteris ab illo sibi missis sed idem **M**^{2}**bdms** *uerba* de . . . missis *ad* XIII 38, 1 *spectant; uidentur in aliquo codice addita esse in margine sequentis paginae, unde huc transmigrarunt* (*deleta sunt* in **Mbm**); *cfr Comm. Tull. p.* 156 audio hoc **PR** 14 tu eo] tuo **M**^{1}

15 certius queo est **M**^{1} has . . . litteras *huic ep. adiungit addito* Vale **c**, *a* De Xenonis *noua ep.* **c**, *continuant rell.*

EP. XXXVII. *Deest* **E** 18 zenonis **bds***Rom.* 19 XXXX **ΔRI** XL **PA**^{2}**c***Rom.*

quam ut scribis. id erat locutus mecum eodem modo
Balbus minor [mecum]. nihil noui sane nisi Hirtium cum 2
Quinto acerrime pro me litigasse, omnibus eum locis furere
maximeque in conuiuiis, cum multa de me, tum redire ad
patrem, nihil autem ab eo tam ἀξιοπίστως dici quam alie-
nissimos nos esse a Caesare, fidem nobis habendam non
esse, me uero etiam cauendum — φοβερ⟨όν⟩ ἂν ἦν, nisi
uiderem scire regem me animi nihil habere —, Ciceronem
uero meum uexari. sed id quidem arbitratu suo. lauda- 3
tionem Porciae gaudeo me ante dedisse Leptae tabellario,
quam tuas acceperim litteras. eam tu igitur, si me amas,
curabis, si modo mittetur, isto modo mittendam Domitio
et Bruto.

De gladiatoribus, de ceteris, quae scribis ἀνεμοφόρητα, 4
facies me cottidie certiorem. uelim, si tibi uidetur, appelles
Balbum et Offilium. de auctione proscribenda equidem
locutus sum cum Balbo. placebat — puto conscripta
habere Offilium omnia; habet et Balbus — sed Balbo
placebat propinquum diem et Romae; si Caesar moraretur,

1 erat **M**^{2}**bdmsPIA**^{2}*Rom.* eras **M**^{1}**Rc** mecum *etiam post* minor (iunior **bs**) **ΔPRIc***Rom.*, *non* **A**^{2} 2 nihil sane noui **s** noui nihil sane **IA**^{2}**c** 3 Quinto **MPRIA**^{2}**c** Q. **bdms***Rom.* eum] enim **bm***Rom.* furere *Malaspina*: facere **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* *alii aliter, cfr Muell. ad l.* 4 de me tum *Rom.* de me cum **bdmPR** de mecum **M** de me eum **s** de me diceret cum **IA**^{2}**c** rediret **IA**^{2}**c** 5 ab eo *uulg.*: habeo **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* tam **PRIA**^{2}**c** *om.* **Δ***Rom.* *adscr.* dignum fide **M***corr.***ds** alienis simus **M**^{1} 7 φοβερὸν ἂν ἦν *Baiterus*: ΦΟΒЄΡΑΝΗΝ **MPR** φοβερὰν ἦν **m***Rom.* φοβερὰν **bds** φοβερὸν ἦν **A**^{2}**c** *adscr.* horribilem quam **M***corr.*, horribilem **ds** 9 suo] tuo **m**^{1}**A**^{2}**c**, *corr.* **C** 10 Porciae **IA**^{2}**c** Portie *Rom.* portitie **Mm** porticie **PR** potiti(a)e **ds** 11 eam *ex* eum **m** 12 mittendum **m***Rom.* 14 de ceterisque que *Rom.* *adscr.* uana **M***corr.***ds** 15 facias **sA**^{2}**c** cottidie] quoque **c** *cfr ad p.* 12, 8 16 ofilium **PR** *post h. u. distinguitur in* **ΔIA**^{2}**c***Rom.* equidem] et quidem **Md**^{1}**I** 17 loqutus **M**^{1} loquutus **s***Rom.* puto] P. **I** Publio **A**^{2}**c** 18 et *quibusdam suspectum; cfr ad* V 4, 3

posse diem differri. sed is quidem adesse uidetur. totum igitur considera; placet enim Vestorio.

XXXVIII
⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo et opera exaraui nescio quid ad te et id ante lucem dedi. deinde cum somno repetito simul cum sole experrectus essem, datur mi epistula a sororis tuae filio, quam ipsam tibi misi, cuius est principium non sine maxima contumelia. sed fortasse οὐκ ἐπέστησεν. est autem sic: ego enim, quicquid non belle in te dici potest —. posse uult in me multa dici non belle sed ea se negat approbare. hoc quicquam pote inpurius? iam cetera leges — misi enim ad te — iudicabisque. Bruti nostri[s] cottidianis adsiduisque laudibusne, quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiauerunt, commotum istum aliquando scripsisse aliquid ad me? credo et ad te, idque ut sciam

1 posse diem differri **Z**$^{\beta l}$ possem diem differri **O**^{1}**PR** (-rre **O**^{1}) posse in diem diem differri **ΔO**^{3}*Rom.* (possem **O**^{2}) posse in diem tertium differri **IA**^{2}**c** (-rre **IA**^{2}) *cfr Lehm. De Cic:is ad Att. epp. p.* 138, 183 *de dittographia in* **Δ** *cfr* IV 17, 2; VI 1, 17; IX 7 C, 2; XV 18, 1 his **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{8} 2 cosidera **M** Vale *add.* **A**^{2}**c**

EP. XXXVIII. *Noua ep.* **c**, *etiam* **A**^{2}, *ut uid.*, *sed omissa salutatione, continuant rell.* 5 Ante . . . dicebat *p.* 47, 7 *om.* **E** epicureos **bsPA**^{2}**c***Rom.* epicuroṡ **MdRI** epicurus **m** de **PIA**^{2}**c** deos **Δ** de eos **R** *om. Rom.* 6 id ante **PRc** ḍante **M** ante *rell., uulg.* 7 sonore petito **M**^{1}**dR** 8 mihi **PA**^{2}*Rom.* *om.* **c** sororis tu(a)e **M**^{2}**bmsIA**^{2}**c***Rom.* soris tum **M**^{1}**dPR** 10 *adscr.* non statuit **M***corr.***s** 11 *post* enim *add.* non probo **A**^{2}**c***Rom.* 13 pote **MPR** potest **bdms***Rom.* potest esse **IA**^{2}**c** *cfr Naegelsb. Stilist.*^{9} *p.* 732 14 missi **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} iudicabisque. Bruti **bsIA**^{2}**c***Rom.* iudicabisque Bruti *rell., Wesenb.* nostri **bmsA**^{2}**c***Rom.* nostris **MdPRI** cottidianis **R** cotidianis **M** quottidianis **P***Rom.* quotidianis **bdmsIA**^{2}**c** *cfr ad p.* 45, 15 15 laudibusne (*interrogationis signo post* ad me *u.* 17 *posito*) *Orellius*: laudibus ne **ΔPRI***Rom.* (*sed* -bus. ne **Δ**) laudibus **A**^{2}**c**, *uulg.* (ad me credo . . . facies.) 16 comotum **R** cum motum **Md** 17 scripsisse *nescio qui ap. Corradum*: scripsisti **ΔRIA**^{2}**c***Rom.* scripsi **P**

facies. nam ad patrem de me quid scripserit nescio, de matre quam pie! uolueram, inquit, ut quam plurimum tecum essem, conduci mihi domum, et id ad te scripseram. neglexisti. ita minus multum una erimus; nam ego istam domum uidere non possum; qua de causa, scis. hanc autem causam pater odium matris esse dicebat. nunc me iuua, mi Attice, consilio, 2
πότερον δίκᾳ τεῖχος ὕψιον, id est, utrum aperte hominem asperner et respuam, ἢ σκολιαῖς ἀπάταις. ut enim Pindaro, sic δίχα μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν. omnino moribus meis illud aptius, sed hoc fortasse temporibus. tu autem, quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato. equidem uereor maxime ne in Tusculano opprimar. in turba haec essent faciliora. utrum igitur Asturae? quid si Caesar subito? iuua me, quaeso, consilio. utar eo, quod tu decreueris.

XXXIX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

O incredibilem uanitatem! ad patrem domo sibi ca- 1
rendum propter matrem, ⟨ad matrem⟩ plena pietatis. hic

2 inquid **M** in quid **R** 7 nunc] *accedit* **E** me iuua] me via M^1 iuua me (*om.* mi) **ds** 8 Gr. *pro Graecis uerbis* (*etiam infra*) **E** *adscr.* utrum **M***corr.***d** ΔΙΚΑΤЄΙΧΟϹΥΨΙΟΝ **MmPR**, exemplar uetus, *ait Crat. ind. Graec.* *om.* **M***corr.***ds**A^2**c***Rom.*, *sed inter* πότερον *et* id est *inser.* φανερῶς ἢ σκολιαῖς ἀπάταις **b**A^2**c**, *Crat. ind. Gr.*, η σκολιαις απαταις *Rom.* σκολιαῖς ἀπάταις *etiam* Z^b 9 asperner & **Pc** asperneret M^1**R** asperner ac M^2**bdmsEI**A^2*Rom.* ἢ σκ. ἀπ. *om.* (spat.) **s***Rom.* *adscr.* aut insinuatis deceptionibus **M***corr.***ds** ut . . . sic *om.* **E** 10 NOO M^1**R** NѠ **P** ἀτρέκειαν M^2**bdmsC** (-κει **s**) TPЄKЄIAN M^1**PR** (-AΠ **PR**) ἀτρεκὲς A^2**c**, *Crat. ind. Gr.* ατρεκεισιν *Rom.* *cfr Poet. lyr. Gr.* I^4 *p.* 451 *Bk* *adscr.* ambigue mihi mens refugit dicere **M***corr.***ds** 11 tu . . . placere *p.* 48, 2 *om.* **E** 12 putato **OPRC** puto **ΔI**A^2**c***Rom.* 14 astur(a)e **bmsI**A^2**c***Rom.* ad sture **Md** adfuture **PR** Asturam *Wesenb. Em. alt. p.* 133 *coll. p.* 43, 11, *alii cfr* XIV 2, 4 quid si Z^b quid **ΔPR***Rom.* quo **I**A^2**c** 15 uia M^1 utar eo **s**A^2**c** *Rom.* ut areo **MbdmPR** ut aueo **I**

EP. XXXIX. 19 O . . . placere *u.* 48, 2 *om.* **E** 20 ad matrem *add. Orellius: om. codd. et uett. edd.* plena PRZ^β plenam **ΔI**A^2**c***Rom.*, *uulg.*

2 autem iam languescit et ait sibi illum iure iratum. sed utar tuo consilio; σχολιὰ enim tibi uideo placere. Romam, ut censes, ueniam, sed inuitus; ualde enim in scribendo haereo. Brutum, inquis, eadem. scilicet; sed nisi hoc esset, res me ista non cogeret. nec enim inde uenit, unde mallem, neque diu afuit, neque ullam litteram ad me. sed tamen scire aueo, qualis ei totius itineris summa fuerit. libros mihi, de quibus ad te antea scripsi, uelim mittas, et maxime Φαίδρου περὶ θεῶν et Παλλάδος.

XL

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Itane? nuntiat Brutus, illum ad bonos uiros? εὐαγγέλια. sed ubi eos? nisi forte se suspendit. hic autem ut † fultum est. ubi igitur φιλοτέχνημα illud tuum, quod uidi in Parthenone, Ahalam et Brutum? sed quid faciat? illud optime: sed ne is quidem, qui omnium flagitiorum

1 sibi *Victorius*: tibi **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* iuratum **M**^{1}**dRI**, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} 2 *adscr.* tortuosa uel sinuosa **M***corr.***ds** Romam . . . hereo **E**, *reliqua om.* 4 *post* eadem *dist. Manutius*, *ante* eadem **A**^{2}**c***Rom.*, *non dist. rell.* 6 malem **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} diu afuit *uulg.*: diua fuit **ΔR***Rom.* d(*spat.*) fuit **P** diu fuit **IA**^{2} diu affuit **c** 7 aueo **IA**^{2}**c***Rom.* habeo **ΔPR** ei] eius **d** *om.* **PR** 9 περὶ *eqs. om.* **bdsA**^{2}*Rom.* (*spat.* **d**) *adscr.* phedri **M***corr.***ds** θεῶν *Victorius*: OCωN **M**^{1}**mPR** δσσων **c** et ΠΛΛΙΔOC **M** & ΠΑΛΙΑOC **PR** (*sed prima litt. dubia in* **R**) et ΠaaIΔOC **m** τ'λαΐδος **c** et (*uel* et περὶ) Παλλάδος *Orellius, quod probat Dielsius Relat. acad. Berol. a.* 1893 *p.* 116 *n.* 2 et παντὸς *Gurlittus, Philol.* LVII (*a.* 1898) *p.* 398 *sqq. alii aliter cfr Plasbergius in ed. de n. d. p.* 198; *Muell. ad. l.*

EP. XL. *Deest* **E** 12 Itane? nuntiat . . . uiros? *Muell.*: Ita ne nuntiat . . . uiros **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* *adscr.* bonas annuntiationes **M***corr.***ds** (nunt- **ds**) 13 ut fultum est. ubi **ΔIA**^{2}**c***Rom.* ut fultum ibi **PR** *uaria temptarunt, cfr Muell. ad l., Groebeus Mus. Rh.* LXXVIII (*a.* 1929) *p.* 105 *sqq.* (= *Drum.-Gr. 'Gesch. Roms'* VI *p.* 685 *sqq.*) 14 ΦΙΛΟΤЄΚΝΗΜΑ **M**^{1}**PR** *adscr.* amor artificii uel operis **M***corr.***ds** 15 Parthenone Ahalam *Manutius*: parthenone Alani **C** partheno ne ala **PR** partenoneala (*uel sim.*) **Δ** Parthenoncala **IA**^{2}**c** partheuonealea *Rom.* 16 is] his **M** bis **I** eis **A**^{2}

auctor, bene de nostro. at ego uerebar, ne etiam Brutus eum diligeret; ita enim significarat iis litteris, quas ad me: ast uellem aliquid degustasse⟨s⟩ de fabulis. sed coram, ut scribis.

Etsi quid mi auctor es? aduolone an maneo? equidem 2
et in libris haereo et illum hic excipere nolo; ad quem, ut audio, pater hodie ad Saxa Acronoma. mirum quam inimicus ibat, ut ego obiurgarem. sed ego ipse κεκέπφωμαι. itaque posthac. tu tamen uide, quid de aduentu meo censeas, et τὰ ὅλα, cras si perspici potuerint, mane statim ut sciam.

XLI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Ego uero Quinto epistulam ad sororem misi. cum 1
ille quereretur filio cum matre bellum et se ob eam causam domo cessurum filio diceret, dixi illum commodas ad matrem litteras, ad te nullas. ille alterum mirabatur, de te autem suam culpam, quod saepe grauiter ad f. scripsisset de tua in illum iniuria. quod autem relanguisse se dicit, ego ei tuis litteris lectis σκολιαῖς ἀπάταις significaui

1 est auctor *Wesenb. Em. alt. p.* 134 *sed cfr Heidemannus l. l. p.* 46 2 iis **MbmRom.** is **R** his *rell.* 3 ad me ast **M[2]c[S]Ic** ad mea est **M[1]PR** ad me a se **ds** ad meas. at **bmA[2]***Rom.* degustasses *I. F. Gronouius*: degustasse **ΔPRIA[2]c***Rom.* 5 quid etiam **PR** mi auctor es **M[2]c[S]bdm[2]sIA[2]c***Rom.* (mihi **A[2]c**) mei auctores **M[1]m[1]PR** (mi **m**) 7 Acronoma **Z[β1]** Acrunoma **C** acrimonia **ΔPRIA[2]c***Rom.* locus ignotus prope Romam *Thes. L. L.* 8 κεκέπφωμαι *Bosius*: ΚЄΦΦωΜΑ **MmPR** (-ЄΦΟ- **P**) κέπφωμα **c**, *Crat. ind. Gr. om.* **bdsA[2]***Rom.* 9 posthac. Tu **c** post fac tu (. tu) **ΔIA[2]***Rom.* post factum **PR** 10 *adscr.* omnia uel uniuersa **M***corr.*, omnia **ds**

EP. XLI. *Deest* **E**, *nisi quod* Sed ut . . . debet *p.* 50, 2—4 *habet* 14 Q. **ds** 15 esse *ante* et se *add. Wesenb. l. l. p.* 134, *sed cfr Heidemannus l. l. p.* 37 18 ad F. (f.) **MdI** ad Q. f. **PR** ad filium **bms A[2]c***Rom., uulg.* scripsit **PR** 20 σκολιαῖς ἀπάταις *etiam* **Z[b]** *adscr.* tortuosis fallaciis **M***corr.*, tortuosis deceptionibus **ds**

2 me non fore * tum enim mentio Canae. omnino, si id consilium placeret, esset necesse; sed, ut scribis, ratio est habenda grauitatis, et utriusque nostrum idem consilium esse debet, etsi in me[a] grauiores iniuriae et certe notiores. si uero etiam Brutus aliquid adferet, nulla dubitatio est. sed coram; magna enim res et multae cautionis. cras igitur, nisi quid a te commeatus.

XLII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Venit ille ad me, καὶ μάλα κατηφής. et ego: σὺ δὲ δὴ τί σύννους; rogas? inquit, quo⟨i⟩ iter instet, et iter ad bellum, idque cum periculosum, tum etiam turpe. quae uis igitur? inquam. aes, inquit, alienum, et tamen ne uiaticum quidem. hoc loco ego sumpsi quiddam de tua eloquentia; nam tacui. at ille: sed me maxime angit auunculus. quidnam? inquam. quod mihi, inquit, iratus est. cur pateris? inquam. malo enim ita dicere, quam cur committis? non patiar, inquit; causam enim tollam. et ego: rectissime quidem; sed si graue non est, uelim scire, quid sit causae. quia, dum dubitabam, quam ducerem, non

1 fore. tum **ΔIA**^{2}**c***Rom.* fore cum **PR** fore ei iratum. tum *Lambinus* Canae *Bosius*: Canai **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* 2 esset] certe esset **c** ut] ut tu **PR** 4 me **Pc** mea **ΔRIA**^{2}*Rom.* 5 adfert **bsP** 6 sed haec coram **IA**^{2}**c** res est et *Wesenb. Em. p.* 18, *sed cfr Heidem. l. l. p.* 15 multa **MdR** 7 a me **A**^{2}**c**, *corr.* **C** commeatus] *cfr p.* 53, 12, *Schicheus 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XXVII (*a.* 1901) *p.* 239; *Muell. ad l.* Vale *add.* **c**

EP. XLII. *Noua ep.* **c**, *continuant rell.* *Accedit* **E** 10 ΚΤΗΦΗC **PR** Gr. *pro Graecis* **E** *adscr.* et nimis tristis *et* tu autem uero quid tristis **M***corr.***ds** (uero *om.* **ds**) 11 inquid **M** quoi (cui) iter *uulg.*: quo iter **EPRc** quo uter **M**^{1} quod iter **M**^{2}**bdmsIA**^{2}*Rom.* et **M**^{1}*Rom.* est **M**^{2}**bdmsEPRIA**^{2}**c** 12 tum ... tum **IA**^{2}**c**, *ut saepe* 13 quae uis] queuis **Mm**^{1}*Rom.* aes **bdmsA**^{2}**c** es *rell.* (*om.* **I**) inquit *om.* **bmA**^{2}*Rom.* 14 quidem habeo. Hoc **c**, *uet. cod. Lamb.* *cfr Wesenb. Em. p.* 111 15 at] et **A**^{2}*Rom.* 19 rectis summe **M**^{1} rectissime **M**^{2}, *rell.* 21 dum] cum **PR** *om.* **d**

satis faciebam matri, ita ne illi quidem. nunc nihil mihi tanti est. faciam quod uolunt. feliciter uelim, inquam, teque laudo. sed quando? nihil ad me, inquit, de tempore, quoniam rem prob⟨o⟩. at ego, inquam, censeo prius quam proficisceris; ita patri quoque morem gesseris. faciam, inquit, ut censes. hic dialogus sic conclusus est.

Sed heus tu, diem meum scis esse III Nonas Ianuarias; 2
aderis igitur. scripseram iam: ecce tibi orat Lepidus, ut 3
ueniam. opinor augures nil habere ad templum effandum. eatur. † MIACKOPΔOY. uidebimus te igitur.

XLIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Ego uero utar prorogatione diei, tuque humanissime fecisti, qui me certiorem feceris, atque ita, ut eo tempore acciperem litteras, quo non exspectarem, tuque ut ab ludis scriberes. sunt omnino mihi quaedam agenda Romae, sed consequemur biduo post.

4 probo. at ego *Victorius*: probat (-bat.) ego **ΔEPRIA**^{2}**c** probas. Ego *Rom.* 5 sentio **A**^{2}**c**, *corr.* **C** proficisceris **R** proficisseris **M**^{1} proficiscereris **P** proficiscaris **M**^{2}**bdmsEIA**^{2}**c***Rom.*, *uulg.* *cfr* XII, 37, 2 *ep.* VII 14, 1 9 scripseram . . . etsi *p.* 61, 2 *om.* **E** 10 nil **Δ***Rom.* nihil **PRIA**^{2}**c** uelle *Tyrrellus, alii, uix recte; cfr Lehmannus 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XXIV (*a.* 1898) *p.* 179 effandum *Beroaldus:* afflandum **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* 11 fatur **Z**$^\beta$ *cfr Lehm. De Cic:is ad Att. epp. p.* 111 MIACKOPΔOY (μία σκόρδου) **MbdmPRA**^{2}**c** μιακουκόρδου **s***Rom.* *adscr.* una **M***corr.***ds** *om. Crat. ind. Gr.* μὴ σκόρδου *Tyrrellus, cfr Tyrr.-Purs. ad l.* MYIA CKOPΔOY *Ellis Philol.* LIX (*a.* 1900) *p.* 473, *quod probat Schicheus 'Jahresb. d. phil. Ver.'* XXVII (*a.* 1901) *p.* 228

EP. XLIII *et* XLIV. 18 biduo post. O suauis *Muell. Coni. Tull. p.* 14: biduo posco suauis **OPR** biduo. post suaues **MmIA**^{2}**c** biduo post suaues **bds** biduo post. Suaues *Rom.* *cfr Lehm. l. l. p.* 138; 204

XLIV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 O suauis tuas litteras! etsi acerba pompa. uerum tamen scire omnia non acerbum est, uel de Cotta. populum uero praeclarum, quod propter malum uicinum ne Victoriae quidem ploditur. Brutus apud me fuit, cui quidem ualde placebat me aliquid ad Caesarem. adnueram; sed pompa
2 deterret. tu tamen ausus es Varroni dare. exspecto quid iudicet. quando autem pelliget? de Attica probo. est quiddam etiam animum leuari cum spectatione tum etiam
3 religionis opinione et fama. Cottam mi uelim mittas; Libonem mecum habeo et habueram ante Cascam. Brutus mihi T. Ligari uerbis nuntiauit, quod appelletur L. Corfidius in oratione Ligariana, erratum esse meum. sed, ut aiunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα. sciebam Corfidium pernecessarium Ligariorum; sed eum uideo ante esse mortuum. da igitur, quaeso, negotium Pharnaci, Antaeo, Saluio, ut id nomen ex omnibus libris tollatur.

EP. XLIV. *Deest* **E**   4 Cotta **C**   cocta **PR**   tota **ΔIA²c***Rom.*   5 uictori(a)e quidem **M***corr.***bmsPR***Rom.*   uictoria equidem **M¹**   uictoria quidem **dIA²c**   6 plauditur **IA²c**   qui **M¹d**   cui **M²**, *rell.*   7 adnueram **bsA²c***Rom.*   adueneram **MmRI**   ueneram **dP** (-ant **d**)   8 deterret **C**   uideret **ΔPRI**   uidet **A²c***Rom.*   specto **bm***Rom.*   9 pelliget **MdmRI**   pelleget **bs***Rom.*, *uulg.*   perleget **PA²c**   probe *Otto Mus. Rh.* XLI (*a.* 1886) *p.* 373 *coll.* V 4, 2, *sim.*   10 cum **PR***Rom.*   tum **ΔIA²**   quum **c**   11 religionis opinione *Manutius:* religione opinionis **ΔPRIA²c***Rom.*   fama **M²c^S bdmsIA²c***Rom.*   flama **M¹**   flammi **R**   flaminis **P**   cottam **bsA²c***Rom.*   coctam **dmPR**   cotam **M**   totam **I**   mihi **A²c**   13 Titi **MRIA²c**   Corfidius **P**, *or. pro Lig.* 11, 33   Curfidius *rell.* (-si- *Rom.*), *sed u.* 15 curf- *omnes* (Curs- *Rom.*)   *adscr.* memori(a)e uitium **M***corr.***ds**   16 eum *om.* **bm***Rom.*   17 negotium *om.* **M¹**, *add.* **M²**   Vale *add.* **c**

XLV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Fuit apud me Lamia post discessum tuum epistulam- 1
que ad me attulit missam sibi a Caesare. quae quamquam
ante data erat quam illae Diocharinae, tamen plane de-
clarabat illum ante ludos Romanos esse uenturum. in qua
extrema scriptum erat, ut ad ludos omnia pararet neue
committeret, ut frustra ipse properasset. prorsus ex his
litteris non uidebatur esse dubium, quin ante eam diem
uenturus esset, itemque Balbo, cum eam epistulam legisset,
uideri Lamia dicebat.

Dies feriarum mihi additos uideo, sed quam multos fac, si me amas, sciam. de Baebio poteris et de altero uicino Egnatio.

Quod me hortaris, ut eos dies consumam in philo- 2
sophia explicanda, currentem tu quidem, sed cum Dola-
bella uiuendum esse istis diebus uides. quod nisi me Tor-
quati causa teneret, satis erat dierum, ut Puteolos excur-
rere possem et ad tempus redire. Lamia quidem a Balbo, 3
ut uidebatur, audiuerat multos nummos domi esse nume-
ratos, quos oporteret quam primum diuidi, magnum pondus
argenti; auctionem praeter praedia primo quoque tempore
fieri oportere. scribas ad me uelim, quid tibi placeat.
equidem, si ex omnibus esset eligendum, nec diligentiorem
nec officiosiorem nec mehercule nostri studiosiorem facile
delegissem Vestorio; ad quem accuratissimas litteras dedi;
quod idem te fecisse arbitror. mihi quidem hoc satis

EP. XLV. *Noua ep.* c, *continuant rell.* *Deest* **E** 4 attullit **M^{1}R** 5 illæ **bC** ille *rell.* diocharine **MbmsPR***Rom.* diocharme **dIA^{2}c** diocharmæ **C** 10 idemque *Victorius* 13 Bæbio **F** *Ant. et alii codd. Mal.*, c bebio **OPR** babio **ΔIA^2***Rom.* 17 est **m***Rom.*
21 diuidi **IA^{2}c***Rom.* die uidi **Δ** (*sed* dein **s**) die **R** di (*spat.*) **P**
22 pr(a)edia **OPRC** prandia **ΔIA^{2}c***Rom.* 24 esset **bsPA^{2}c***Rom.* esse **MdmRI** 25 nec mehercule nostri studiosiorem **Z^{b}c** (*sed* mehercule *om.* **Z^b**) *om.* **ΔOPRIA^2***Rom.*

uidetur. tu quid dicis? unum enim pungit, ne neglegentiores esse uideamur. exspectabo igitur tuas litteras.

XLVI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Pollex quidem, ut dixerat ad Idus Sext., ita mihi Lanuui pridie Idus praesto fuit, sed plane pollex, non
2 index. cognosces igitur ex ipso. Balbum conueni — Lepta enim de sua uini curatione laborans me ad eum perduxerat — in eo autem Lanuuino, quod Lepido tradidit. ex eo hoc primum: paulo ante acceperam eas litteras, in quibus magno opere se confirmat ante ludos Romanos. legi epistulam. multa de meo CATONE, quo saepissime legendo se dicit copiosiorem factum, Bruti CA-
3 TONE lecto se sibi uisum disertum. ⟨tum⟩ ex eo cognoui cretionem Cluui — o Vestorium neglegentem! — liberam cretionem, testibus praesentibus, sexaginta diebus. metuebam ne ille arcessendus esset. nunc mittendum est, ut

1 pongit **M**^{1}**m***Rom.*, *corr.* **M**^{2}**c**^{S} ne] me ne **s***Rom.* negligentiores **bsRIA**^{2}**c***Rom.* neglegtiores **M**^{1} neglectiores **M**^{2}**c**^{S}**dP** neglentiores **m** Vale *add.* **c**

EP. XLVI. *Noua ep.* **c**, *continuant rell.* *Deest* **E** 5 pollex **b PA**^{2}**c***Rom.* polex *rell.* *talia non semper notaui* ad Id. Sext. *scil.* se praesto futurum; *cfr Schicheus Herm.* XVIII *p.* 610 6 lanui **M**^{1}**R** Lanuuini **M**^{2}**c**^{S} Iunii **P** Lanuuium **I** 7 iudex **M**^{1}**P**, *corr.* **M**^{2}**c**^{S} cognosces] cognosce si **M**^{1}**dm**^{1} cognosce. Sic **I** 8 sua uini curatione **I** suauini curatione **R** sua ui in curatione **Mdm**, *Lehmannus 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XIV (*a.* 1888) *p.* 258 sua uini (*aut* ui in) curatione **Z**^{l} sua incuratione **bs** suaui (*spat.*) curatione **P** sua ui in Curione **A**^{2}**c** *Rom.* (-onem **A**^{2}**c**) *cfr ep.* VI 19, 2; *Bootius ad l.* 9 in eo **PR** meo *rell.* (*sed* mea **bs**) lanuino **M**^{1}**R** laminio(?) **M***corr.* lanuuino **m** lauinno **P** Lanuuio **A**^{2}**c***Rom.* lannio **I** lepide **M**, *ut uid.* 10 hoc **dsPA**^{2}**c***Rom.* h(a)ec **MbmI** h' **R** 11 se **OPRc** *om.* **ΔIA**^{2} *Rom.* 12 quo *cod. in marg. ed. Lamb., uett. codd. Bosi:* qu(a)e **ΔPRI***Rom.* quem **A**^{2}**c**, *alii* 14 uisum] iussum **MdR** uideri **s** tum *Graeuius: om. codd. et uett. edd.* 15 Cluuii o Vestorium negligentem liberam cretionem **Z**^{b} Cluuio, Vestorium negligentem, liberam cretionem **c** *om.* **ΔOPRIA**^{2}*Rom.* 17 esset. Non committendum **A**^{2}**c***Rom.*

meo iussu cernat. idem igitur Pollex. etiam de hortis Cluuianis egi cum Balbo. ⟨n⟩il liberalius. se enim statim ad Caesarem scripturum, Cluuium autem a T. Hordeonio legare et Terentiae HS ↀↀↀ et sepulcro multisque rebus, nihil a nobis. subaccusa, quaeso, Vestorium. quid minus probandum, quam Plotium unguentarium per suos pueros omnia tanto ante Balbo, illum mi ne per meos quidem? de Cosinio doleo; dilexi hominem.

Q. delegabo, si quid aeri meo alieno superabit et 4
emptionibus, ex quibus mi etiam aes alienum faciendum puto. de domo Arpini nil scio.

Vestorium nil est quod accuses. iam enim obsignata 5
hac epistula noctu tabellarius noster uenit et ab eo litteras diligenter scriptas attulit et exemplum testamenti.

XLVII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Postea quam abs te, Agamemno, non ut ueni- (1)
rem — nam id quoque fecissem, nisi Torquatus esset —, sed ut scriberem, tetigit aures nuntius, extemplo instituta omisi; ea, quae in manibus habebam, abieci; quod iusseras edolaui. tu uelim e Pollice cognoscas rationes nostras sumptuarias. turpe est enim nobis illum, qualis-

1 iniussu **A**^{2}**c** 2 egit **A**^{2}**c***Rom.* nil liberalius *Lambinus:* illiberalius **OPRC** liberalius **ΔIA**^{2}**c***Rom.* 3 a Tito **OC** actito **R** actico **P** attico **ΔIA**^{2}**c***Rom.* 4 ↀↀↀ *uulg.:* IↃↃↃ **MR** I͞I͞I͞I **bms** LIII **IA**^{2}**c***Rom.* LIIII **P** L (*spat.*) **d** 5 subacusa **MR** uestrorum **M**^{1} 7 mi] mi Attice **A**^{2}**c***Rom.* mihi *alii* 8 de Cosinio **C** de cofinio **R** de corfinio **P** deos in io **Mdm** (in i **d**) deos in lo **I** deos mi **bs***Rom.* deos mihi **A**^{2}**c** de Cossinio *alii* 9 Q.] Quintum **A**^{2}**c** Quinto -Q. *Rom.* Quinto *uulg.* 10 mihi **PA**^{2}**c** 14 testamentum exempli **P** testamenti *om.* **bm***Rom.* Vale *add.* **c** EP. XLVII. *Deest* **E** 17 Agamemnon ut **bs***Rom.* 19 tetigit aureis nuncius, extemplo instituta omisi: ea **CZ**^{1} *codd. Bosi* tetigit omisi ea **ΔOPR***Rom.* fecit, omisi ea **IA**^{2}**c** *Trag. Rom. fragm. p.* 275^2 *Ribb., Enn. Scen. u.* 230 *Vahl.; Skutschius 'Kl. Schr.' p.* 307 *sqq.*

cumque est, hoc primo anno egere; post moderabimur diligentius. idem Pollex remittendus est, ut ille cernat. plane Puteolos non fuit eundum, cum ob ea, quae ad te scripsi, tum quod Caesar adest. Dolabella scribit se ad me postridie Idus. o magistrum molestum!

XLVII a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

(2) 1 Lepidus ad me heri uesperi litteras misit Antio; nam ibi erat. habet enim domum, quam nos uendidimus. rogat magno opere, ut sim Kal. in senatu; me et sibi et Caesari uehementer gratum esse facturum. puto equidem nihil esse. dixisset enim tibi fortasse aliquid Oppius, quoniam Balbus est aeger. sed tamen malui uenire frustra quam desiderari, si opus esset; moleste ferre⟨m⟩ postea. itaque hodie Anti, cras ante meridiem domi. tu uelim, nisi te impediuisti, apud nos pr. Kal. cum Pilia.

(3) 2 Te spero cum Publilio confecisse. equidem Kal. in Tusculanum recurram; me enim absente omnia cum illis transigi malo. Q. fratris epistulam ad te misi, non satis humane illam quidem respondentem meis litteris, sed tamen quod tibi satis sit, ut equidem existimo. tu uidebis.

2 ut ille] utile **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}c^8 5 *post* Idus *add.* Vale, *ab* O *nouam ep. inc.* **c**

EP. XLVII a. *Nouam ep. hinc inc. Io. de Gruber; superiori adiungunt* **ΔPRIA**^{2}*Rom.* *deest* **E** 12 Opius **MP** quoniam *om.* **IA**^{2} 13 malim **bmA**^{2}c*Rom.* 14 esset ⟨et⟩ *Wesenb. Em. alt. p.* 134 ferrem postea *uulg.*: ferre postea. **bsA**^{2}c*Rom.*, *Wesenb. l. l.* ferre. postea **MdmI** ferre postea **PR** 15 antii **M***corr.***bsIA**^{2}**c** anui **M**^{1}**mR***Rom.* anni **d** an. VI. **P** uelim sis nisi **IA**^{2}**c** 17 publilio **Md** publio *rell.* Vale *add.* **c**

XLVIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Heri nescio quid in strepitu uideor exaudisse, cum 1
diceres te in Tusculanum uenturum. quod utinam! iterum utinam! tuo tamen commodo.

Lepta me rogat, ut, si quid sibi opus sit, accurram; mortuos enim Babullius. Caesar, opinor, ex uncia, etsi nihil adhuc; sed Lepta ex triente. ueretur autem, ne non liceat tenere hereditatem, ἀλόγως omnino, sed ueretur tamen. is igitur si accierit, accurram; si minus, ⟨non⟩ ante quam necesse erit. tu Pollicem, cum poteris.

Laudationem Porciae tibi misi correctam. eo pro- 2
peraui, ut, si forte aut Domitio filio aut Bruto mitteretur, haec mitteretur. id si tibi erit commodum, magno opere cures uelim. et uelim M. Varronis et Olli mittas laudationem, Olli utique. nam illam legi, uolo tamen regustare. quaedam enim uix mihi credo legisse me.

XLIX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Atticae primum salutem — quam equidem rure esse 1
arbitror; multam igitur salutem — et Piliae. de Tigellio,

EP. XLVIII. *Noua ep.* **c**, *continuant rell.* *Deest* **E** 7 mortuos **M**[1]**d** mortuo **PRI** mortuus **bmsA**[2]**c***Rom.*, *uulg.* est enim *Orellius, alii, sed cfr Heidemannus l. l. p.* 28 Babullius **Mbs***Rom.* Babulius **A**[2]**c** ballius **d** babul(l)io **PRI** 9 *adscr.* sine ratione l' irrationabiliter **M***corr.*, sine ratione **ds** 10 is **sPR***Rom.* his *rell.* sin **A**[2]**c** non *add. Graeuius: om.* **ΔPRIA**[2]**c***Rom.* *cfr ad* XIII 31, 1 neutiquam *pro* antequam *Sturenburgius or. pro Arch. p.* 206 12 eo *Lambinus:* aueo **M**[1]**PR** ac eo **M**[2]**c**[8]**bdmsIA**[2]**c***Rom.* adeo *Bootius* 14 haec mitteretur *om.* **IA**[2] 15 M. **bdms***Rom.* Marci **MPRIA**[2]**c** et olli **ΔI** se coli **PR** et Ollii **A**[2]**c***Rom.* 16 olim **PR** 17 me **FOPR***Ant.***Z**[β]**c** *om.* **ΔIA**[2]*Rom.*

EP. XLIX. *Deest* **E** 20 Atticæ . . . & Pyliæ. Vale *superiori ep. adiungit, a* De *u.* 21 *nouam ep. incipit* **c** quidem *mauult Muell.* rure **ΔPR** *codd. Mal.* **IA**[2]**c** ruri *Rom.*, *uulg.* *cfr Hor. ep.* I 7, 1; *saepius Varro* distinxit *Muell.*, *cfr ad l.* 21 multa **M**[1]**dR** Tigelio **Mbm**

si quid noui. qui quidem, ut mihi Gallus Fadius scripsit, μέμψιν ἀναφέρει mihi quandam iniquissimam, ⟨m⟩e Phameae defuisse, cum eius causam recepissem. quam quidem receperam contra pueros Octauios Cn. f. non libenter, sed et Phameae causa uolebam. erat enim, si meministi, in consulatus petitione per te mihi pollicitus, si quid opus esset, quod ego perinde tuebar ac si usus essem. is ad me uenit dixitque iudicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo de Sestio nostro lege Pompeia in consilium iri necesse erat. scis enim dies illorum iudiciorum praestitutos fuisse. respondi non ignorare eum, quid ego deberem Sestio; quem ipse uellet alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum. ita tum ille discessit iratus. puto me tibi narrasse. non laboraui scilicet nec hominis alieni
2 iniustissimam iracundiam mihi curandam putaui. Gallo autem narraui, cum proxime Romae fui, quid audissem, neque nominaui Balbum minorem. habuit suum negotium Gallus, ut scribit. ait illum me animi conscientia, quod Phamean destituissem, de ⟨se⟩ suspicari. qua re tibi hactenus mando, de illo nostro, si quid poteris, exquiras, de me ne quid labores. est bellum aliquem libenter odisse

1 Fadius *Orellius:* Fabius **ΔPRIA²c***Rom.* 2 *adscr.* querelam refert **M***corr.***ds** me Phame(a)e **c***Rom.* Ephame(a)e **ΔPRI** me Ephameæ **A²** 4 reciperam **M** Octauios *uulg.:* Octauius **ΔPRIA²c** Octauii *Rom.* f.] filios *uulg. cfr* p. 49, 18 4–5 sed et **M²bdmsc** sedet **M¹PR** sed **IA²***Rom., recc. edd.*; *nescio an hoc uoluerit dicere* et nolebam recipere et rursus uolebam Ephameæ **IA²** 7 his **M¹** 8 dare sibi **c***Rom.* dares ibi **M¹dmPR** dare tibi **bs** dare: ibi **IA²** 9 eo ipso die **bs** *sic saepius, uelut* VIII 11 B, 2; IX 7, 1; XII 41, 1; XIV 18, 1; *ut supra ep.* XI 6 a, 1 sextio **bsP** (*item u.* 12) 11 quid **M²l'dsc** *Rom.* quod **M'bmPRIA²** *cfr p.* 11, 9 12 quem ipse **PR** quem *rell.* 14 homines **M¹PR**, *corr.* **M²c⁸** 19 phamean **M***corr.* phame an **M¹dR** (-nie **d**) phameam **bs***Rom.* phameã **mc** phamee **P** Ephameam **IA²** dicere *ante* me *add. Lamb.*, *post* de se *Muell.*; *tradita ferri posse uidentur Heidemanno l. l. p.* 76, *aliis*; *cfr Muell. ad l.* de se suspicari **c** de suspicari **Mm***Rom.* desuspicari **bdsPR** suspicari **IA²** 21 odisse libenter **IA²**

et, quem ad modum non omnibus ⟨dormire, ita non omnibus⟩ seruire. etsi me hercule, ut tu intellegis, magis mihi isti seruiunt, si obseruare seruire est.

L

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Admonitus quibusdam tuis litteris, ut ad Caesarem uberiores litteras mittere instituerem, cum mihi Balbus nuper in Lanuuino dixisset se et Oppium scripsisse ad Caesarem me legisse libros contra Catonem et uehementer probasse, conscripsi de iis ipsis libris epistulam Caesari, quae deferretur ad Dolabellam, sed eius exemplum misi ad Oppium et Balbum, scripsique ad eos, ut tum deferri ad Dolabellam iuberent meas litteras, si ipsi exemplum probassent. ita mihi rescripserunt nihil umquam se legisse melius epistulamque meam iusserunt dari Dolabellae. 1

Vestorius ad me scripsit, ut iuberem mancipio dari seruo suo pro mea parte Hetereio cuidam fundum Brinnianum, ut ipse ei Puteolis recte mancipio dare posset. eum seruum, si tibi uidebitur, ad me mittes. opinor enim ad te etiam scripsisse Vestorium. 2

De aduentu Caesaris idem, quod a te, mihi scriptum est ab Oppio et Balbo. miror te nihildum cum Tigellio. 3

1 et *om.* **m**²*Rom.* dormire ita non omnibus *add. Erasmus Roterodamus: om. codd. et uett. edd. cfr ep.* VII 24, 1 2 me hercule **PR** mercule **Mm**, *fort. recte* mehercule *rell.* tu *om.* **IA**²

EP. L. *Deest* E 7 mittere instituerem *codd. Bosi* mitterem instituerem **M**¹ *superscr.* f. mittere **M**² (*post del.*), -tueram **M***corr.* mitterem institueram **M***corr.***bdmsPRIA**²**c***Rom.* 8 lanuino **MR** lanuino **m** lanuuio **bdsA**²**c***Rom.* Lauinno **P** lauino **I** opium **M**¹ 10 iis **M**²**bmI***Rom.* his **dsPA**²**c** is **R** *om.* **M**¹ 11 deferetur **IA**²**c** sed . . . Dolabellam *u.* 13 *om.* **P** 12 missi **M**¹, *corr.* **M**² 13 defferri **M**¹**R**¹ si ipsi] sumpsi **M**¹, *corr.* **M**² 23 *a* Miror *nouam ep. incipit* **c** *distinxit Muell.;* Tigellio, uelut . . . acceperit. *alii*

uelut hoc ipsum, quantum acceperit, prorsus aueo scire,
4 nec tamen flocci facio. quaeris, quid cogitem de obuiam itione. quid censes nisi Alsium? et quidem ad Murenam de hospitio scripseram, sed opinor cum Matio profectum. Sallustius igitur urgebitur.

5 Scripto iam superiore uersiculo Eros mihi dixit sibi Murenam liberalissime respondisse. eo igitur utamur. nam Silius culcitas non habet. Dida autem, opinor, hospitibus totam uillam concessit.

LI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Ad Caesarem quam misi epistulam, eius exemplum fugit me tum tibi mittere, nec id fuit, quod suspicaris, ut me puderet tui, † ne ridicule micillus, nec me hercule scripsi aliter ac si πρὸς ἴσον ὅμοιόν que scriberem. bene enim existimo de illis libris, ut tibi coram. itaque scripsi et ἀκολακεύτως et tamen sic, ut nihil eum existimem lecturum libentius.

2 De Attica nunc demum mihi est exploratum; itaque ei de integro gratulare. Tigellium totum mihi, et quidem quam primum; nam pendeo animi.

Narro tibi, Q. cras; sed ad me an ad te nescio. mi

1 uelut **dsA²c** uel ut *rell.* 2 obuiam itione **M²c⁸bdmsA²c***Rom.* obuia mitione **M¹R** obuiatione **P** obuia itione **I** 5 Sallustius **mA²c** Salustius *rell. cfr Lehm. Quaest. Tull. p.* 75 6 heros **bm** Heros **IA²** 8 culcitas **ΔPRC** culcitras **IA²c***Rom.*

EP. LI. 12 Ad ... etsi *p.* 61, 2 *om.* **E** 13 me tum **M***corr.* **bsPRA²c***Rom.* mecum **M¹d** me cum **m** me **I** 14 Micyllus **c** Micillus **IA²***Rom.* micillus **Δ** militibus **R** *om.* (*spat.*) **P** tui. fui nec ridicule μιχκύλος *Bootius alii aliter. cfr Tyrr.-Purs. ad l.* nec etiam **PR** me hercule **M²dPR** m hercule **M¹** mehercule *rell.* 15 que], quae **IA²c** *adscr.* ad aequum similem, *post* sine assentatione **M***corr.***ds**

17 ΚΑΚΟΛΑΚΕΥΤΩϹ **M¹PR** (-ΟΛΚ- **PR**) 20 tigellum **bdms** *Rom.* mihi totum **PR**, *fort. recte* 22 narro **O** *Ant., aliquot alii codd. Mal,* **Z**$^{\beta}$ uarro **PR** narrabo **ΔA²c***Rom.* (nara- **M**) *alii* narrabit **I** *de praes. cfr* II 11,1; XV 16 a; 21,1 *ep.* XI 24,1, *al.; de fut. cfr Muell. ad l.*

Quintus **b** cras] crassus **s** cassius **bs** (*in marg.*) Crassus **A²c** crassus *ex* cras sed **M***corr.* mihi **A²c**

scripsit Romam VIII Kalendas. sed misi, qui inuitaret. etsi hercle iam Romam ueniendum est, ne ille ante aduolet.

LII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

O hospitem mihi tam grauem ἀμεταμέλητον! fuit enim 1
periucunde. sed cum secundis Saturnalibus ad Philippum uesperi uenisset, uilla ita completa a militibus est, ut uix triclinium, ubi cenaturus ipse Caesar esset, uacaret; quippe hominum CIↃ CIↃ. sane sum commotus, quid futurum esset postridie; ac mihi Barba Cassius subuenit, custodes dedit. castra in agro; uilla defensa est. ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad H. VII nec quemquam admisit; rationes opinor cum Balbo. inde ambulauit in litore. post H. VIII in balneum. tum audiuit de Mamurra; uultum non mutauit. unctus est, accubuit. ἐμετικὴν agebat; itaque et edit et bibit ἀδεῶς et iucunde, opipare sane et apparate, nec id solum, sed

bene cocto et
condito sermone bono et, si quaeris, libenter.

2 iam hercle Romam] *accedit* **E** hercle **MEPRIA**^{2}**c** (er- **R**) hercule **bdms***Rom.* Romam iam **IA**^{2} Vale *add.* **c**

EP. LII. *Noua ep.* **c**, *continuant rell.* 6 *adscr.* sine penitudine **M***corr.***ds** 7 secondis **Mm** ad me uesperi **bm***Rom.* 8 a *om.* **A**^{2}, *alii cfr* IV 1, 5; *Tusc. disp.* V 38, 112 est *om.* **IA**^{2} 10 ∞∞ **PR** $\overline{\text{∞∞}}$ **MmE** cccc **IA**^{2}**c** $\overline{\text{xxx}}$ **bs** *om.* (*spat.*) **d***Rom.* 11 at *Ernestius* 12 tertiis] certis **M**^{1}**O**^{2}**I** 13 H. VII. **MmE** h. VIII **b** horas .VIII· **s** .VII **PR** .VIII. nonas **I** .VIII. Cal. (kl.) **A**^{2}*Rom.* *om.* **d** rationes oppositas opinor **PR** 14 H. VIII. **MdmRZ**^{l} HS. VIII **P** .VIII. kl. **s** non. VIII **I** h(a)ec **bA**^{2}**c***Rom.* 15 tum] cum **bs** dum **Z**^{l} (?) tum . . . mutauit *om.* **E** adiuit **M**^{2}**c**^{s}**dm**^{1}**I** uultum **Z**^{bl}**c** *om.* **ΔOPRIA**^{2}*Rom.* 16 *adscr.* euomicationem *et* secure **M***corr.***ds** 17 ἀδεῶς *ante* agebat, *spat. post* bibit **bds***Rom.* iucunde **IA**^{2}**c** iocundi **ΔEPR** iucundi *Rom.* 20 bono . . . Nicia *p.* 62, 11 *om.* **E** libenter *om.* **bms***Rom.* *Lucil.* 1122 *sq. Marx.*

2 praeterea tribus tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτὸν ualde copiose. libertis minus lautis seruisque nihil defuit. nam lautiores eleganter accepi. quid multa? homines uisi sumus. hospes tamen non is, cui diceres: amabo te, eodem ad me, cum reuertere. semel satis est. σπουδαῖον οὐδὲν in sermone, φιλόλογα multa. quid quaeris? delectatus est et libenter fuit. Puteolis se aiebat unum diem fore, alterum ad Baias.

Habes hospitium siue ἐπισταθμείαν odiosam mihi, dixi, non molestam. ego paulisper hic, deinde in Tusculanum. Dolabellae uillam cum praeteriret, omnis armatorum copia dextra sinistra ad equum nec usquam alibi. hoc ex Nicia.

1 tridiniis **M**^{1}**O**^{1}(?) *adscr.* qui circa ipsum **M***corr.***ds** 2 libertis **bsIA**^{2}**c***Rom.* libertus **MdmOPR** seriusque **m**^{1}**sA**^{2}**c***Rom.* seruis qu(a)e *rell.* nihil] mihi **M***corr.***b** 3 accepti **A**^{2}, *alii* uisi **M**^{2}**c**^{s}**bdmsOIA**^{2}**c***Rom.* uissi **P** iussi (*ut uid.*) **M**^{1}**R** 4 non is **PR** nonis **M**(?)**bO**^{1} nouis **dmsO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* cui *uulg.*: qui **ΔOPRI** **A**^{2}**c***Rom.* amabo **sPRA**^{2}**c***Rom.* ambo **MbdmI** cum *om.* **PR** 5 *adscr.* serium nihil *et* delectabilia **M***corr.***ds** 6 multum **P** mul **R** 8 ἐπισταμίαν **A**^{2}**c**, *alii* 11 equm **MR** equin **O**^{1} nicicia **M**^{1}**PR** Vale *add.* **A**^{2}**c***Rom.*

LIBER QVARTVS DECIMVS

I

CICERO ATTICO SAL.

Deuerti ad illum, de quo tecum mane. nihil perdi- 1
tius; explicari rem non posse. etenim si ille tali ingenio exitum non reperiebat, quis nunc reperiet? quid quaeris? perisse omnia aiebat — quod haud scio an ita sit; uerum ille gaudens — adfirmabatque minus diebus xx tumultum Gallicum. in sermonem se post Idus Martias praeterquam Lepido uenisse nemini. ad summam, non posse istaec sic abire. o prudentem Oppium! qui nihilo

Martij Tulij ciceronis epistolarum ad Atticum liber · XIII · explicit. incipit liber XIIII. **MR** (*sed* Marci *et* epl'arum **R**) M. TVLLII. CICERONIS. EPISTOLARVM. AD. ATTICVM. LIBER. XIII. EXPLICIT. INCIPIT. LIBER. XIIII. **m** M · TVLL · CICERONIS · EPISTOLARVM · AD ATTICVM · LIBER · QVARTVSDECIMVS · INCIPIT · **b** M · T · CICERONIS · EPISTOLARVM AD ADTHICVM LIBER XIIII INCIPIT · LEGE FELICITER · **ds** (*sed* ATTI- **s**, LEGE *om.* **s**) M. T. CI. AD AT. EPISTOLARVM LIBER XIII EXPLICIT · INCIPIT QVART' · X · **P** M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. P. ATTICVM LIBER QVARTUS DECIMVS **A**^{2} MARCI TVLLII CICERONIS · EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER DECIMVSQVARTVS **c** M. Tul. Ci. Epistolarum ad T. Pomponium Atticum. Liber. XIIII. *Rom.* *om.* **EI**

EP. I. *Accedit* **E** 4 Deuerti **ΔEPZ**^{r} *Rom.* Reuerti **RIA**^{2}**c** Diuerti **C** perditus **M**^{1}**m**^{1}**ER** 6 non *om.* **E** 7 haud] aut **M**^{1}**EI** 8 *post* uerum *dist.* **M***corr.* **bdmI** gaudet **F** adfirmabatque **Z**^{b} affirmabat **c** affirmatque **ΔEOPR***Rom.* affirmat **IA**^{2} 9 martis **M**^{1} 10 Lepido **FP**, *Manutius* Lepidi **ΔER** *rell. codd.* *Mal.* **IA**^{2}**c** *Rom.* 11 ist(a)ec **bmEA**^{2}**c** *Rom.* ista et **M**^{1} isthec **s** ista **M***corr.***PR** isthuc **d** istuc **&I** prudententem **M** pudentem *Ernestius, alii, sed cfr Bootius ad l.; Sternkopfius 'Cicero und Matius'* (*progr. Dortm. a.* 1901) *p.* 10 opium **M**^{1}**P** *talia non semper notaui*

minus illum desiderat, sed loquitur nihil, quod quemquam bonum offendat. sed haec hactenus.

2 Tu quaeso, quicquid noui — multa autem exspecto —, scribere ne pigrere, in his, de Sexto satisne certum, maxime autem de Bruto nostro. de quo quidem ille, ad quem deuerti, Caesarem solitum dicere: magni refert, hic quid uelit, sed quicquid uolet, ualde uolet; idque eum animaduertisse, cum pro Deiotaro Niceae dixerit; ualde uehementer eum uisum et libere dicere; atque etiam — ut enim quidque succurrit, libet scribere — proxime, cum Sesti rogatu apud eum fuissem exspectaremque sedens, quoad uocarer, dixisse eum: Ego dubitem, quin summo in odio sim, cum M. Cicero sedeat nec suo commodo me conuenire possit? atqui, si quisquam est facilis, hic est. tamen non dubito, quin me male oderit. haec et eius modi multa. sed ad propositum. quicquid erit, non modo magnum sed etiam paruum, scribes. equidem nihil intermittam.

II

CICERO ATTICO SAL.

1 Duas a te accepi epistulas heri. ex priore theatrum Publiliumque cognoui, bona signa consentientis multitudinis;

3 quaeso ... ne pigrere] *cfr Lebretonius 'Etudes' p.* 302; *Krollius Glotta* VII (*a.* 1916) *p.* 121   4 sesto **R**   Sestio **A^2c***Rom. corr.***C**   5 diuerti **IA^2c**   6 magni refert] *cfr Muell. ad l.*   7 uolet ualde uolet **ΔEOPRZ**^{r} **A^2c***Rom.*, *sed* uolẹt ualde uolẹt **M**   uolet **I**   uolt ualde uolt **Z**^{b}, *uulg. cfr Comm. Tull. p.* 151   8 cum] tum **M^1EPR**   Nice(a)e dixerit **bdsA^2c***Rom.* (-cae **d**)   nicae edixerit **MmR**   nicae ac dixerit **E**   (*spat.*) edixerit **P**   uitae edixerit **I** *cfr Muell. ad l.*   9 diceret **M^1**   10 quicquam **bms***Rom.*   sucurrit **M^1**, *corr.* **M^2**   11 sesti **R**   Sestii **A^2c***Rom.*   sexti **ΔEPI** *cfr p.* 58, 9   12 quo aduocarer **M^1E**   13 cum] que (*per. comp.*) **M^1**, *corr.* **M^2**   14 est si facilis **M^1dmsI**   est facile **R**   18 Vale *add.* **A^2c***Rom.*

EP. II. *Deest* **E**   20 SAL.] salutem dicit **M**   21 Duas] Quas **d^1***Rom.*   epistulas] litteras **PR**   22 publilium que **M**   publium que (-iumque) **bdmsPRIA^2c***Rom.*   *cfr Woelfflinus Philol.* XXII (*a.* 1865) *p.* 439

plausus vero L. Cassio datus etiam facetus mihi quidem
uisus est. altera epistula de Madaro scripta, apud quem 2
nullum φαλάκ⟨ρ⟩ωμα, ut putas; † processit enim, sed minus
diutius sermone enim sum retentus. quod autem ad te
scripseram, obscure fortasse, id eius modi est. aiebat Cae- 3
sarem secum, quo tempore Sesti rogatu ueni ad eum, cum
exspectarem sedens, dixisse: ego nunc tam sim stultus,
ut hunc ipsum facilem hominem putem mihi esse
amicum, cum tam diu sedens meum commodum ex-
spectet? habes igitur φαλάκρωμα inimicissimum otii, id
est Bruti.

In Tusculanum hodie, Lanuui cras, inde Asturae co- 4
gitabam. Piliae paratum est hospitium, sed uellem Atti-
cam. uerum tibi ignosco. quarum utrique salutem.

III

CICERO ATTICO SAL.

Tranquillae tuae quidem litterae. quod utinam diutius! 1
nam Ma⟨t⟩ius posse negabat. ecce autem structores nostri
ad frumentum profecti, cum inanes redissent, rumorem ad-
ferunt magnum, Romae domum ad Antonium frumentum

1 Lucio **IA^{2}c** 2 mandato **s***Rom.* 3 φαλάκρωμα **bs**, *Victorius* **ΦΑΛΑΚΩΜΑ** (*sed* Φ *ex correctione*) **M** ΚΑΛΑΚΩΜΑ **PR** (-Ko-**P**) σαλάκωμα **dmA^{2}c***Rom.*, *Crat. ind. Gr. cfr Sternk. l. l.* processit *et* diutius *etiam* **Z^{t}** sed minus] sed sedimus **PR** *post* diutius *dist.* **ΔIA^{2}c** *Rom.* *uaria temptarunt, uelut* processit enim, sedimus diu: eius sermone enim sum r. *Sternk. l. l. p.* 11; *cfr Muell. ad l.* 5 obscure **PC** obsecro **ΔRIA^{2}c***Rom.* 6 sextii **bsP** roga **M^{1}** 7 exspectarem **M** *corr.* **PRA^{2}c***Rom.* spectarem **ΔIC** tam sum stultus **m^{1}s** tam stultus sim *Rom.* 9 cum] quin **M^{1}** qui **PR** 10 *adscr.* caluitiem **M** *corr.* **ds** amicissimum **bms***Rom.* 12 lanui **M^{1}R** lanuui **M^{2}dm** lanuuii **bsIA^{2}c** *Rom.* lauinni **P** *talia non semper notaui* ad sture **M^{1}d** (adst- **M** *corr.*) *sic saepius* 14 Vale *add.* **A^{2}c***Rom.*

EP. III. *Deest* **E** 17 tu(a)e quidem **Md^{2}sR***Rom.* quidem tu(a)e **bd^{1}mPIA^{2}c** 18 Matius *uulg.*: maius **ΔPRZ^{t}IA^{2}c** mauis *Rom.*

omne portari. πανικὸν certe; scripsisses enim. Corumbus Balbi nullus adhuc. et mihi notum nomen; bellus enim esse dicitur architectus.

2 Ad obsignandum tu adhibitus non sine causa uideris. uolunt enim nos ita putare; nescio, cur non animo quoque sentiant. sed quid haec ad nos? odorare tamen Antoni διάθεσιν, quem quidem ego epularum magis arbitror rationem habere quam quicquam mali cogitare.

Tu, si quid pragmaticum habes, rescribe; sin minus, populi ἐπισημασίαν et mimorum dicta perscribito. Piliae et Atticae salutem.

IV

CICERO ATTICO SAL.

1 Numquid putas me Lanuui? at ego te istic cottidie aliquid noui suspicor. tument negotia. nam cum Matius, quid censes cetero⟨s⟩? equidem doleo, quod numquam in ulla civitate accidit, non una cum libertate rem p. recuperatam. horribile est, quae loquantur, quae minitentur. 2 ac uereor Gallica etiam bella, ipse Sextus quo evadat. sed omnia licet concurrant, Idus Martiae consolantur. nostri

1 πανικὸν *om.* (*spat.*) s *adscr.* nimium **M** *corr.* **ds** Corimbus **I** Torumbus **A**^{2}**c***Rom.*, *corr.* **C** 2 balbinullus **M***corr.* et] est *Wesenb. Em. p.* 18, *Heidem. l. l. p.* 17 etsi (*Klotzius*) *uel* sed (*Ern.*) *alii* 7 *adscr.* dispositionem **M***corr.* **ds** 9 pragmaticum **Mdms***Rom.* pragmaticon **PRIA**^{2}**c** πραγματικὸν **b**, *Tyrr.-Purs.* habes rescribe **bsZ**^{r} *Rom.* habere scribes **dmPRI** habere scribis es(?) **M**^{1} habere scribe **M***corr.* habes scribe **A**^{2}**c** habes rescribes *Klotzius* sin **M bsA**^{2}**c***Rom.* in **dmPRI** 10 *adscr.* significationem **M***corr.***ds** mimorum **bsA**^{2}**c** minorum **Mdm***Rom.* mĩorum **I** minor **PR** 11 Vale *add.* **PA**^{2}**c**

EP. IV. *Accedit* **E** 14 Numquid *quidam ap. Lamb.*: Nunquid **ds** Nunc quid **MbmEPRIA**^{2}**c***Rom.* cottidie **ER** quotidie *rell.* (*sed ante* istic **ds**), *item p.* 67, 4 *et aliis locis, quod non semper notaui* 15 timent **PR** 16 ceteros **M***corr.***P** cetero **ΔERIA**^{2}**c***Rom.* (*ante h. u. in plerisque distinguitur*) nunc quam **M**^{1} 18 horibile **M** horribille **E** 19 Sestius **A**^{2}**c**, *corr.* **C**

autem ἥρωες, quod per ipsos confici potuit, gloriosissime et magnificentissime confecerunt; reliquae res opes et copias desiderant, quas nullas habemus. haec ego ad te; tu, si quid noui — nam cottidie aliquid exspecto — confestim ad me, et, si noui nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitti litterulas. equidem non committam.

V

CICERO ATTICO SAL.

Spero tibi iam esse, ut uolumus, quoniam quidem 1
ᾐσίτησας, cum leviter commotus esses; sed tamen uelim scire, quid agas. signa bella, quod Caluena moleste fert se suspectum esse Bruto; illa signa non bona, si cum signis legiones veniunt ⟨e⟩ Gallia. quid tu illas putas, quae fuerunt in Hispania, nonne idem postulaturas? quid, quas Annius transportavit? C. Asinium uolui, sed μνημονικὸν ἁμάρτημα. a balneatore φυρμὸς πολύς. nam ista quidem Caesaris libertorum coniuratio facile opprimeretur, si recta sa-

1 *adscr.* heroes **M***corr.* **ds** per ipsos **M^{1}O^{1}Z^t** *codd. Mal.* **c** per se ipsos **M^{2}bdmsEO^{2}PRIA^2***Rom.* 2 reliqu(a)e **M^{2}bdmsIA^{2}c***Rom.* reliqua **M^{1}EPR** 3 ego *om.* **bds** tu *Klotzius prooem. p.* XLII: ut **ΔERIA^{2}c***Rom.* *om.* **P** *cfr* IV 19, 2 *ex.* V 19, 1; VIII 5, 2; *ep.* XIV 7, 3 6 equidem **M***corr.***EPRC** siquidem **ΔIA^{2}c***Rom.* Vale *add.* **A^{2}c***Rom.*

EP. V. *Deest* **E** 8 SAL.] salutem dicit **M** sal. d. **m**
10 ἠσίτησας **Z$^{\beta lt}$** ICЄITHCAC **MmOPR** ἐσίγησας **c**, *Crat. ind. Gr.* *om.* (*sine spat.*) **b** (*spat. rel.*) **dsA^2***Rom.* 10 cum **Z^t** quem **MbdmPRI** quam **sA^{2}c***Rom.* 11 *post* fert *add.* se **PRA^{2}c**, *ante* esse *Rom.*, *om.* **ΔI** 12 signis **M***corr.***bsPRIA^{2}c** insignis **M^{1}dm***Rom.* 13 e **A^{2}c***Rom.* *om.* **ΔPRI** 14 Quid eas **A^{2}c***Rom.* quas Annius **A^{2}c***Rom.* qua sannius **R** qua sanius **MdI** quas anius **bms** (annis **s**) qua (*spat.*) **P** 15 transportauit **A^{2}c** transportaui **ΔPRI** C. Asinium *Bootius*: caninium **ΔRIA^{2}c***Rom*, *alii* ea nimium **P** *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* sed *om.* **bm** *Rom.* *adscr.* memori(a)e uitium **M***corr.***ds** 16 a balneatore **PZ$^{\beta t}$C** abalneatore **R** ab alneatore **O** a baleatore **MmI** ab aleatore **bdsA^{2}c** *Rom.*, *alii* *adscr.* permixtio plurima **M***corr.***ds** 17 recte **P**, *alii*; *cfr Lebret.* '*Études*' *p.* 180; *Muell.* '*Synt. d. Nom. u. Acc.*' *p.* 83.

2 peret Antonius. ⟨o⟩ meam stultam verecundiam! qui legari
noluerim ante res prolatas, ne deserere uiderer hunc rerum
tumorem; cui certe si possem mederi, deesse non deberem.
sed uides magistratus, si quidem illi magistratus, uides tamen
tyranni satellites ⟨in⟩ imperiis, uides eiusdem exercitus, ui-
des in latere veteranos, quae sunt εὐρίπιστα omnia; eos
autem, qui orbis terrae custodiis non modo saepti verum
etiam magni esse debebant, tantum modo laudari atque
amari, sed parietibus contineri. atque illi quoquo modo
3 beati, civitas misera. sed uelim scire, quid aduentus Oc-
taui, num qui concursus ad eum, num quae νεωτερισμοῦ
suspicio. non puto equidem, sed tamen, quicquid est, scire
cupio. haec scripsi ad te proficiscens Astura III Idus.

VI

CICERO ATTICO SAL.

1 Pridie Idus Fundis accepi tuas litteras cenans. primum
igitur melius esse, deinde meliora te nuntiare. odiosa illa
enim fuerant, legiones uenire. nam de Octauio susque de-

1 o c *om.* **ΔOPRIA**[2]*Rom.* *cfr Lehm. De Cic:is ad Att. epp. p.* 204; *Flickingerus 'Am. Journ. of Phil.'* XXXIV (*a.* 1913) *p.* 289 3 timorem **PI** mederi deesse **PR,** *Victorius* mederi disse **m** me deridisse **M**[1] mederi ipse **M**[2]c[s]**dsI** mederi odisse **bm**[2]**A**[2]c*Rom.* 4 illum **PR** magistratus illi sunt **IA**[2]**c** *de* tamen *cfr Lehm. l. l. p.* 205 5 Tranni **M**[1], *corr.* **M**[2]c[s] in **A**[2]c*Rom. om.* **ΔPRI** imperii **bs** eius de me **M**[1] 6 ЄΥΡЄΙΠΙSΤΑ **M** ЄΥΡΙΠΙΙΓΤΑ **PR** (-I8TA **R**) *adscr.* late credenda **M***corr.***ds** 7 custodiis *Rom.* custodis **Δ** custodes **PRIA**[2]**c** 8 magni esse debebant **IA**[2]**c** magisse debebant **Z**[b] magni sedebant **M**[1]**PR** magnis aedebant **d** magni esse debeant **bms***Rom.* magni esse debant (*ut uid.*) **M***corr.* *uaria coniectarunt, sed apte confert Purserus* II 9, 2; *ep.* XI 3, 4 (*Brut. et Cass.*); *or. pro Quinct.* 30, 93 10 qui *Wesenb. Em. alt. p.* 134 *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 11 num quid **PR** *adscr.* nouarum rerum **M***corr.***ds** 12 quidem **IA**[2] 13 IIII **Z**[β] (III **Z**[b]) Vale *add.* **A**[2]**c**, *ante* III *Rom.*

EP. VI. 15 SAL.] salutem dicit **M** sal. d. **m** 16 Pridie . . . Caesare *p.* 69, 2 *om.* **E** fondis **Mdms** 18 enim illa **bsO** susque deque **C** scis qu(a)e de qu(a)e **Mdm** scis que deque Quinto *Rom.* scis quae **IA**[2]c scis quid de eo **M***corr.***b** scis quid ego **s**

que. exspecto quid de Mario, quem quidem ego sublatum rebar a Caesare. Antoni conloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. sed tamen adhuc me nihil delectat praeter Idus Martias. nam quoniam Fundis sum cum Ligure nostro, discrucior Sextili fundum a uerberone Curtilio possideri. quod cum dico, de toto genere dico. quid enim miserius quam ea nos tueri, propter quae illum 2
oderamus? etiamne consules et tr. pl. in biennium, quos ille uoluit? nullo modo reperio, quem ad modum possim πολιτεύεσθαι. nihil enim tam σόλοικον quam tyrannoctonos in caelo esse, tyranni facta defendi. sed uides cos., uides reliquos magistratus, si isti magistratus, uides languorem bonorum. exsulta⟨n⟩t laetitia in municipiis. dici enim non potest, quanto opere gaudeant, ut ad me concurrant, ut audire cupiant mea uerba de re. nec ulla interea decreta. sic enim πεπολιτεύμεθα, ut uictos metueremus.

Haec ad te scripsi apposita secunda mensa; plura et πολιτικώτερα postea, et tu, quid agas quidque agatur.

2 rebar a **A^2c***Rom.* rebar e **M***corr.***bmsI** rebare **M^1dPR** Antoni ... mart. etc. Quid ... oderamus *et* Nihil (*u.* 10) ... defendi **E**, *cetera om.* conquium **M^1E** 4 fondis **Mdm** 5 discrucior Sextilii *Manutius*: discrutior Sest. (*i. e.* Sestilii) **C** distructor sexti illi **PR** (sesti **R**) destructo res est ulli **Δ***Rom.* destructore sestulli **M^4** structore Sestilii **IA^2c** (*sed* Sesti illi **I**, Sestillii **A^2**) fondum **Mdm** 8 etiam ne **bmsPR***Rom.* etiam nec **MdIA^2c** tribunos **IA^2c** 10 ΠΟΛΕΙΤΕΥΕϹΘΑΙ **M^1PR** *adscr.* uersari in re p. *et* barbarum atque (uel **s**) immane **M***corr.***ds** quam **M^2bm^{2}sPRC** cum **M^1dm^1** ἢ **A^2c** *om.* **I***Rom.* tyrannoctonos **M***corr***bPR** (-omos **b**, -onus **PR**) tyran noctonos **E** tyranno ct (et) onus **M^1dm** tyranno tronos **s** τυραννοκτόνους **A^2c***Rom* 11 cos. **Rc** eos **ΔIA^2** consules **P***Rom., uulg.* 12 langorem **MbdPI** 13 exultant **A^2c***Rom.* exultat **ΔPRI** 14 quanto opere **MdR** quantopere *rell. haec non semper notaui* 15 uerba mea **IA^2c** de re **M^1dmPRIA^2c***Rom.* de re. p. **M***corr.***bs** ea de re *Bosius, alii* 16 ΠΕΠΟΛΕΙΤΕΥΜΕΘΑ *et u.* 18 ΠΟΛΕΙΤΙΚΩΤΕΡΑ **M^1PR** *adscr.* uersati sumus in re p. *et* ciuiliora **M***corr.***ds** 17 seconda **M^1m**.

VII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Postridie Idus Paulum in Caieta uidi. is mihi de Mario et de re p. aliqua, quaedam sane pessima. a te scilicet nihil; nemo enim meorum. sed Brutum nostrum audio uisum sub Lanuuio. ubi tandem est futurus? nam cum reliqua tum de hoc scire aueo omnia. ego e Formiano exiens xvii Kal., ut inde altero die in Puteolanum, scripsi haec.

2 A Cicerone mihi litterae sane πεπινωμέναι et bene longae. cetera autem uel fingi possunt, πίνος litterarum significat doctiorem. nunc magno opere a te peto, de quo sum nuper tecum locutus, ut uideas, ne quid ei desit. id cum ad officium nostrum pertinet, tum ad existimationem et dignitatem, quod idem intellexi tibi uideri. omnino, si ego, ut uolo, mense Quintili in Graeciam, sunt omnia faciliora; sed cum sint ea tempora, ut certi nihil esse possit, quid honestum mihi sit, quid liceat, quid expediat, quaeso, da operam, ut illum quam honestissime copiosissimeque tueamur.

Haec et cetera, quae ad nos pertinebunt, ut soles, cogitabis, ad meque aut quod ad rem pertineat aut, si nihil erit, quod in buccam venerit scribes.

EP. VII. *Noua ep.* **M**^{4} *superiori adnectunt codd. et uett. edd. deest* **E**, *nisi quod* Brutum . . . Lanuuio *u.* 6 *habet* 3 in Caieta **ΔPR** *codd. Bosi* **IA**^{2}**c***Rom.*, *sed* in *del.*, -ta *in* -tae *corr.***M***corr.* Caietae *plerique edd.*, *sed cfr ad* VIII 3, 6 His **M**^{1} 4 aliqua, quaedam *Bootius*: aliqua qu(a)edam **ΔPRZ**^{r}**I***Rom.* alia quaedam **A**^{2}**c** quaedam *Orellius*, *alii cfr O. E. Schmidtius Mus. Rh.* LIII (*a.* 1898) *p.* 221 6 cum **M**^{2}**c**^{s}**bdms** *Rom.* quin **M**^{1}**R** quoniam **P** tum **IA**^{2}**c** 7 aueo nunc omnia *Ant.* ego Efformiano **M** 9 ΠЄΠΙΝωΜЄΝΑΙ **M**^{1}**PRZ**^{lr} πεπυκνωμέναι **M***corr.***bdmsA**^{2}**c***Rom.*, *Crat. ind. Gr. adscr.* elaborate uel compacte **M***corr.***ds** 10 ΠЄΙΝΟC **M**^{1}**msPR** (-ΠΟC **PR**) πυκνῶς **bA**^{2}**c***Rom.*, *Crat. ind. Gr. addito* exemplar πεινὸς habebat *om.* **d** (*spat.*) 13 estimationem *Rom.* 14 uideri. omnino, si ego, ut uolo *Wesenb. Em. p.* 95 *n.*: uidere omnino si ego est uolo **M**^{1}**P** (ego'st uetus scriptura *Lambinus*) uidere omnes si ego nolo **R** uideri omnino. si ergo est uolo **M***corr.***bdmsIA**^{2}**c***Rom.* (uidere **dl**) 18 copiosissime **IA**^{2} 22 erit nihil **PR** bucam **M**^{1}

VIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Tu me iam rebare, cum scribebas, in actis esse no- 1
stris, et ego accepi XVII Kal. in deuersoriolo Sinuessano
tuas litteras. de Mario probe[s], etsi doleo L. Crassi nepo-
tem. optime tam etiam Bruto nostro probari Antonium.
nam quod Iuniam scribis moderate et amice scriptas litte-
ras attulisse, mihi Paulus dedit ad se a fratre missas; qui-
bus in extremis erat sibi insidias fieri, se id certis aucto-
ribus comperisse. hoc nec mihi placebat et multo illi mi-
nus. reginae fuga mihi non molesta; sed Clodia quid egerit,
scribas ad me uelim. de Byzantiis curabis, ut cetera, et
Pelopem ad te arcesses. ego, ut postulas, Baiana negotia
chorumque illum, de quo scire uis, cum perspexero, tum
scribam, ne quid ignores. quid Galli, quid Hispani, quid 2
Sextus agat, uehementer exspecto. ea scilicet tu declara-
bis, qui cetera. nauseolam tibi tuam causam otii dedisse

EP. VIII. *Noua ep.* **M**^{4}, *uulg. superiori adnectunt codd. et uett. edd.* 3 Tu ... minus *u.* 10 *om.* **E** rebare cum **M**^{2}c^{s}**bmIA**^{2}**c***Rom.* rebar equm **M**^{1}**PR** (equum **P**) rebare cum (a)equum **ds** actis *etiam* **Z**^{r} 4 et] ut **I** at **c** VII **IA**^{2} VIII **c** in deuersoriolo sinuessano **M***corr.***m**^{2} in diuersoriolo sinuessano **b**^{2}**sA**^{2}**c***Rom.* (-soli- **s**) inde uersoliolos in uessano **M**^{1}**dm**^{1}**PRI** (indie **d**, uesa- **R**) 5 Mario **ΔPRIC** *Rom.* (sicut et paulo post, sæpe *add.* **C**) Matio **A**^{2}**c** probe **M** *corr.* probes **M**^{1}**dmPRI** probo **bsA**^{2}**c***Rom.* crassi nepotem **M***corr.* **PRA**^{2}**c***Rom.* crassine putem **Δ** (-i ne pu- **bs**. -i nep- **m**) Crassino putem **I** 6 tam **ΔPRIA**^{2}**c** tuam *Rom.* iam *Moserus Specim.* VIII *p.* 13. *alii* 7 quod iuniam **R**, *Manutius*, quo diuinam **M**^{1} quod diuinam **M**^{2}c^{s}**bdms** quod (*spat.*) **P** quod uimam **I** quod Cluuiam **A**^{2}**c***Rom.* 8 attulisse **ΔIA**^{2}**c***Rom.* (-seṭ **M**) attulisse at **PRZ**^{r} Paulus dedit **ΔPR***Rom.* dedit Paulus **IA**^{2}**c** 11 Regine ... molesta etc Quid (*u.* 15) ... expecto etc De (*p.* 72, 2) ... posse *u.* 4 **E**, *cetera om.* non *om.* **bmA**^{2}*Rom.* molesta. Sed **M**^{1}**PRI** molesta est. sed **M**^{2}**bdmsA**^{2}**c***Rom.* molestast. *Wesenb. Em. p.* 96, *alii, sed cfr Heidemannus De Cic: is ellipsis usu p.* 19 13 arcesses **Z**$^{\beta r}$ *Rom.* arces **ΔPR** arcesse **IA**^{2}**c** bayiana **Mm** 14 quorum que **PR** 15 scribam] aribam **M**^{1}**R**, *corr.***M**^{2}c^{s} *om.* (*spat.*) **P** 16 sextus **ΔRI** sextius **P***Rom.* Sestius **A**^{2}**c** eas **M**^{1}**dPR** silicet **M**, *ut saepius* tute dabis **PR** 17 tuam *Schnetzius*: tum **PRA**^{2}**c***Rom.* tum in **MdmsI** tui **b**

facile patiebar. uidebare enim mihi legenti tuas litteras requiesse paulisper. de Bruto semper ad me omnia perscribito, ubi sit, quid cogitet. quem quidem ego spero iam tuto uel solum tota urbe uagari posse. uerum tamen —.

IX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 De re p. multa cognoui ex tuis litteris; quas quidem multiiugis accepi uno tempore a Vestori liberto. ad ea autem, quae requiris, breui respondebo. primum uehementer me Cluuiana delectant. sed quod quaeris, quid arcessierim Chrysippum: tabernae mihi duae corruerunt reliquaeque rimas agunt; itaque non solum inquilini sed mures etiam migrauerunt. hanc ceteri calamitatem uocant, ego ne incommodum quidem. o Socrate et Socratici uiri! numquam uobis gratiam referam. di[i] immortales, quam mihi ista pro nihilo! sed tamen ea ratio aedificandi initur, consiliario quidem et auctore Vestorio, ut hoc damnum quaestuosum sit.

2 Hic turba magna est eritque, ut audio, maior. duo quidem quasi designati consules. o di boni! uiuit tyrannis, tyrannus occidit. eius interfecti morte laetamur, cuius

1 uidebare **ΔOPRIA^{2}c** *Rom.*, *sed* -e *obscurior in* **M**   4 posse uerum tamen de re p. (*uno tenore*) **R**   posse. Verum tamen de re p. *rell.* (sed de ea repu. **I**) *a* De re p. *nouam ep. faciunt edd.*

EP. IX. 7 De . . . delectant *u.* 10 *om.* **E**   8 multiiugis **bsZ^{r}I** *Rom.*, multi iugis **M^{1}dmPR**   multiiuges **A^{2}c**   10 Sed] *accedit* **E**   accersierim **bds**   11 Chrysippum **bmIA^{2}c**   Crysippum **Mds** *Rom.*   crissippum **R**   Crissipum **E**   crispum **P**   mi *Rom.* reliquae **IA^{2}c***Rom.*   13 etiam *om.* **IA^2**   14 socrate **M^{1}EPRZ^r** socrates **M^{2}bdmsIA^{2}c***Rom.*   *cfr Neue-Wag. 'Formenlehre'* I^3 *p.* 447 et] o **IA^2**   nonquam **Mm**   *cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 134 15 dii **ΔPRIA^{2}c***Rom.*, *item u.* 20. *talia non semper notaui*   20 cos. **M** cōs. **ER**   consules *rell.*   O *om.* **E**   tyrannis]. tyrannus **dsI** *Rom.*   tiramnus **P** 21 tyrannus] tyrannos **M^{1}m**   cuius **ΔEPRCZ^r** *Rom.* cum **IA^{2}c**

facta defendimus. itaque quam seuere nos M. Cur⟨t⟩ius accusat, ut pudeat uiuere, neque iniuria. nam mori milies praestitit quam haec pati, quae mihi uidentur habitura etiam uetustatem.

Et Balbus hic est multumque mecum. ad quem a 3
Vetere litterae datae pridie Kal. Ian., cum a se Caecilius circumsederetur et iam teneretur, uenisse cum maximis copiis Pa[u]corum Parthum; ita sibi esse eum ereptum, multis suis amissis. in qua re accusat Volcacium. ita mihi uidetur bellum illud instare. sed Dolabella et Nicias uiderint. idem Balbus meliora de Gallia. XXI die litteras habebat, Germanos illasque nationes re audita de Caesare legatos misisse ad Aurelium, qui est praepositus ab Hirtio, se, quod imperatum esset, esse facturos. quid quaeris? omnia plena pacis, aliter ac mihi Caluena dixerat.

X

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Itane uero? hoc meus et tuus Brutus egit, ut Lanuui 1
esset, ut Trebonius itineribus deuiis proficisceretur in prouinciam, ut omnia facta, scripta, dicta, promissa, cogitata

1 quam *om.* **P** *cfr* VII 15, 2 curtius **M***corr.***bdmsEIA²c***Rom.* curius **Z**$^{\beta}$ cutius **M¹Z**$^{\tau}$ tutius **FR** tucius **P** Mutius *Ant.* 2 pedeat **M¹**. *corr.***M²c**^{S} milies **ΔEPI***Rom.* millies **RA²c** 5 Et . . . uiderint *u.* 10 *om.* **E** 6 pridie] P. R. **M** pr. **bm** C(a)ecilius **PRC** Catilius **ΔIA²c** Catillius *Rom.* 7 circumsideretur **bmP***Rom.* et iam **bsPA²c***Rom.* etiam **MdmI** et **R** 8 pacorum **bsA²c***Rom.* paucorum **MdPRI** pancorum **m** 9 uolcacium **d** uolcatium **sPA²c** uulcacium **m** uulcatium **RI***Rom.* uultatium **M** uulturium **b** *cfr Sternkopfius Herm.* XLVII (*a.* 1912) *p.* 331 *sq.* mihi **bsA²c***Rom.* nihil *rell.* 10 istud **PR** 11 idem] *accedit* **E** galia **M** 13 ad *om.* **M¹** 15 Caluena **IA²c** Caluenna **ΔEPR***Rom.* (-enia **s**) dixerat **A²c***Rom.* dixerit **ΔEPRI**.

EP. X. *Nouam ep. uulgo faciunt edd., superiori adnectunt codd. et uett. edd.* 18 Bruttus **M** *sic saepe, quod non semper notaui* 20 fracta **M** promissa *om.* **s**

Caesaris plus ualerent, quam si ipse uiueret? meministine ⟨me⟩ clamare illo ipso primo Capitolino die senatum in Capitolium a praetoribus uocari? di immortales, quae tum opera effici potuerunt laetantibus omnibus bonis, etiam sat bonis, fractis latronibus! Liberalia tu accusas. quid fieri tum potuit? iam pridem perieramus. meministine te clamare causam perisse, si funere elatus esset? at ille etiam in foro combustus laudatusque miserabiliter, seruique et egentes in tecta nostra cum facibus immissi. quae deinde? ut audeant dicere tune contra Caesaris nutum? haec et talia ferre non possum. itaque γῆν πρὸ γῆς cogito; tua tamen ὑπηνέμιος.

2 Nausea iamne plane abiit? mihi quidem ex tuis litteris coniectanti ita uidebatur. redeo ad Tebassos, Scaevas, F[r]angones. hos tu existimas confidere se illa habituros stantibus nobis? in quibus plus uirtutis putarunt, quam experti sunt. pacis isti scilicet amatores et non latrocinii auctores. at ego cum tibi de Curtilio scripsi Sextilianoque

1 meministine me *Lambinus*: meministi ne **ΔEOPRIA**^{2}**c** meministi ne te *Rom.* meministi me *Malaspina* 2 capitulino **MPR** 3 *post* uocari *add.* oportere *Schuetzius*, debere *Muellerus*, *eadem aliis locis alii, fort. recte cfr Hofm.-Andres. ad l.*; *de posteriorum usu G. Thörnell, Studia Luciferiana* (*Ups.* 1933) *p.* 20 dum mortales **M**^{1}**O** dii immortales **M**^{2}, *rell.* 4 efficaci **M**^{1}**d** sat] sic **E** etiam sat bonis *om. Rom.*, sat bonis *om.* (*spat.*) **P** 8 et ẹgentes **M** regentes **O**^{1} et gentes **b** 9 immissi. quae] inmissique. **M**^{1} inmisi. Que **E** in misi q̅ **R** 11 talia **EOPRZ**^{r} alia **ΔIA**^{2}**c***Rom.* *cfr* X 14, 2; XVI 12 itaque . . . uidebatur *u.* 14 *om.* **E** *Aesch. Prom.* 682 *adscr.* terram ante terram **M***corr.***ds** 13 iamne] iam **O**^{1}**IA**^{2}**c** plane abiit **ΔO**^{2}**IA**^{2}**c***Rom.* plane abit **O**^{1}**P** plancabit **R** 14 coniectanti **C** (*pro* lectitanti **c**) conlectanti **OPR** cum l(a)etanti **ΔIA**^{2} *in marg.* (*sed* tum **sA**^{2}) tum lectitanti **A**^{2}**c***Rom.* redeo] *accedit* **E** Theobassos **A**^{2}**c***Rom.* sceuas **M**^{1} seuas(?) **O**^{1} sueuos **M**^{2}**l'bmsEO**^{2}**RIA**^{2}**c** *Rom.* scenas. suenos **d** sic nos **P** 15 Fangones *Ihm Mus. Rh.* LVI (*a.* 1901) *p.* 149: frangones **ΔOI** francones **EA**^{2}**c***Rom.* fracones **R** fraticones **P** extimas **Mdms** estimas *Rom.* 16 putarunt uirtutis **IA**^{2}**c** 17 et non . . . toto *p.* 75, 2 *om.* **E** 18 scripsi Sextilianoque *Manutius*: scripsi sestulitanoque **ΔO**^{2}*Rom.* (*sed* sextu- **ds**) scripsisses tulitanoque **O**^{1}**PR** Sextilianoque **IA**^{2}**c**

fundo, scripsi de Censorino, de Messalla, de Planco, de Postumo, de genere toto. melius fuit perisse illo interfecto, quod numquam accidisset, quam haec uidere.

Octauius Neapolim uenit xiiii Kal. ibi eum Balbus 3
mane postridie eodemque die mecum in Cumano, illum hereditatem aditurum. sed, ut scribis, ῥιξόθεμιν magnam cum Antonio. Buthrotia mihi tua res est, ut debet, eritque curae. quod quaeris, iamne ad centena Cluuianum: aduentare uidetur. sed primo anno lxxx detersimus.

Q. pater ad me grauia de filio, maxime quod matri 4
nunc indulgeat, cui antea bene merenti fuerit inimicus. ardentis in eum litteras ad me misit. ille autem quid agat, si scis, nequedum Roma es profectus, scribas ad me uelim, et hercule, si quid aliud. uehementer delector tuis litteris.

XI

CICERO ATTICO SAL.

Nudius tertius dedi ad te epistulam longiorem; nunc 1
ad ea, quae proxime. uelim me hercule Asturae Brutus.

1 Messalla **M***Rom.* Messala *rell.* 2 Postumo **MdmR** Posthumo **bZ**[t] postumio **sP** Postbumio **IA**[2]**c***Rom.* melius] *accedit* **E** 3 nunc quam **M**[1]**O** 4 XIII **c** 5 illum ... uadit *p.* 76,23 *om.* **E** 6 heritatem **M**[1], *corr.***M**[2]**c**[s] additurum **M** ΡΙΞΟΘΕΜΙΝ **M**[1]**PR** (-ΘΟ- **R**) ῥιξόθεμιν **M**[2]**bdms***Rom.* PIZOΘEMIN *codd. Bosi* ῥιζόθεμιν **A**[2]**c** *cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 44 8 Quid quæris? **IA**[2]**c** centena Cluuianum *uulg.*: cenaclauianum **M**[1]**dm** cenam clauianum **OPR** (cenam *etiam* **Z**[t]) cenam cluuianam **M***corr.***bs** (cæ- **b**, -num **s**) Cenacluuianum **A**[2]**c** Cenacluauianum *Rom.* Clanaclanianum **I** 9 sed] scilicet *Wesenb. Em. p.* 98, *recc. edd.*, *inutiliter*; *hoc dicit*: nondum ad centena peruenimus, sed *eqs.* $\overline{\text{LXXX}}$ *alii* 10 Q. *uulg.*: qu(a)e **ΔOPRIA**[2]**c** *Rom.* matri quod maxime **IA**[2]**c** 12 ardentes *alii* 13 Roma es **IA**[2]**c** rome es **OPR** rom(a)e Δ*Rom.* *cfr* IX 14, 3 14 delecto **M**[1]**OR**, *corr.* **M**[2]**c**[s] Cura ut ualeas *add.***P**, Vale **IA**[2]**c***Rom.*

EP. XI. *Deest* **E** 19 me hercle **M** me hercule **mPR** mehercule **bdsIA**[2]**c** me mehercule *Rom.* adsture **d** ad sture **M** *cfr p.* 31, 10

ἀκολασίαν istorum scribis. an censebas aliter? equidem etiam maiora exspecto. cum equidem contionem lego de tanto uiro, de clarissimo ciui, ferre non queo, etsi ista iam ad risum. sed memento: sic alitur consuetudo perditarum contionum, ut nostri illi non heroes sed di futuri quidem in gloria sempiterna sint, sed non sine inuidia, ne sine periculo quidem. uerum illis magna consolatio conscientia maximi et clarissimi facti; nobis quae? qui interfecto rege liberi non sumus. sed haec fortuna uiderit, quoniam ratio non gubernat.

2 De Cicerone quae scribis iucunda mihi sunt; uelim sint prospera. quod curae tibi est, ut ei suppeditetur ad usum et cultum copiose, per mihi gratum est, idque ut facias te etiam rogo. de Buthrotiis et tu recte cogitas et ego non dimitto istam curam. suscipiam omnem etiam actionem, quam uideo cottidie faciliorem. de Cluuiano, quoniam in re mea me ipsum diligentia uincis, res ad centena perducitur. ruina rem non fecit deteriorem, haud scio an iam fructuosiorem.

Hic mecum Balbus, Hirtius, Pansa. modo uenit Octauius, et quidem in proximam uillam Philippi, mihi totus deditus. Lentulus Spinther hodie apud me. cras mane uadit.

1 ἀκολασίαν *om.* (*spat.*) **s** *adscr.* intemperantiam **M***corr.***ds** 2 cum] quin (*i. e.* qum) **ΔPRIA**[2]**c***Rom.* equidem] etiam *Rom.* *del. Wesenb. Em. alt. p.* 135, *alii* *cfr ad* XIII 3, 1 3 ciue **A**[2]**c** *Rom.* 6 sine inuidia ne **Z**$^{\beta\tau}$ *om.* **ΔOPRIA**[2]**c***Rom.* 8 quae] quid **PR** qui] aui **M**[1]**dm** 10 ratio non **OPRIA**[2]**c***Rom.* ratione **Δ** 11 iucunda **IA**[2]**c***Rom.* iocunda **ΔPR** *sic plerumque, quod non semper notaui* 12 cur(a)e **bs**, *Victorius* uere **Mdm PRZ**[τ] uero **IA**[2]**c** uero cure *Rom.* 13 est] est curae **IA**[2]**c** id. qu(a)e **Mdms** 14 etiam atque etiam *Orellius, recc. edd.* 15 suscipiam omnem etiam **ΔPRC** *Rom.* (*sed* tuam *pro* etiam **R**) sed suscipiam omnem istam **IA**[2]**c** 18 ruina *Victorius*: una **Δ***Rom.* uni **Z**[τ] unam **PR** nam **IA**[2]**c** *cfr p.* 72, 11 *sqq.* 19 iam] etiam *Lambinus*, *alii* 20 Octaus **M**[1] *corr.* **M**[2]**c**[8] 21 philipi **M** 22 spinter **m***Rom.* me *om.* **M**[1] 23 Vale *add.* **A**[2]**c***Rom.*

XII

CICERO ATTICO SAL.

O mi Attice, uereor, ne nobis Idus Martiae nihil dederint praeter laetitiam et odii poenam ac doloris. quae mihi istinc adferuntur? quae hic uideo? ὢ πράξεως καλῆς μέν, ἀτελοῦς δέ. scis, quam diligam Siculos et quam illam clientelam honestam iudicem. multa illis Caesar, neque me inuito, etsi Latinitas erat non ferenda. uerum tamen —. ecce autem Antonius accepta grandi pecunia fixit legem a dictatore comitiis latam, qua Siculi ciues Romani; cuius rei uiuo illo mentio nulla. quid? Deiotari nostri causa non similis? dignus ille quidem omni regno, sed non per Fuluiam. sescenta similia. uerum illuc refero: tam claram tamque testatam rem tamque iustam, Buthrotiam, non tenebimus aliqua ex parte? et eo quidem magis, quo iste plura? 1

Nobiscum hic perhonorifice et peramice Octauius, quem quidem sui Caesarem salutabant, Philippus non, itaque ne nos quidem; quem nego posse ⟨esse⟩ bonum ciuem. ita multi circumstant, qui quidem nostris mortem minitantur, negant haec ferri posse. quid censes, cum Romam puer 2

EP. XII. *Accedit* **E** 3 martias **M**^{1} 4 poenam (pæ-, pe-) **ΔERZ**^{bl}**IA**^{2}**c***Rom.* plenam **P** ac] & **A**^{2}**c** 5 istinc **M**^{2}**c**^{S}**bdmsEPRIA**^{2}**c** *Rom.* istim **M**^{1} *cfr* I 14, 4; II 1, 4; VII 21, 1 6 μέν ... δέ *om.* **bd** ΑΤЄΛΟϹ **M**^{1}**mPR** *adscr.* o rem pulcherrimam **M***corr.***ds** 8 non erat **c** 9 autem ecce **IA**^{2}**c** finxit **PI** 10 comitis **M**^{1} *corr.***M**^{2}**c**^{S} 11 quid **bEPR***Rom.* quid de **M**^{1}**dmsIA**^{2}**c** non **M**^{1} **bmEPR***Rom.* num **M**^{2}**c**^{S}**dsIA**^{2}**c** 12 non *om.***bm***Rom.* 13 sescenta **ER** sexcenta *rell.* refero **ΔEPIA**^{2}**c***Rom.* referro **R** referor *Bosi uett. codd.* (*teste Clarkio*) me refero (*Wes.*) *uel* redeo (*Muell.*) *alii cfr Muell. et Tyrr.-Purs. ad l.*, *Lebretonius* '*Etudes*' *p.* 169 15 iste *Victorius*: ista **ΔEPRIA**^{2}**c***Rom.* 17 peramice **EOPRZ**^{r}**C** amice **ΔIA**^{2}**c** *Rom.*, *Madu. de fin.* III, 36 18 non] *cfr* VI 1, 6; XVI 9; *Muell. ad l.* 19 esse *Lambinus*: *om.* **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* 20 qui **M**^{1} cui **M**^{2} (*del.*), *rell.* nostris *uulgo* nostri **ΔEPRIA**^{2}**c***Rom.* 21 negant **Z**^{br} negat **ΔEPRIA**^{2}**c***Rom.* haec] l'huius **M***corr.* fieri **RZ**^{r}**IA**^{2}**c***Rom.* puer Romam **bds**

uenerit, ubi nostri liberatores tuti esse non possunt? semper quidem erunt clari, conscientia uero facti sui etiam beati. sed nos, nisi me fallit, iacebimus. itaque exire aueo, ubi nec Pelopidarum, inquit. haud amo vel hos designatos, qui etiam declamare me coëgerunt, ut ne apud aquas quidem adquiescere liceret. sed hoc meae nimiae facilitatis. nam id erat quondam quasi necesse; nunc, quoquo modo se res habet, non est item.

3 Quam dudum nihil habeo, quod ad te scribam! scribo tamen, non ut delectem his litteris sed ut eliciam tuas. tu, si quid erit de ceteris, de Bruto utique, quicquid. haec conscripsi x Kal. accubans apud Vestorium, hominem remotum a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.

XIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Septimo denique die litterae mihi redditae sunt, quae erant a te xiii Kal. datae; quibus quaeris idque etiam me ipsum nescire arbitraris, utrum magis tumulis prospectuque an ambulatione ἀλιτενεῖ delecter. est me hercule, ut dicis, utriusque loci tanta amoenitas, ut dubitem, utra anteponenda sit.

1 ubi *etiam* **Z**^{1} ibi *Rom.* tuto **bm***Rom., Klotzius* semper quidem **M***corr.***bdmsEPRA**^{2}**c***Rom.* quidem semper **M**^{1}**I** qui quidem semper *uulg.* 4 aueo. Hec *u.* 11 **P**, aueo etc Hec *u.* 11 **ER**, ubi ... quicquid *u.* 11 *om.* **EPR**; *cfr Lehm. De Cic:is ad Att. epp. p.* 150 pelopi clarum **M**^{1}**dmsI** *Trag. Rom. fr. p.* 292 *Ribb.*^{3} inquit] *u. Muell. ad. l.*; *Comm. Tull. p.* 160 aut hamo **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{8} haud hamo **m** 8 *post* item *dist. Rom., post* dudum **ΔIA**^{2}**c** *cfr Naegelsb. 'Stilistik'*^{9} *p.* 749 10 delectem **Md** delecter **bmsIA**^{2}**c***Rom.* *cfr Lebretonius 'Études' p.* 159 his] meis *Manutius* 11 quicquid erit. Haec **A**^{2}**c***Rom.* haec] *accedunt* **EPR** (*cfr u.* 4), *noua ep.* **E** EP. XIII. *Nouam ep. uulgo faciunt edd., superiori adnectunt codd. et uett. edd.* 16 Septimo ... quibus *u.* 17 *om.* **EPR** 17 idque **EPR** atque **ΔOIA**^{2}**c***Rom.* 19 ΑΛΙΤЄΝЄΙ **Mm** ἀλιτενεῖ **c** Gr. **E** Grecum **R** *om.* **bdsPA**^{2}*Rom., Crat. ind. Gr.* est **MEPRIA**^{2}**c** et **bdms***Rom.* me hercule **MmEPR** mehercule **bdsIA**^{2}**c***Rom.*

— — ἀλλ᾽ οὐ δαιτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν,
ἀλλὰ λίην μέγα πῆμα, διοτρεφές, εἰσορόωντες
δείδιμεν· ἐν δοιῇ δὲ σαωσέμεν ἢ ἀπολέσθαι.

quamuis enim tu magna et mihi iucunda scripseris de D. 2
Bruti aduentu ad suas legiones, in quo spem maximam uideo, tamen, si est bellum ciuile futurum, quod certe erit, si Sextus in armis permanebit, quem permansurum esse certe scio, quid nobis faciendum sit, ignoro. neque enim iam licebit, quod Caesaris bello licuit, neque huc neque illuc. quemcumque enim haec pars perditorum laetatum Caesaris morte putabit — laetitiam autem apertissime tulimus omnes —, hunc in hostium numero habebit; quae res ad caedem maximam spectat. restat, ut in castra Sexti aut, si forte, Bruti nos conferamus. res odiosa et aliena nostris aetatibus et incerto exitu belli, et nescio quo pacto tibi ego possum, mihi tu dicere:

τέκνον ἐμόν, οὔ τοι δέδοται πολεμήια ἔργα,
ἀλλὰ σύγ᾽ ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα λόγοιο.

sed haec fors uiderit, ea quae talibus in rebus plus quam 3
ratio potest. nos autem id uideamus, quod in nobis ipsis

1 ΑΙΤΟC **PR** 2 ΑΛΛΙΗΝ **MmPR** 3 ΙΑωCЄΜЄΝΗΑΠΟΛЄCΘ **MmPR** *Graeca om.* **bdsA**^{2}*Rom.*, Gr. **E** *Hom. Il.* IX 228 *sqq.* 6 uideo] sed **d** uideo sed **s** 7 Sestius **A**^{2}**c**, *sed in marg.* Sextus, & paulo post aliquoties **C** *cfr p.* 64,4 8 certe **MdsPRI***Rom.* certo **bmE** sit *Corradus*: est **ΔEPR** *codd. Mal.* **IA**^{2}**c***Rom.* 9 bello iam licuit **IA**^{2} 10 quemcumque] quidem. Cumque **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 11 morte Caesaris **IA**^{2} putabit **M***corr.***ds** putauit **M**^{1}**bmEPRIA**^{2}**c** *Rom.* laetitiam . . . habebit *om.* **s** 13 Sestii **A**^{2}**c** 14 si *om.* **IA**^{2} nos *om.* **M**^{1} 15 et incerto] *cfr Tyrr.-Purs. ad l.*, *Sternkopfius Ann. Burs. a.* 1908 *p.* 71 16 possum **b**, *Graeuius* possim **MdmsEPRIA**^{2}**c***Rom.* 17 οὔτοι τέκνον ἐμὸν **A**^{2}**c**, *Rom.* 18 ЄΙΜЄΡΟЄΝΤΑ **M**^{1}**PR** (ЄΜ- **R**) ΜЄΤЄΡΔЄΟ **M**^{1}**PR** (ΜЄΘ- **P**) γαμοις *Rom.*, *Hom.* *Graeca om. addita nota* Gr. **E** *adscr.* nate mi non tibi conceduntur bellica facta sed tu placida adgredere opera sapientiae uel doctrinae **M***corr.***ds** (*sed* fili . . . traduntur . . . opera doctrinae **ds**) *Hom. Il.* V 428 *sq.* 19 ea quae] eaque **EZ**^{t} ei qua quae **M**^{1} 20 ipsis *om.* **IA**^{2}

esse debet, ut, quicquid acciderit, fortiter et sapienter feramus et accidisse hominibus meminerimus, nosque cum multum litterae, tum non minimum Idus quoque Martiae consolentur.

4 suscipe nunc meam deliberationem, qua sollicitor. ita multa ueniunt in mentem in utramque partem. proficiscor, ut constitueram, legatus in Graeciam: caedis inpendentis periculum non nihil uitare uideor, sed casurus in aliquam uituperationem, quod rei p. defuerim tam graui tempore. sin autem mansero, fore me quidem uideo in discrimine, sed accidere posse suspicor, ut prodesse possim rei publicae. iam illa consilia priuata sunt, quod sentio ualde esse utile ad confirmationem Ciceronis me illuc uenire, nec alia causa profectionis mihi ulla fuit tum, cum consilium cepi legari a Caesare. tota igitur hac de re, ut soles, si quid ad me pertinere putas, cogitabis.

5 Redeo nunc ad epistulam tuam. scribis enim esse rumores me ad lacum quod habeo uenditurum, minusculam uero uillam utique Quinto traditurum uel inpenso pretio, quo[d] introducatur, ut tibi Q. filius dixerit, dotata Aquilia. ego uero de uenditione nihil cogito, nisi quid quod magis me delectet inuenero. Q. autem de emendo nihil curat hoc tempore. satis enim torquetur debitione dotis, in qua mirificas Egnatio gratias agit; a ducenda autem

2 multum **IA^{2}c** mult(a)e **ΔEPR***Rom.* 3 minimum **M^{1}IA^{2}c**, *uulg.* minus **M^{2}l'bdmsEPR***Rom.*, (*fort. propter sequens* Idus) 4 qua *ex* quam **M** quia *Rom.* 5 ita enim multa **PR** 6 caedis **bP**, *Manutius* credis **MdmsERIA^{2}c***Rom.* in pendentis **MR** 7 periculum **M^{1}PR** periculi **M^{2}bdmsEIA^{2}c***Rom.* 9 fore me quidem **cZ$^{bl\tau}$** equidem **ΔEPRIA^2***Rom.* (*post* uideo *Rom.*) 10 posses **M** 13 tum *om.* **A^{2}c**, cum *om.* **I** 14 legaria Cesare **M^1** legari ab Cæsare **IA^2** 18 illam **IA^2** utique **M^{1}OPRIA^{2}c** *om.* **M***corr.***bdmsE***Rom.* quinto **MbEPRIA^{2}c** Quincto **Z^r** Q. **dms***Rom.* 19 quo **A^{2}c** quod **ΔEPRI** *Rom.* tibi Q.] tibique **M^1** tibi Quintus **b***Rom.* filius] f. **R** dixit **E** aquillia **RZ$^\tau$** ad quillia **M** Acquilia **IA^{2}c** 21 Q.] Que **M^1** Quintus **bA^{2}c***Rom.* *om.* **P** 23 egnatio **M***corr.***bdmsEFPRIA^{2}c***Rom.* q̂ gnatio **M^1** Q. Egnatio *uulg.* agit adducenda **M^{1}R**

uxore sic abhorret, ut libero lectulo neget esse quicquam iucundius.

Sed haec quoque hactenus. redeo enim ad miseram 6
seu nullam potius rem publicam. M. Antonius ad me scripsit de restitutione Sex. Clodi; quam honorifice, quod ad me attinet, ex ipsius litteris cognosces — misi enim tibi exemplum —, quam dissolute, quam turpiter quamque ita perniciose, ut non numquam Caesar desiderandus esse uideatur, facile existimabis. quae enim Caesar numquam neque fecisset neque passus esset, ea nunc ex falsis eius commentariis proferuntur. ego autem Antonio facillimum me praebui. etenim ille, quoniam semel induxit animum sibi licere quod uellet, fecisset nihilo minus me inuito. itaque mearum quoque litterarum misi tibi exemplum.

A

⟨M.⟩ ANTONIVS COS. S. D. M. CICERONI

Occupationibus est factum meis et subita tua profec- 1 *Antonius*
tione, ne tecum coram de hac re agerem. quam ob causam uereor, ne absentia mea levior sit apud te. quod si bonitas tua responderit iudicio meo, quod semper habui de te, gaudebo.

A Caesare petii, ut Sex. Clodium restitueret; impetravi. 2
erat mihi in animo etiam tum sic uti beneficio eius, si tu

1 uxor **M**^{1} quicquam *post* ut **IA**^{2} 5 Sex. **Z**^{t} *Rom.* Sexti(i) **ΔEPI** Sesti(i) **RÀ**^{2}**c** clodii **M**^{2}**bdmsEIA**^{2}**c***Rom.* Cloelii **Z**^{t} Cellii **M**^{1} celii **PR** 7 disolute **MR** 8 ita *bis* **E** *om.* **dsA**^{2}**c***Rom., alii, sed cfr Plasb. ad Luc.* 17, 55 9 extimabis **Mdm** aestimabis **b** 10 neque fecisset neque passus esset **C** neque fecisset **M**^{1} neque fecit neque fecisset **M**^{2}**bdms EPRIA**^{2}**c***Rom.* 11 autem *om.* **bmR***Rom.* 13 uellet sibi fecisset **M**^{1} uellet, & fecisset **A**^{2}**c** Vale *add.* **A**^{2}**c***Rom.*

EP. XIII A. 16 M. **A**^{2}**c***Rom.* *om.* **ΔEPRI** *cfr Schelleus De M. Antonii epistulis* (*Progr. Frankenb. a.* 1883) *p.* 10 cos. **A**^{2}**c***Rom.* cos. **E** cons. **MR** consul **bdsPI** S. D.] salutem dicit **sPI** *om.* **A**^{2}**c***Rom.*, *sed post* CICERONI *add.* S. **A**^{2}**c**, S. p. d. *Rom.* M.] M. T. **A**^{2}**c** M. Tul. *Rom.* 22 sestum **R** Sestium **A**^{2}**c** Clodium **M**^{2}**bdmsEIA**^{2}**c***Rom.* Cloelium **Z**^{t} celium **M**^{1}**PR** 23 sicuti **M**^{1}

6 *Sjögren.*

concessisses. quo magis laboro, ut tua uoluntate id per me facere nunc ⟨liceat⟩. quod si duriorem te eius miserae et adflictae fortunae praebes, non contendam ego aduersus te, quamquam uideor debere tueri commentarium Caesaris. sed me hercule, si humaniter et sapienter et amabiliter in me cogitare uis, facilem profecto te praebebis et uoles P. Clodium, optima in spe puerum repositum, existimare non
3 te insectatum esse, cum potueris, amicos paternos. patere, obsecro, te pro re p. uideri gessisse simultatem cum patre eius. non contempseris hanc familiam. honestius enim et libentius deponimus inimicitias rei p. nomine susceptas quam contumaciae. me deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum et tenero animo eius persuadere non esse tradendas posteris inimicitias. quamquam tuam fortunam, Cicero, ab omni periculo abesse certum habeo, tamen arbitror malle te quietam senectutem et honorificam potius agere quam sollicitam. postremo meo iure te hoc beneficium rogo. nihil enim non tua causa feci. quod si non impetro, per me Clodio daturus non sum, ut intellegas, quanti apud me auctoritas tua sit, atque eo te placabiliorem praebeas.

1 ut *uulg.*: et **ΔEPRZ**^{r} *Rom.* ut & **IA**^{2}**c** tuam uoluntatem **M**^{1} 2 nunc liceat *uulg.*: nunc **ΔEPRZ**^{r} *Rom.* liceat **IA**^{2}**c** 5 me hercule **MbmEPR** mehercule **dsIA**^{2}**c***Rom.* 6 te profecto **IA**^{2}**c** p. claudium **ER** 7 optima in spe **EPR**^{c} in optima spe **Δ***Rom.* in spe optima **IA**^{2}**c** 10 non] non quo *Wesenb. Em. alt. p.* 135, non quod *Muellerus* (*u. ad l.*), *fort. recte*; *cfr tamen* IV 7, 2 non retexeris, *ep.* VII 19 non longe abieris; *Eran.* XVI (*a.* 1916) *p.* 46 *sqq.* 12 contumaciae] contumaciter in his prestamus **P** contumaciter in eis persistimus **R** 13 iam] tam **M**^{1} tuam **PR** 16 male **M**^{1}**E**^{1}**P** 17 solicitam **Mbdm RI** meo] in eo **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{S} 19 Clolio daturum **M**^{1} 21 Vale *add.* **PIA**^{2}**c***Rom.*

B

CICERO ANTONIO COS. S. D.

Quod mecum per litteras agis, unam ob causam 1
mallem coram egisses. non enim solum ex oratione sed
etiam ex uultu et oculis et fronte, ut aiunt, meum erga
te amorem perspicere potuisses. nam cum te semper
amaui, primum tuo studio, post etiam beneficio prouo-
catus, tum his temporibus res p. te mihi ita commen-
dauit, ut cariorem habeam neminem. litterae uero tuae 2
cum amantissime tum honorificentissime scriptae sic me
adfecerunt, ut non dare tibi beneficium uiderer, sed acci-
pere a te ita petente, ut inimicum meum, necessarium
tuum, me inuito seruare nolles, cum id nullo negotio
facere posses.

Ego uero tibi istuc, mi Antoni, remitto, atque ita, ut 3
me a te, cum iis uerbis scripseris, liberalissime atque
honorificentissime tractatum existimem, idque cum totum,
quoquo modo se res haberet, tibi dandum putarem, tum
do etiam humanitati et naturae meae. nihil enim umquam
non modo acerbum in me fuit, sed ne paulo quidem tristius
aut seuerius, quam necessitas rei p. postulauit. accedit,
ut ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium
fuerit umquam, semperque ita statui, non esse insectandos
inimicorum amicos, praesertim humiliores, nec his prae-
sidiis nosmet ipsos esse spoliandos. nam de puero Clodio 4
tuas partis esse arbitror, ut eius animum tenerum, quem

EP. XIII B. M. T. CICERO M. ANTONIO **A^{2}c** M. Tul. Cicero M. Antonio *Rom.* cos. **MmA^2***Rom.* cons. **dE** consuli **bsR** *om.* c salutem dicit **MsR** s. d. **bdmE** S. **A^{2}c** S. p. d. *Rom.* *salutem om.* **PI** 3 per tuas litteras **R** 10 cum **M^1**(?)**EPR***Rom.* tum **ΔIA^{2}c** sic ad me adferuntur ut **O^{1}PR** (-runt **P**) 13 tuum] tum **M^1**, *corr.***M^{2}c^s** nolles **M***corr.***dmsEPIA^{2}c***Rom.* noles **M^{1}R** nolis **M^{2}c^s**(*del.*) uelles **b** 16 iis **mE** is **R** his *rell.* 19 enim nonquam unquam *media uoce deleta* **M** 22 Clolium **M^1** cloelium **ER** 24 hiis **M** is **R** 26 partis **MbmRI***Rom.* partes **dsEP** parteis **A^{2}c**

ad modum scribis, iis opinionibus imbuas, ut ne quas inimicitias residere in familiis nostris arbitretur. contendi cum P. Clodio, cum ego publicam causam, ille suam defenderet. nostras concertationes res p. diiudicauit. si uiueret, mihi cum illo nulla contentio iam maneret. qua re, quoniam hoc a me sic petis, ut, quae tua potestas est, ea neges te me inuito usurum, puero quoque hoc a me dabis, si tibi uidebitur, non quo aut aetas nostra ab illius aetate quicquam debeat periculi suspicari aut dignitas mea ullam contentionem extimescat, sed ut nosmet ipsi inter nos coniunctiores simus, quam adhuc fuimus. interpellantibus enim his inimicitiis animus tuus mihi magis patuit quam domus.

Sed haec hactenus. illud extremum. ego, quae te uelle quaeque ad te pertinere arbitrabor, semper sine ulla dubitatione summo studio faciam. hoc uelim tibi penitus persuadeas.

XIV

CICERO ATTICO SAL.

1 Iteradum eadem ista mihi: coronatus Quintus noster Parilibus. solusne? etsi addis Lamiam, quod demiror equidem, sed scire cupio, qui fuerint alii; quamquam satis scio nisi improbum neminem. explanabis igitur hoc diligentius. ego autem casu cum dedissem ad te litteras VI Kal. satis multis uerbis, tribus fere horis post accepi tuas

1 iis **m***Rom.* his *rell.* 4 concertationes **MdEPRC** contentiones **bmsIA²c***Rom.* 5 remaneret **bm***Rom.* 6 hoc *om.* **bm***Rom.* ad me **PR** 8 uidebitur non **ΔER***Rom.* uidebitur ut animum eius conciliatum (mihi *add.* **P**) reddas non **PIA²c** 12 hiis **MR** iis *Rom.* mihi **EOPRIA²c** *om.* **Δ***Rom.* 14 ego] sit. ego **PR** Vale *add.* **IA²c***Rom.*

EP. XIV. SAL.] Salutem dicit **M** s. d. **m** 20 Iteradum **Z**[1] Itira dum **R** Littera dum **P** Iterandum **ΔOIA²c***Rom.* Iteradum ... itaque p. 85, 1 *om.* **E** *Trag. Rom. fr. p.* 116 *Ribb.*[3] quintus **PRIA²c** *Rom.* quinctus **M** Q. **bdms** 21 parilibus **bdsPR***Ant.***Z**[1] parilibus. Parilibus **MIA²c** parilibus? parilibus **m***Rom.* (-bus? *Rom.*) parilibus solus ne parilibus **O** *teste Lehmanno* 22 fuerunt **IA²**

et magni quidem ponderis. itaque ioca tua plena facetiarum de haeresi Vestorina et de Pherionum more Puteolano risisse me satis nihil est necesse rescribere. πολιτικώτερα illa uideamus.

Ita Brutos Cassiumque defendis, quasi eos ego repre- 2
hendam, quos satis laudare non possum. rerum ego uitia collegi, non hominum. sublato enim tyranno tyrannida manere uideo. nam quae ille facturus non fuit, ea fiunt, ut de Clodio, de quo mihi exploratum est illum non modo non facturum sed etiam ne passurum quidem fuisse. sequetur Ruf⟨i⟩o Vestorianus, Victor, numquam scriptus, ceteri, quis non? cui seruire ipsi non potuimus, eius libellis paremus. nam Liberalibus quis potuit in senatum non uenire? fac id potuisse aliquo modo: num etiam, cum uenissemus, libere potuimus sententiam dicere? nonne omni ratione ueterani, qui armati aderant, cum praesidii nos nihil haberemus, defendendi fuerunt? illam sessionem Capitolinam mihi non placuisse tu testis es. quid ergo? ista culpa Brutorum? minime illorum quidem, sed aliorum brutorum, qui se cautos ac sapientes putant; quibus satis fuit
laetari, non nullis etiam gratulari, nullis permanere. sed 3
praeterita omittamus; istos omni cura praesidioque tueamur et, quem ad modum tu praecipis, contenti Idibus Martiis simus; quae quidem nostris amicis diuinis uiris aditum ad caelum dederunt, libertatem P. R. non dederunt. recordare

1 ioca] loca **M**^{1}**dOPR** *accedit* **E** 2 uestorina **ΔEOPRZ**^{r}**1** (*ex* -tir- **M**) Vestoriana **A**^{2}**c***Rom.*, *plerique edd.* *cfr u.* 11 de pherio mummore **Z**^{r} *uaria coniectarunt*, *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 3 nihil est] est nichil **M**^{1} et si nihil **O** me rescribere **IA**^{2}**c** ΠΟΛЄΙΤΙΚωΤЄΡΑ **MmPR** Gr. **E** 5 bruttos **M** Cassiosque **IA**^{2}**c** deffendis **MR** *talia non semper notaui* 8 namque ille **M**^{1} namque qu(a)e ille **m***Rom.* 9 Clelio **M**^{1} cloelio **EO**^{1}**R** 11 Rufio *Manutius:* rufo **ΔEZ**^{r}**IA**^{2}**c** ruffo **PR***Rom.* nonquam **Mm** 12 Cæterum **A**^{2}**c** 13 nam] *cfr Lehm. Quaest. p.* 74 14 modo fieri, num **IA**^{2}**c** 15 liberare **M**^{1}**O**^{1}**R** 19 culpa ista **IA**^{2}**c** illorum *bis* **M**^{1} 22 ommittamus **M**^{1}**P** 23 pr(a)ecipis **M**^{2}l'**bdmsEOC***Rom.* precis **R** petis **M**^{1}**PIA**^{2}**c** idubus **M**^{1} Martiis *etiam* **Z**^{r} 24 additum **M**^{1}**R** 25 P. R. (p. r.) **MdmEPR**(R^0**M**) Po. Ro. **A**^{2}**c** (pop. c) Po. Romano *Rom.* populo Romano **I**, *uulg.* rei p. **bs**

tua: nonne meministi clamare te omnia perisse, si ille funere elatus esset? sapienter id quidem; itaque ex eo quae manarint uides.

4 Quae scribis Kal. Iuniis Antonium de prouinciis relaturum, ut et ipse Gallias habeat et utrisque dies prorogetur, licebitne decerni libere? si licuerit, libertatem esse recuperatam laetabor; si non licuerit, quid mihi attulerit ista domini mutatio praeter laetitiam, quam oculis cepi
5 iusto interitu tyranni? rapinas scribis ad Opis fieri; quas nos quoque tum uidebamus. ne nos et liberati ab egregiis uiris nec liberi sumus. ita laus illorum est, culpa nostra. et hortaris me, ut historias scribam, ut colligam tanta eorum scelera, a quibus etiam nunc obsidemur! poterone eos ipsos non laudare, qui te obsignatorem adhibuerunt? nec me hercule me rauduscululm mouet, sed homines beniuolos, qualescumque sunt, graue est insequi contumelia.

6 Sed de omnibus meis consiliis, ut scribis, existimo exploratius nos ad Kal. Iunias statuere posse. ad quas adero et omni ope atque opera enitar, adiuuante me scilicet auctoritate tua et gratia et summa aequitate causae, ut de Buthrotiis senatus consultum, quale scribis, fiat. quod me cogitare iubes, cogitabo equidem, etsi tibi dederam superiore epistula cogitandum. tu autem quasi iam recuperata re p. uicinis tuis Massiliensibus sua reddis. haec armis, quae quam firma habeamus ignoro, restitui fortasse possunt, auctoritate non possunt.

1 nonne **IA**^{2}**c***Rom.* non ne **MdmsE** non **b** ne **PR** 2 ellatus **M**^{1}**ER** 4 Iuniis *etiam* **Z**^{r} 7 attullerit **M**^{1}**R** 8 domi **M**^{1}**OR**, *corr.* **M**^{2}**c**^{S} 10 ne nos et] nec nos et **s** nec nos **A**^{2}**c***Rom.* libertati . . . ueris nec liberis **M**^{1}**O**^{1} 12 colligam **sA**^{2}**c***Rom.* cui legam **MbdmEOPRI** 13 obsidemus . . . laudari **M**^{1}**O**^{1} 15 me hercule **MbmEPR** mehercule **dsIA**^{2}**c***Rom.* me rauduscululm] Randusculum **I** rauduscululm **C** Randusculus **A**^{2}**c** me Rauduscus *Rom.* beniuolos **ΔPRI***Rom.* beneuolos **A**^{2}**c**, **E** *n. l.* 19 me] etiam me **PR** te **M***corr.* (*del.*) **dsE** 21 senatus consultum **MdPRI** s. c. **bmsEA**^{2}**c** *Rom.* 23 tua **M**^{1}**O**^{1}(?) iam iam **ds** 24 res. p. **M**^{1}**R**

Epistula breuis, quae postea a te scripta est, sane 7 (xv 1)
mihi fuit iucunda, de Bruti ad Antonium et de eiusdem
ad te litteris posse uidentur esse meliora, quam adhuc
fuerunt. sed nobis, ubi simus et quo iam nunc nos con-
feramus, prouidendum est.

XV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

O mirificum Dolabellam meum! iam enim dico meum; 1 (2)
antea, crede mihi, subdubitabam. magnam ἀναθεώρησιν res
habet: de saxo, in crucem, columnam tollere, locum illum
sternendum locare. quid quaeris? heroica. sustulisse mihi
uidetur simulationem desiderii, adhuc quae serpebat in dies
et inueterata uerebar ne periculosa nostris tyrannoctonis
esset. nunc prorsus adsentior tuis litteris speroque meliora. 2 (3)
quamquam istos ferre non possum, qui, dum se pacem
uelle simulant, acta nefaria defendunt. sed non possunt
omnia simul. incipit res melius ire, quam putaram. nec
uero discedam, nisi cum tu me id honeste putabis facere
posse. Bruto certe meo nullo loco deero idque, etiam si
mihi cum illo nihil fuisset, facerem propter eius singularem
incredibilemque uirtutem. Piliae nostrae uillam totam quae- 3 (4)
que in uilla sunt trado in Pompeianum ipse proficiscens
Kal. Maiis. quam uelim Bruto persuadeas, ut Asturae sit!

1 Epistula . . . est *u.* 5 *huic ep. adnexuit* **c**, *u. ad u.* 6 a te **M***corr.* **bsPR***Rom.* ad te $\mathbf{M}^1$**dmEI**$\mathbf{A}^2$**c** 2 mihi fuit] ad me fuit $\mathbf{M}^1$ fuit mihi *Rom.* 4 fuerint **I**$\mathbf{A}^2$**c** uos $\mathbf{M}^1$, *corr.* $\mathbf{M}^2\mathbf{c}^8$ Vale *add.* **c**

EP. XV. *Noua ep. in* **c**, *superiori continuant rell.* 8 O *om.* **E** Dolobellam **ΔEIC***Rom., ut saepe* 9 dubitabam **P** subdubitaui *Rom.* 10 columpnam **ER** collum. Nam $\mathbf{M}^1$ 11 heroi casus tolisse $\mathbf{M}^1$, *corr.* $\mathbf{M}^2$ 12 adhuc **ΔI**$\mathbf{A}^2$**c***Rom.* educ **EPR** serpat $\mathbf{M}^1$, *corr.* $\mathbf{M}^2$ 13 uerebar **ΔEPRIC** uidebatur $\mathbf{A}^2$**c** uidebatur : uerebar *Rom.* tyrannoctonis **EI**$\mathbf{A}^2$**c** tyrannotonis **dms** tyranni octonis **R***Rom.* tiranni ottonis **P** τυραννοκτόνοις **b** 16 nepharia **MdEPR** 17 res . . . putaram *om.* $\mathbf{M}^1$, *add.* $\mathbf{M}^2$ 18 me id] id me $\mathbf{A}^2$**c** id **I** 21 Piliae . . . Maiis *om.* **E** 23 quam primum uelim **I**$\mathbf{A}^2$**c** Vale *add.* **I**$\mathbf{A}^2$**c**

XVI

CICERO ATTICO SAL.

1 v Nonas conscendens ab hortis Cluuianis in phaselum epicopum has dedi litteras, cum Piliae nostrae uillam ad Lucrinum, uillicos, procuratores tradidissem. ipse autem eo die in Paeti nostri tyrotarichum imminebam, perpaucis diebus in Pompeianum, post in haec Puteolana et Cumana regna renauigare. o loca ceteroqui ualde expetenda, interpellantium autem multitudine paene fugienda.

2 Sed ad rem ut ueniam, o Dolabellae nostri magnam ἀριστείαν! quanta est ἀναθεώρησις! equidem laudare eum et hortari non desisto. recte tu omnibus epistulis significas, quid de re, quid de uiro sentias. mihi quidem uidetur Brutus noster iam uel coronam auream per forum ferre posse. quis enim audeat uiolare proposita cruce aut saxo? praesertim tantis plausibus, tanta approbatione infimorum?

EP. XVI. *Noua ep.* **bmsEPA**^{2}**c**, *cum superiore coniungunt* **MdRI** *Rom.* 3 V Nonas . . . tradidissem *u.* 5 *om.* **E** V] Quinto **bms PIA**^{2}**c***Rom.* VI *Rueteus 'Die Corresp. Cic:s' (Marp. a.* 1883) *p.* 20 cluuiani sin **M**^{1}**PR** (sim **R**) phrasellum **PR** 4 epicopum **ΔPRC***Rom.* epicopium **IA**^{2} *in marg.* episcopum **A**^{2}**c** 5 uilicos **M**^{1} uillicos **M**^{2}, *rell., sed* -cosque **A**^{2}**c** ipse] *accedit* **E** 6 in Paeti] impeti **dR** impe (*spat.*) **P** imperii **s** tyrotarichum **IA**^{2}**c** tyrotaricum (tir-) **ΔE***Rom.* tyrotharcum **PR** (tir- **P**) perpaucis diebus in Pompeianum *Wesenbergio* (*Em. alt. p.* 135), *aliis suspectum, iniuria; post* eo die *audiendum* Neapolim proficiscens 7 h(a)ec **bsER** *Rom.* hac **MdmI** hoc **P** *om.* **A**^{2} posthæc in *pro* post in haec **c** 8 regna renauigare o loca **M***corr.* **bdmsEOIA**^{2}**c***Rom.* (*sed* o *om.* **EO**, *cfr Lehm. De Cic:is ad Att. epp. p.* 204) regnare nauigareo loca **M**^{1} renauigare o loca **PR** ceteroqui *Victorius:* cetero qui **M**^{1} cetera qui **EPR** cetera quam **bdmsIA**^{2}**c***Rom.* *in* **M** *super* -o *adscr.* -a, *post del.; super* qui *uidetur corrector scripsisse* l' quidem, *post* quam 10 o *om.* **E** 11 ἀριστείαν **bA**^{2}**c** aristian **M**^{2}**dmsE***Rom.* (-i an **M**^{1}) aristiam **PRI** 15 uiolare **M***corr.***bmsEPRIA**^{2}**c***Rom.* laudare **M**^{1}**d** *codd. Bosi* laedere *Orellius, alii* aut **ΔEPR***Rom.* uel **IA**^{2}**c** 16 infimorum **bm**^{2}**s***Rom.* infirmorum **Mdm**^{1}**EPRIA**^{2}**c**

Nunc, mi Attice, me fac ut expedias. cupio, cum 3
Bruto nostro adfatim satis fecerim, excurrere in Graeciam. magni interest Ciceronis uel mea potius uel me hercule utriusque me interuenire discenti. nam epistula Leonidae, quam ad me misisti, quid habet, quaeso, in quo magno opere laetemur? numquam ille mihi satis laudari uidebitur, cum ita laudabitur: quo modo nunc est. non est fidentis hoc testimonium sed potius timentis. Herodi autem mandaram, ut mihi κατὰ μίτον scriberet; a quo adhuc nulla littera est. uereor ne nihil habuerit, quod mihi, cum cognossem, iucundum putaret fore.

Quod ad Xenonem scripsisti, ualde mihi gratum est; 4
nihil enim deesse Ciceroni cum ad officium tum ad existimationem meam pertinet. Flammam Flaminium audio Romae esse. ad eum scripsi me tibi mandasse per litteras, ut de Montani negotio cum eo loquerere, et uelim cures epistulam, quam ad eum misi, reddendam, et ipse, quod commodo tuo fiat, cum eo conloquere. puto, si quid in homine pudoris est, praestaturum eum, ne sero cum damno dependatur. de Attica pergratum mihi fecisti, quod curasti, ut ante scirem recte esse quam non belle fuisse.

1 cupio cum] cupioque in **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} cupioque cum **I** 2 satisfecerim **ΔEPRIA**^{2}**C***Rom.* (-is fec- **MR**) satisfacere **c** 3 me hercule **MdEPR** mehercule **bsIA**^{2}**c***Rom.* 4 nam . . . fore *u.* 11 *om.* **E** 7 quoquo modo **bA**^{2}**c** 9 κατὰ μίτον *Victorius:* KATAMITωN **MmPR** καταμίτων **C** κτεαμέτων **A**^{2}**c** *om.* **bds** *Rom.* (*spat.* **d***Rom.*) 11 cognossem **IA**^{2}**c** cognoscem **MPR** cognoscerem **bdms** *Rom.* 12 Quod] *accedit* **E** 13 tum . . . tum **IA**^{2}**c**, *ut saepius* extimationem **M**^{1} estimationem *Rom.* 14 Flammam **A**^{2}**c***Rom.* Flamam **Δ** flaminam **PR** Flaminem **I** Flammam . . . reddendam *u.* 17 *om.* **E** 16 loquere **d** loquerer *Rom.* 18 fiet **bm***Rom.* cum eo *om.* **bm***Rom.* colloquere **ΔEPRIA**^{2}**c***Rom.* colloquare *edd., miro consensu; cfr ep.* XIV 7, 3 siquidem **M** 19 praestaturum . . . collocauissem 90, 4 *om.* **E** ne sero cum damno (*scil.* Montani) *Orellius:* ne se pro quodam modo **PR** ne spero quodammodo (-am mo-) **ΔI** (*sed* non **I**) nec sero quodammodo **A**^{2}**c***Rom.* 21 ut ante **Zβ** ante **M**^{2} **bdmsIA**^{2}**c***Rom.*, *alii* an te **M**^{1}**P** ante te **R** ei recte **A**^{2}**c**

XVII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 In Pompeianum ueni v Non. Mai., cum pridie, ut antea ad te scripsi, Piliam in Cumano conlocauissem. ibi mihi cenanti litterae tuae sunt redditae, quas dederas Demetrio liberto pr. Kal.; in quibus multa sapienter, sed tamen talia, quem ad modum tute scribebas, ut omne consilium in fortuna positum uideretur. itaque his de rebus ex tem-
2 pore et coram. de Buthrotio negotio, utinam quidem Antonium conueniam! multum profecto proficiam. sed non arbitrantur eum a Capua declinaturum; quo quidem metuo ne magno rei p. malo uenerit. quod idem L. Caesari uidebatur, quem pridie Neapoli adfectum grauiter uideram. quam ob rem ista nobis ad Kal. Iun. tractanda et perficienda sunt. sed hactenus.

3 Q. filius ad patrem acerbissimas litteras misit, quae sunt ei redditae, cum uenissemus in Pompeianum; quarum tamen erat caput, Aquiliam nouercam non esse laturum. sed hoc tolerabile fortasse; illud uero, se a Caesare habuisse omnia, nihil a patre, reliqua sperare ab Antonio, o perditum hominem! sed μελήσει.

4 Ad Brutum nostrum, ad Cassium, ad Dolabellam epistulas scripsi. earum exempla tibi misi, non ut delibe-

EP. XVII. *Noua ep.* c *cum superiore coniungunt* **ΔPRIA²***Rom.* 3 In . . . conlocauissem *om.* **E**, In . . . Cumano *om.* **R** Cal. Maias **IA²c** (Maii **A²**) ante **m***Rom.* 5 redite **M¹** Demetrio liberto] de metriolibus (*per comp.*) **M¹** demetrio **E** 9 quidam **M¹** 11 metuo] me tuo **M¹R** ne tuo **P** 13 pridie **MEPRC** quidem pridie **bdm¹s** *Rom.* quidem **IA²c** 14 ad Kal. Iun.] ad v. iun. **d** ad .v. kl' iun. **s** ad pridie Cal. Iunii **A²c** 15 sed hactenus] *cfr Muell. ad* V 13, 1 *om.* **E** 18 aquiliam **M***corr.* **bdmsE***Rom.* (-lam **b**) adquiliam **R** ad Quilliam **M¹** ad aquiliam **P²** Acquiliam **IA²c** 19 tollerabile **M¹EPR** ab **IA²c** 21 o *om.* **E** ΜΑΛΗϹЄΙ **M¹PR** (-ΔΙ- **P**) Gr. **E** *adscr.* cure erit **M***corr.***ds** 22 ad Cassium ad] et Cassium et ad **IA²c** 23 earum] quarum **IA²c**

rarem, reddendaene essent. plane enim iudico esse red-
dendas, quod non dubito quin tu idem existimaturus sis.
Ciceroni meo, mi Attice, suppeditabis quantum uide- 5
bitur meque hoc tibi onus imponere patiere. quae adhuc
fecisti, mihi sunt gratissima. librum illum ἀνέκδοτον non- 6
dum, ut uolui, perpoliui; ista uero, quae tu contexi uis,
aliud quoddam separatum uolumen exspectant. ego autem
— credas mihi uelim — minore periculo existimo contra
illas nefarias partes uiuo tyranno dici potuisse quam mortuo.
ille enim nescio quo pacto ferebat me quidem mirabiliter;
nunc, quacumque nos commouimus, ad Caesaris non modo
acta uerum etiam cogitata reuocamur. de Montano, quo-
niam Flamma uenit, uidebis. puto rem meliore loco esse
debere.

A

CICERO DOLABELLAE COS. SVO SAL.

Etsi contentus eram, mi Dolabella, tua gloria satisque 1
ex ea magnam laetitiam uoluptatemque capiebam, tamen
non possum non confiteri cumulari me maximo gaudio,
quod uulgo hominum opinio socium me ascribat tuis lau-

1 reddendæne **c** red(d)end(a)e ne **ΔEPRIA²***Rom.*, *sed* reddunde ne **M¹** essent] esset ut **M¹** esset **P** 2 quod] sed quód **IA²c**, *alii, sed cfr Lehm. Quaest. Tull. p.* 80 *sq.* 3 Ciceroni . . . gratissima *u.* 5 *om.* **E** 4 tibi hoc **IA²c** 5 illum **EPR** eum illum **Δ** (*sed* illum eum illum **M¹**) enim illum **IA²c***Rom.* meum illum *uulg.* *adscr.* nondum editum **M***corr.***ds** 6 ut *om.* **M¹** contexi uis **C** conexi uis **EPR** (conne- **E**) connexius (-nuex-) **Δ** connecti uis **b²IA²c***Rom.* 8 credas **bsIA²c***Rom.*, predas **M¹EPR** prodas **M²c⁸dm** 9 nepharias **dPR** partes **dsEPR** partis **MbIA²c***Rom.* (-eis **A²c**) 12 cogitata reuocamur **M²c⁸EPR** cogitare uocamur **M¹** cogitata uocamur **bdmsIA²c** *Rom.* 13 flama **bds** (*ex* -mina **d**) flaminia **PR** fama **I** Vale *add.* **PIA²c***Rom.*

EP. XVII A. *Alterum huius ep. exemplum exstat inter epistulas ad familiares, quae uocantur,* IX 14; (**M**) = *cod. Med.* XLIX: 9, **H** = *cod. Harl.*, **D** = *cod. Pal.* *om.* **b** M. T. CICERO **A²c** (C. **A²**) M. Tul. Cicero *Rom.* SVO *om.* **A²c** S. p. d. *Rom.* *salutem om.* **PRI**

dibus. neminem conueni — conuenio autem cotidie plu-
rimos; sunt enim permulti optimi uiri, qui ualetudinis causa
in haec loca ueniant, praeterea ex municipiis frequentes
necessarii mei — qui⟨n⟩ omnes, cum te summis laudibus
ad caelum extulerunt, mihi continuo maximas gratias agant.
negant enim se dubitare, quin tu meis praeceptis et con-
siliis obtemperans praestantissimum te ciuem et singularem
2 consulem praebeas. quibus ego quamquam uerissime
possum respondere te, quae facias, tuo iudicio et tua
sponte facere nec cuiusquam egere consilio, tamen neque
plane adsentior, ne imminuam tuam laudem, si omnis a
meis consiliis profecta uideatur, neque ualde nego; sum
enim auidior etiam, quam satis est, gloriae. et tamen non
alienum dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni, regum regi,
fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiendis Ne-
storem; mihi uero gloriosum te iuuenem consulem florere
3 laudibus quasi alumnum disciplinae meae. L. quidem
Caesar, cum ad eum aegrotum Neapolim uenissem, quam-
quam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen ante,
quam me plane salutauit, o mi Cicero, inquit, gratulor
tibi, cum tantum uales apud Dolabellam, quantum
si ego apud sororis filium ualerem, iam salui
esse possemus. Dolabellae uero tuo et gratulor et
gratias ago, quem quidem post te consulem solum

2 qui (**M**)**HDIA**^{2}**c** *om.* **ΔEOPR***Rom.*, *alii* 3 in haec loca ueniant (**M**)**HDIA**^{2}**c** (*sed* conueniant **H**) in his locis. conueniunt **ΔEOPRC***Rom.*, *alii* (in his locis *etiam* **F** *Ant.*) in haec loca ueniant; conueniunt *Lehm. Quaest. p.* 59 4 ne cesari mei **M**^{1}, *corr.* **M**^{2}**c**^{s} quin **HD** qui *rell.* 5 ad celum summis laudibus **m***Rom.* agant (**M**)**HD** agunt **ΔEOPRIA**^{2}**c***Rom* 6 tu meis] tum in his **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} tu nostris **P** 9 possim **IA**^{2}**c** te quae (**M**^{2})**HIA**^{2}**c** teque (**M**^{1}) qu(a)e **ΔEOPRD** *Rom.* 13 audior (**M**^{1}) 14 alienum (**M**)**HD** alienum est **ΔEPRI A**^{2}**c***Rom.* regi regum **A**^{2}**c** 15 habere *ante* aliquem (**M**)**HDO**; *post* Nestorem **M**^{2}**dmsEPRIA**^{2}**c***Rom.* *om.* **M**^{1} 17 alumpnum **MER** Lucius (**M**)**HD** 20 salutaret (**M**^{2})**m***Rom.* salutauerit **IA**^{2}**c** 22 iam] tam (**M**)**MdO**^{2} tum **I** *om.* **PR** 23 et gratulor] ei gratulor (**M**)**H** congratulor **PR** 24 solum . . . consulem *om.* **O**

possumus uere consulem dicere. deinde multa de facto ac de re gesta; tum nihil magnificentius, nihil praeclarius actum umquam, nihil rei p. salutarius. atque haec una uox omnium est.

A te autem peto, ut me hanc quasi falsam heredita- 4
tem alienae gloriae sinas cernere meque aliqua ex parte in societatem tuarum laudum uenire patiare. quamquam, mi Dolabella — haec enim iocatus sum —, libentius omnes meas, si modo sunt aliquae meae, laudes ad te transfuderim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis. nam cum te semper tantum dilexerim, quantum tu intellegere potuisti, tum his tuis factis sic incensus sum, ut nihil umquam in amore fuerit ardentius. nihil est enim, mihi crede, uirtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. semper amaui, ut 5
scis, M. Brutum propter eius summum ingenium, suauissimos mores, singularem probitatem atque constantiam. tamen Idibus Martiis tantum accessit ad amorem, ut mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatum etiam uidebatur. quis erat qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, ut mihi nunc denique amare uidear, antea dilexisse.

Qua re quid est, quod ego te horter, ut dignitati et 6

1 possumus **(M)HD** possum *rell.* dein **ΔO²R***codd. Mal. Rom.* 2 tum] cum **D** tua *Wesenb. Em. alt. p.* 28 (*aut del.*), *recc. edd., sed oratio quattuor membris progreditur* 3 salutarius testatus est: atque **IA²c** 4 est. A te] aestate **(M)HD** 5 ut me *ex* uti ne **M** uti me **m***Rom.* 6 meque . . . patiare *om.* **m***Rom.* 8 locatus **M¹H** locutus **(M)** sum libentius omnes] sum nichil ad me laudis tue peruenire potest quod ego totum non in tua parte esse arbitrarer ubentius uellim omnis **R** omnis **MPRIA²c***Rom.* (-eis **A²c**) 9 sint **IA²c** meae laudes, ad *alii cfr ad Brut.* IX 9, 2 transfuderim **(M)HD** transtulerim **M²dmsEOPRIA²c***Rom.* trans **M¹** transferam **Z¹** *cfr Naegelsb. 'Stilistik'*⁹ *p.* 571 12 ut numquam *Rom.* 13 in amorem **(M)HD** mihi fuerit **IA²c** 14 pulcrius **M¹ER** 19 Quis enim erat *Rom.* quis erat . . . dilexisse *u.* 22 *adfert Non. p.* 421 *sq. Mers.* 20 erga te] erga **M¹** erga illum **EPR** 21 ante *Rom., Non.*

gloriae seruias? proponam tibi claros uiros, quod facere solent qui hortantur? neminem habeo clariorem quam te
7 ipsum; te imitere oportet, tecum ipse certes. ne licet quidem tibi iam tantis rebus gestis non tui similem esse. quod cum ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis utendum est. contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa seueritas animaduersionis non modo non inuidiosa sed etiam popularis esset et cum bonis omnibus, tum infimo cuique gratissima. hoc si tibi fortuna quadam contigisset, gratularer felicitati tuae, sed contigit magnitudine cum animi tum etiam ingenii atque consilii. legi enim contionem tuam. nihil illa sapientius; ita pedetemptim et gradatim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus, ut res ipsa maturitatem tibi animaduertendi
8 omnium concessu daret. liberasti igitur et urbem periculo et ciuitatem metu, neque solum ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum. quo facto intellegere debes in te positam esse rem p. tibique non modo tuendos sed etiam ornandos esse illos uiros, a quibus initium libertatis profectum est.

Sed his de rebus coram plura propediem, ut spero. tu, quoniam rem p. nosque conseruas, fac ut diligentissime te ipsum, mi Dolabella, custodias.

1 proponas **(M)HD** 2—3 te ipsum te imitere **(M)OIA²c** te ipsum te imitari **HD** te ipsum imitari **ΔEPR***Rom.*, *sed* te. te ipsum **s***Rom.*, -ari re (*potius quam* te) **E** 6 haud] aut **M¹**, *corr.* **M²c⁸** 11 cum **M***corr.***EOPR(M)H²D** quam | **M¹** tum **IA²c** quadam cum (*cfr u.* 10) **dms***Rom.* *om.* **H¹** quam *expunxit, suprascr.* c⁸ quadam **M²**; *post h. u. del., sequ. uersu* cum *ante* | animi *adscr.* **M***corr.* *errat Lehm. De Cic:is ad Att. epp. p.* 158 13 et gradatim **(M)HDI** (ac **D**) *om.* **ΔEOPRA²c**
15 consensu **PIA²c**, *corr.***C** liberas. Tu igitur **M¹**, *corr.* **M²c⁸** et *om.* **m***Rom.* 17 quo *om.* **(M)** 19 esse **(M)HD** *om. rell.*
Vale *add.* **A²c***Rom.*

XVIII

CICERO ATTICO SAL.

1 Saepius me iam agitas, quod rem gestam Dolabellae nimis in caelum uidear efferre. ego autem, quamquam sane probo factum, tamen, ut tantopere laudarem, adductus sum tuis et unis et alteris litteris. sed totum se a te abalienauit Dolabella ea de causa, qua me quoque sibi inimicissimum reddidit. o hominem impudentem! Kal. Ian. debuit, adhuc non soluit, praesertim cum se maximo aere alieno Faberi manu liberarit et opem ab eo petierit. licet enim iocari, ne me ualde conturbatum putes. atque ego ad eum VIII Id. litteras dederam bene mane; eodem autem die tuas litteras uesperi acceperam in Pompeiano sane celeriter, tertio abs te die. sed ut ad te eo ipso die scripseram, satis aculeatas ad Dolabellam litteras dedi, quae si nihil profecerint, puto fore ut me praesentem non sustineat.

2 Albianum te confecisse arbitror. de Patulciano nomine, quod mihi † suspendiatus est, gratissimum est et simile tuorum omnium. sed ego Erotem ad ista expedienda factum mihi uidebar reliquisse, cuius non sine magna culpa uacillarunt. sed cum ipso uidero.

3 De Montano, ut saepe ad te scripsi, erit tibi tota res

EP. XVIII. SAL. *om.* **M** 4 nimis *bis* **M**^{1} quamquam] quam **M**^{1}**E** 5 tanto opere **M** 6 te a se *Ernestius* 7 ea de] eadem *Baiterus* quam equo q̄ **M**^{1} 8 o *om.* **E** impudentem **EOPRZ**^{b}**IA**^{2}**c** pudentem **Mms***Rom.* prudentem **bd** 10 ab eo] ab Ope *Cobetus Var. lect.*^{2} *p.* 460, *Boot Obs. p.* 60, *alii cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 13 uersperi **M** 15 dedi quae] dedique **M**^{1} dedi **P** 17 substineat **M** 18 Albianum . . . est *u.* 19 *et* Sed . . . concedo *p.* 96, 3 *om.* **E** Petulciano **IA**^{2} 19 suspendiatus est **M**^{1}**m**^{1}**PRZ**^{l} suppeditatus es **M***corr.***bdm**^{2}**sIA**^{2}**c***Rom.* (est **I**) suppetiatus es *Montagnanus*, succenturiatus es *Muell.* 20 erotem **ORC** ero tunc **P** errorem **ΔIA**^{2}**c***Rom.* 22 uacilarunt **M**^{1}**P** 23 scripsi erit **sPRA**^{2}**c** scripserit **MbdmI** scripseram *Rom.*

curae. Seruius proficiscens quod desperanter tecum locutus est, minime miror neque ei quicquam in desperatione con-
4 cedo. Brutus noster, singularis uir, si in senatum non est Kal. Iuniis uenturus, quid facturus sit in foro, nescio. sed hoc ipse melius. ego ex his, quae parari uideo, non multum Idibus Martiis profectum iudico. itaque de Graecia cottidie magis et magis cogito. nec enim Bruto meo exsilium, ut scribit ipse, meditanti uideo quid prodesse possim. Leonidae me litterae non satis delectarunt. de Herode tibi adsentior. Saufei legisse uellem. ego ex Pompeiano VI Idus Mai. cogitabam.

XIX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Nonis Maiis cum essem in Pompeiano, accepi binas a te litteras, alteras sexto die, alteras quarto. ad superiores igitur prius. quam mihi iucundum opportune tibi Barnaeum litteras reddidisse! tu uero cum Cassio, ut cetera. quam commode autem, quod id ipsum, quod me mones, quadriduo ante ad eum scripseram exemplumque mearum litterarum ad te miseram. sed cum ⟨ex⟩ Dola-

1 loqutus **M** 3 Brutus] *accedit* **E** 5 ex his **ΔEPIA**^{2}**c** exte **R** ex iis *Rom.*, *alii* 6 idus martias **MdI** gratia **M**^{1} 8 scribit *Corradus*: scribis **ΔEPRIA**^{2}**c***Rom.* *cfr p.* 97, 2 possum **IA**^{2}**c** 9 leonid(a)e me **MbmPRC***Rom.* Leonidem ee **M**^{2}**c**^{8}(*del.*)**IA**^{2}**c** (eæ) leonidem hae **ds** Leonidae . . . Buthroto *p.* 99, 8 *om* **E** 10 Saufen **MI** Saufeium **A**^{2}**c** Saufeii *etiam codd. Bosi*; litteras *potius quam* librum *audiendum censet Muenzerus Mus. Rh.* LXIX (*a.* 1914) *p.* 626 11 VI . . . Pompeiano *u.* 14 *om.* **IA**^{2}*Rom.*

EP. XIX. *Nouam ep. uulgo faciunt edd.*, *superiori adnectunt* **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* *deest* **E** 15 ad te **M** die *post* quarto **ds** IIII **sPR** superiores **PIA**^{2}**c***Rom.* superioris **ΔR** *cfr* IX 18, 1; XII 32, 3 16 oportune **bdmsR** 17 Barnaeum **ΔZ**$^\beta$ *Rom.* (*sed* -acum **s**, -neum **b** *Rom.*) barna eum **R** ba(*spat.*)eum **P** Barnachum **IA**^{2}**c** 18 commode autem **ΔPRIC** commode. Opportune autem **A**^{2}**c***Rom.* 19 quadriduo **MR** quatriduo *rell.* 20 ex **c** *om.* **ΔOPRIA**^{2}*Rom.* *cfr Muell. ad l.*

bellae aritia — sic enim tu ad me scripseras — magna
desperatione adfectus essem, ecce tibi et Bruti et tuae
litterae. ille exsilium meditari; nos autem alium portum
propiorem huic aetati uidebamus, in quem mallem equi-
dem peruehi florente Bruto nostro constitutaque re publica.
sed nunc quidem, ut scribis, non utrum uis. adsentiris
enim mihi nostram aetatem praesertim a castris ciuilibus
abhorrere.

M. Antonius ad me tantum de Clodio rescripsit, meam 2
lenitatem et clementiam et sibi esse gratam et mihi uolup-
tati magnae fore. sed Pansa furere uidetur de Clodio
itemque de Deiotaro et loquitur seuere, si uelis credere.
illud tamen non belle, ut mihi quidem uidetur, quod fac-
tum Dolabellae uehementer improbat. de coronatis, cum 3
sororis tuae f. a patre accusatus esset, rescripsit se coro-
nam habuisse honoris Caesaris causa, posuisse luctus gratia,
postremo se libenter uituperationem subire, quod amaret
etiam mortuum Caesarem.

Ad Dolabellam, quem ad modum tibi dicis placere, 4
scripsi diligenter. ego etiam ad Siccam; tibi hoc oneris
non impono. nolo te illum iratum habere. Serui oratio-
nem cognosco; in qua plus timoris uideo quam consilii.
sed quoniam perterriti omnes sumus, adsentior Seruio.
Publi⟨li⟩us tecum tricatus est. huc enim Caerellia missa

1 aritia **ΔPR** *codd. Bosi* **IA^{2}c***Rom.* (-cia **bP***Rom.*; Ar- *uett. edd.*) auaritia *Victorius, sed cfr* latrina *ex* lauatrina, *sim.; alii uaria coniectarunt sine causa. cfr Muell. et Tyrr.-Purs. ad l.* tuạ **M** 4 male me quidem **M^1** 6 utrumuis **bA^{2}c** assentiris **Z$^\beta$** assentires **ΔPRI A^{2}c***Rom.* 7 a castris, praesertim *uulg.* 9 M. *om.* **M^1**, *add.* **M^2** cloclio **PR** Cleliore **M^1** 10 dementiam **M^1** 11 cloclio **PR** Clelio **M** celio **ds** 12 de *om.* **bmPR***Rom.* Iotario **M** 13 belle **M***corr.* uelle **ΔRIA^{2}c***Rom.* uele **P** 15 f. (F.) **MPRI** filius *rell.* (*sed* -io **dm^1**) coronam se **bm***Rom.* 20 siccam **PRI A^{2}c** sicam **Δ***Rom.* (-ch- **Md**) 21 Seruii **sA^{2}c** seruịḷḷị **M** seruili(i) **bdPRI** Seruili l' **m** Seruilii uel *Rom.* 23 Seruio. Publilius *uulg.*: serui. opublius **M^1** Seruio. publius **M^{2}c^8**, *rell.* 24 altercatus **PR**

7 *Sjögren*

ab istis est legata ad me, cui facile persuasi mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non lubere. Antonium si uidero, accurate agam de Buthroto.

5 Venio ad recentiores litteras, quamquam de Seruio iam rescripsi. me facere magnam πρᾶξιν Dolabellae. mihi me hercule ita uidetur; non potuisse maior tali re talique tempore. sed tamen, quicquid ei tribuo, tribuo ex tuis litteris. tibi uero adsentior maiorem πρᾶξιν eius fore, si mihi, quod debuit, dissoluerit. Brutus uelim sit Asturae. 6 quod autem laudas me, quod nihil ante de profectione constituam, quam ista quo euasura sint uidero, muto sententiam. neque quicquam tamen ante, quam te uidero. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo; cui quidem ego totam uillam cellamque tradidi, eamque cogitabam v Idus uidere. tu Atticae salutem dices. nos Piliam diligenter tuebimur.

XX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 E Pompeiano naui aduectus sum in Luculli nostri hospitium vi Idus, hora fere tertia. egressus autem e naui accepi tuas litteras, quas tuus tabellarius in Cumanum attulisse dicebatur, Nonis Maiis datas. a Lucullo

1 ad me est legata **IA²c** legata ad me (*om.* est) **PR** 2 lubere **Δ***Rom.* libere **M***corr.* **IA²c** libere sed **PR** 3 si] se **M¹**, *corr.* **M²c^s** Buthroto] bruto **dPRI** 4 recentioris **MI** 5 *post* magnam *add.* opinionem **PR** ΠΡΑΞΙΝ **MmPR** *adscr.* operam **M***corr.***ds** 6 me hercule **MPR** mehercule *rell.* potuisse] *cfr Muell. ad. l.* 7 tempore fuisse. Sed **PR** ei triduo **M¹***corr.***M²c^s** 8 πράξιν **b** **A²c** praxin **M¹PR***Rom.* praxim **M²c^s dmsI** 9 debuit **M²c^s bdms** **PIA²c***Rom.* debui **M¹RZ^l** disoluerit **MR** 11 multo **M¹R** 13 de matre *om.* **bm***Rom.* Vale *add.* **A²c**

EP. XX. *Noua ep.* **A²c** *superiori adnectunt* **ΔPRI***Rom.* E . . . Buthroto *p.* 99, 8 *om.* **E** 19 adductus **ds***Rom.* 21 in Cumanum **ΔPRIA²c***Rom.* *errant Or.-Bait., Bait.-Kays.* 22 a . . . datas *p.* 99. 3 *om.* **P** luculo **MRI** *talia non semper notaui*

postridie eadem fere hora ueni in Puteolanum. ibi accepi duas epistulas, alteram Nonis, alteram VII Idus Lanuuio datas. audi igitur ad omnis.

2 Primum, quae de re mea gesta et in solutione et in Albiano negotio, grata. de tuo autem Buthroto, cum in Pompeiano essem, Misenum uenit Antonius; inde ante discessit, quam illum uenisse audissem, in Samnium. a quo uide quid speres. Romae igitur de Buthroto. L. Antoni horribilis con[ten]tio, Dolabellae praeclara. iam uel sibi habeat nummos, modo numeret Idibus. Tertullae nollem abortum; tam enim Cassii sunt iam quam Bruti serendi. de regina uelim atque etiam de Caesare illo. persolui primae epistulae, uenio ad secundam.

3 De Quintis, Buthroto, cum uenero, ut scribis. quod Ciceroni suppeditas, gratum. quod errare me putas, qui rem p. putem pendere ⟨e⟩ Bruto, sic se res habet. aut nulla erit aut ab isto isti[u]sue seruabitur. quod me hortaris, ut scriptam contionem mittam, accipe a me, mi Attice, καθολικὸν θεώρημα earum rerum, in quibus satis exercitati sumus. nemo umquam neque poëta neque orator fuit, qui quemquam meliorem quam se arbitraretur. hoc

1 ueni in Puteolanum. Ibi accepi duas epistolas, alteram No. alteram .VII. Id. **C** ueni VII idus **ΔRI** (*sed* VI **ds**) qua ueni VII Id. **A**^{2}**c***Rom.* 3 omnes **ds** 5 cum . . . Buthroto *u.* 8 om. **b** 7 audissem, in Samnium. a quo *Wesenb. Em. p.* 48: audissem a quo in Samnium **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* (*sed* insom (*spat.*) **P**) *cfr Muell. ad l.* audissem. a quo profecto in S. *Schicheus Jahresber. d. ph. Ver.* XXV (*a.* 1899) *p.* 376 8 L.] *accedit* **E** horribilius **Md** contio *Victorius:* contentio **ΔEPRIA**^{2}**c***Rom.* 10 tercylle **M**^{1} tortulle **E** nolem **M**^{1}, *corr.***M**^{2}**c**^{8} ab ortum **M**^{1}**E** abhortum **PR** 11 cassi **Mbdm** cassium **I** 13 secondam **Mm** 14 But(h)rot(h)o **ΔEPR** ac Buthroto *Rom.* buthrotiis **I** ac Buthrotiis **A**^{2}**c** (& **c**) 15 ciceronis **M**^{1}**PR** errare me] errarem **M**^{1}, *corr.***M**^{2}**c**^{8} 16 e **A**^{2}**c***Rom.* ex **bs** *om.* **MdmEPRI** 17 istisue **A**^{2}**c** istis ue **b***Rom.* istius ue **MdmsEPRI** (ne **E**) 19 *adscr.* uniuersalem regulam **M***corr.***ds** satis exercitati sumus. nemo **MbmERC***Rom.* satis exercitati. nemo **P** exercitati sumus. nemo **ds** exercitati sumus satis? Nemo **I** exercitati sumus. Satis nemo **A**^{2}**c**

etiam malis contigit; quid tu Bruto putas, et ingenioso et erudito? de quo etiam experti sumus nuper in edicto. scripseram rogatu tuo. meum mihi placebat, illi suum. quin etiam, cum ipsius precibus paene adductus scripsissem ad eum de optimo genere dicendi, non modo mihi sed etiam tibi scripsit sibi illud, quod mihi placeret, non probari. qua re sine quaeso sibi quemque scribere:

suam cuique sponsam, mihi meam; suum cuique
amorem, mihi meum.

non scite; hoc enim Atilius, poëta durissimus. atque utinam liceat isti contionari! cui si esse in urbe tuto licebit, uicimus. ducem enim noui belli ciuilis aut nemo sequetur aut ii sequentur, qui facile uincantur.

4 Venio ad tertiam. gratas fuisse meas litteras Bruto et Cassio gaudeo; itaque iis rescripsi. quod Hirtium per me meliorem fieri uolunt, do equidem operam, et ille optime loquitur, sed uiuit habitatque cum Balbo, qui item bene loquitur. quid credas, uideris. Dolabellam ualde placere tibi uideo; mihi quidem egregie. cum Pansa uixi in Pompeiano. is plane mihi probabat se ⟨be⟩ne sentire et cupere pacem. causam armorum quaeri plane uideo. edictum Bruti et Cassi probo. quod uis, ut suscipiam cogitationem, quidnam istis agendum putem, consilia temporum sunt, quae in horas commutari uides. Dolabellae

1 contigit **dsEPRIA**^{2}c *sic* **M** *addita lin. nas., fort. prima manu* contingit **bm***Rom., uulg.* 2 experti sumus] mee expertissimum **M**^{1}, *corr.***M**^{2} eruditi atque experti sumus *Rom.* 7 si ne **M**^{1} quemque sibi **IA**^{2}**c** 8 cuique . . . cuique] quoque . . . quoque **M**^{1} mihi meam] mihi enim meam **PR** *om.* **ds** 9 morem **bm***Rom.* *cfr Com. Rom. fr. p.* 37 *Ribb.*^{3} 10 scire **sI** Attilius **IA**^{2}c 11 isti liceat **IA**^{2}c essem in **M**^{1}**EPR**, *corr.***M**^{2}c^s urbem **MmP***Rom.* 13 ii **bmEA**^{2}c*Rom.* hi **MdsPI** hii **R** 15 iis **A**^{2}c is **R** his *rell.* 17 loquetur **M**^{1}*corr.***M**^{2}c^s sed . . . loquitur *u.* 18 *om.* **d** 19 cum . . . pacem *u.* 21 *om.* **E** 20 ḥis **M** mihi *om. Rom.* bene sentire **s**^{2} *Rom.* ne sentire **ΔPR** (nes- **M**) assentire **IA**^{2}c 22 quod uis *Madu. Adu. crit.* II *p.* 240: qu(a)eris **ΔEPRIA**^{2}c*Rom.*

et prima illa actio et haec contra Antonium contio mihi profecisse permultum uidetur. prorsus ibat res. nunc autem uidemur habituri ducem; quod unum municipia bonique desiderant. Epicuri mentionem facis et audes dicere μὴ 5
πολιτεύεσθαι? non te Bruti nostri uolticulus ab ista oratione deterret? Q. f., ut scribis, Antoni est dextella. per eum igitur, quod uolemus, facile auferemus. exspecto, si, ut putas, L. Antonius produxit Octauium, qualis contio fuerit.

Haec scripsi ⟨raptim⟩; statim enim Cassi tabellarius. eram continuo Piliam salutaturus, deinde ad epulas Vestori nauicula. Atticae plurimam salutem.

XXI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Cum paulo ante dedissem ad te Cassi tabellario litte- 1
ras, v Idus uenit noster tabellarius et quidem, portenti simile, sine tuis litteris. sed cito conieci Lanuui te fuisse. Eros autem festinauit, ut ad me litterae Dolabellae perferrentur, non de re mea — nondum enim meas acceperat —, sed rescripsit ad eas, quarum exemplum tibi miseram, sane luculente. a⟨d⟩ me autem, cum Cassi tabel- 2

4 dicere] dicerem **M**^{1} dicere mi **M**^{4} 5 ΠΟΛΕΙΤΕΥCΕCΘΑΙ **M**^{1}**PR** Gr. **E** *adscr.* non uersari in re p. **M***corr.***ds** uolticulus **ΔI***Rom.* uulticulus **EPRA**^{2}**c** 6 f. (F.) **MbmPRI***Rom.* filius **ds** Frater **A**^{2}**c** *cfr ad* X 12, 3 Q. f. ut . . . auferemus *u.* 7 *om.* **E** Antoni **Z**^{b}**c** *om.* **ΔOPRIA**^{2}*Rom.* 7 quod] ut **IA**^{2} 8—9 qualis enim contio h(a)ec fuerit scripsi. **bm***Rom.* scripsi etc deinde *u.* 10 (*cet. om.*) **E** 9 raptim *addendum coni. Hauptius Op.* III *p.* 536: *om.* **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* tabellarius **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.*, *sed.* -rio daturus **M***corr.*(**M**^{4}?)
10 epl'as **M***corr.***P** epistolas **dI** 11 plurimam **sIA**^{2}**c** plur. **m***Rom.* pl'. **b** plura **M**^{1}**d** al'. pilie **M***corr.* pluriis **R** pirhus **P**
Vale *add.* **A**^{2}**c***Rom.*
EP. XXI. *Noua ep.* **bsEA**^{2}**c***Rom.*, *superiori adnectunt* **MdmPRI** Dolabella rescripsit ad *eqs. u.* 19 *sqq.* **E**, *priora om.* 14 ad te] ad te e **IA**^{2}
15 tunc *ante* uenit *add.* **PR** 16 simile sine **Z**^{1}**C** similes in **ΔOPRIA**^{2}**c***Rom.* lanui **MR** lannui(i) *rell.* (*sed* lauinni **P**) 17 heros **bmsP** literas **MR** *om.* **P** 18 nundum **MmPR** 19 quarum] que in **M**^{1}, *corr.* **M**^{2} 20 ad **bs***Rom.* a **MdEPIA**^{2}**c** *om.* **R**

larium dimisissem, statim Balbus. o dei boni, quam facile perspiceres timere otium! et nosti uirum, quam tectus. sed tamen Antoni consilia narrabat: illum circumire ueteranos, ut acta Caesaris sancirent idque se facturos esse iurarent, ut arma omnes haberent eaque duumuiri omnibus mensibus inspicerent. questus est etiam de sua inuidia, eaque omnis eius oratio fuit, ut amare uideretur Antonium. quid quaeris? nihil sinceri. mihi autem non est dubium
3 quin res spectet ad castra. acta enim illa res est animo uirili, consilio puerili. quis enim hoc non uidit, regni heredem relictum? quid autem absurdius?

hoc metuere, alterum in metu non ponere?

quin etiam hoc ipso tempore multa ὑποσόλοικα. Ponti Neapolitanum a matre tyrannoctoni possideri! legendus mihi saepius est CATO MAIOR ad te missus; amariorem enim me senectus facit. stomachor omnia. sed mihi quidem βεβίωται. uiderint iuuenes. tu mea curabis, ut curas.

4 Haec scripsi seu dictaui apposita secunda mensa apud Vestorium. postridie apud Hirtium cogitabam, et quidem πεντέλοιπον. sic hominem traducere ad optumatis paro.

1 demisissem **M***corr.* (*ex* denni-) **I** statum **M**^{1} Balbus uenit **OIA**^{2}**c** dei **ΔEPR** dii **IA**^{2}**c***Rom.* 2 uirum **M***corr.***bmsIA**^{2}**c***Rom.* utrum **M**^{1}**dPR** utri **E** rectus **sP** 3 circumire **MPIA**^{2}**c** circum ire **ER** circuire **bdms***Rom.* 4 esse *om.* **IA**^{2}**c** 5 ut arma *Lambinus, Madu. Adu. crit.* II *p.* 240: utram **M**^{1}**bdmERI** utrum **P A**^{2}**c** ut iam **M**^{4} una **s** duumuiri **M***corr.***IA**^{2}**c** duunuiri **m** dum iuri **M**^{1} diuini uiri **bsEPR***Rom.* *om.* (*spat.*) **d** 7 eius omnis **IA**^{2}**c** 12 *Trag. Rom. fragm. p.* 307 *Ribb.*^{3} 13 *adscr.* subbarbara **M***corr.*, sub barbaro **ds** pontem **A**^{2}**c** 14 tyrannoctoni **sA**^{2}**c***Rom.* tyranno ctonei **m** tiranno CTONЄI **MEPR** (*sed* ty- **ER**, -MЄI **PR**) tyranno **bdI** (*sequ. spat.* **dI**) 17 BЄIωTAI **M**^{1} *adscr.* exacta est aetas **M***corr.***ds** tum ea **M**^{1}**PR** 18 seconda **Mm** 19 et quidem **Δ***Rom* equidem **EPIA**^{2}**c** quidem **R** 20 ΠЄΝΤЄΛΟΙΠΟΝ **M**^{1}**PR** πεντέλοιπον **C** πέντε λοιπὸν **M**^{2}**bdms** Gr. **E** πᾶν τελικόν **A**^{2}**c***Rom.* *Crat. ind. Gr.* sed reclamante codice ueteri, in quo πεντέλοιπον legebatur *adscr.* quinque reliquum **M***corr.***ds** *cfr* XV 2, 4 optumatis **MmR** optimates **bdsEA**^{2}**c** optumates *Rom.* optimatis **PI**

λῆρος πολύς. nemo est istorum, qui otium non timeat. qua re talaria uideamus; quiduis enim potius quam castra.

Atticae salutem plurimam uelim dicas. exspecto Octaui contionem et si quid aliud, maxime autem, ecquid Dolabella tinniat an in meo nomine tabulas nouas fecerit.

XXII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Certior a Pilia factus mitti ad te Idibus tabellarios, 1
statim hoc nescio quid exaraui. primum igitur scire te uolui me hinc Arpinum XVI Kal. Iun.; eo igitur mittes, si quid erit posthac. quamquam ipse iam iamque adero. cupio enim ante, quam Romam uenio, odorari diligentius, quid futurum sit. quamquam uereor ne nihil coniectura aberrem. minime enim obscurum est, quid isti moliantur; meus uero discipulus, qui hodie apud me cenat, ualde amat illum, quem Brutus noster sauciauit. et, si quaeris — perspexi enim plane — timent otium; ὑπόθεσιν autem hanc habent eamque prae se ferunt, clarissimum ⟨uirum⟩ interfectum, totam rem p. illius interitu perturbatam; inrita fore, quae ille egisset, simul ac desist⟨er⟩emus timere;

1 λῆρος πολύς c ΔΕΡΟCΠΟΛΟΑC **MmPR** (ΛΕ- **P**, ΑΕ- **R**) Gr. **E** *om.* **bdsA**^{2}*Rom.*, *Crat. ind. Gr.* (*spat.* **dA**^{2}*Rom.*) 2 uideamus **ΔEPR Z**^{1}**I***Rom.* induamus **A**^{2}**c** 3 Atticae . . . fore *p.* 104, 19 *om.* **E** 4 ecquid **A**^{2}**c***Rom.* et quid **ΔPRI** 5 tinniat an in **A**^{2}**c** tinniatam in **ΔRI***Rom.* (*spat.*) in **P** Vale *add.* **A**^{2}**c**

EP. XXII. *Noua ep.* **bmsA**^{2}**c***Rom.* (*salutem om.* **bm**) *superiori adnectunt* **MdPRI** *deest* **E** 8 certior a pilia **M**^{2}**bdmsIA**^{2}**c***Rom.* certiora pilie **M**^{1}**PR** 10 XV **bm***Rom.* 12 orari **M**^{1} 13 quamquam minime uereor *Rom.* ne nihil **ΔPRIA**^{2} ne a **c** ne non nihil *Rom.* ne nihil a *Wesenb., alii, sed cfr Bootius ad l.* 16 et si queris *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2} 17 timent **M**^{1}**P** timens **R** timet **M***corr.***bdmsI A**^{2}**c***Rom.* *adscr.* fundamentum **M***corr.***ds** 18 clarissimum uirum **b**, *Orellius* (*coll.* XV 20, 2): clarissimum **MdmsPRIA**^{2}**c** uirum clarissimum *Rom.* 20 desisteremus **bm**^{1}**s**, *Faërnus:* desistemus **Mdm**^{2}**PRIA**^{2}**c***Rom* *cfr* XII, 18, 3, *ad* X 13, 1

clementiam illi malo fuisse; qua si usus non esset, nihil
2 ei tale accidere potuisse. mihi autem uenit in mentem, si Pompeius cum exercitu firmo ueniat, quod est εὔλογον, certe fore bellum. haec me species cogitatioque perturbat. neque enim iam, quod ⟨t⟩ibi tum licuit, nobis nunc licebit. nam aperte laetati sumus. deinde habent in ore nos ingratos. nullo modo licebit, quod tum et tibi licuit et multis. φαινοπροσωπητέον ergo et ἰτέον in castra? milies mori melius, huic praesertim aetati. itaque me Idus Martiae non tam consolantur quam antea; magnum enim mendum continent. etsi illi iuuenes

ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦνται ψόγον.

sed si tu melius quidpiam speras, quod et plura audis et interes consiliis, scribas ad me uelim simulque cogites, quid agendum nobis sit super legatione uotiua. equidem in his locis moneor a multis, ne in senatu Kal.; dicuntur enim occulte milites ad eam diem comparari, et quidem in istos, qui mihi uidentur ubiuis tutius quam in senatu fore.

1 qua si] quasi **M^{1}bRI** esset] fuisset **sIA^{2}c** 2 potuisse **M^{1}Rc** potuisset **M***corr.***bdmsPIA^2***Rom.* 3 ЄΥΛCOTON **M^{1}R** ЄΥΛΟΤων **P** *adscr.* rationabile **M***corr.***ds** 4 contagioque **A^{2}c**, *corr.* **C** 5 neque enim iam *Victorius:* ne gemam **ΔPRIA^{2}c***Rom.* nec enim iam *Buech. Mus. Rh.* XI (*a.* 1857) *p.* 516 (= *Kl. Schr.* I *p.* 59) tibi **IA^{2}c** ibi **ΔPR** illi *Rom.* liquit **M^{1}R** 6 nam . . . licebit *u.* 7 *om.* **d** deinde] demum **PR** 7 licebit modo **IA^{2}c** 8 ΦΑΙΝΟΠΡΟωΡΗΤЄΟΝ **M^{1}P** ΦΑΙΝΟΠΡωΝΗΤЄΟΝ **R** ЄΙΤЄΟΝ **M^{1}R** ΘΗΤЄΟΝ **P** *adscr.* ostendenda est facies *et* eundum est **M***corr.***ds** milies **bdms PRI***Rom.* miliens **M^1** millies **A^{2}c** 11 etsi illi **A^{2}c** et si illi **ΔPRI***Rom.* (*sed* et Sulli **M^1**) 12 ἄλλοις ἐν **A^{2}c** ΛΛΛΟΙCЄΝ **M^{1}PR** ἀλλ' οἷς **M^{2}bdm** ἀλλὰ ὅίς **s** οισιν *Rom.* *adscr.* sed quibus in probis (impr- s) hunc propellunt strepitum **M***corr.***ds** *cfr Trag. Gr. fragm. p.* 860 *Nauck^2* 14 in te res **M^1** in tres **R** uinceres **P** 15 uotiua. equidem *uulg.*: .uotiue quidem **ΔPRI** (-uæ **I**) uotiua(-ue) quod **A^{2}c** *Rom.* 16 Kal.] cal. absim **I** Calendis adsim **A^{2}c** 17 oculte a milites **M** comparari *Corradus:* comparati **ΔPRIA^{2}c***Rom.* 18 quam *om.* **R** Vale *add.* **IA^{2}c***Rom.*

LIBER QVINTVS DECIMVS

I

CICERO ATTICO SAL.

O factum male de Alexione! incredibile est, quanta me molestia adfecerit, nec me hercule ex ea parte maxime, quod plerique mecum: ad quem igitur te medicum conferes? quid mihi iam medico? aut si opus est, tanta inopia est? amorem erga me, humanitatem suauitatemque I

Marcij tulij ciceronis epistularum ad Atticum liber · XIIIJ · explicit. incipit liber · XV · **M** · M · TVLL · CICERONIS : EPISTOLARVM · AD ATTICVM · LIBER · XV · INCIPIT **b** M T CICERONIS EPISTOLARVM AD ATHICVM LIBER QVINDECIMVS · INCIPIT · LEGE FELICITER **d** M · TVLLII. CICERONIS. EPISTOLARVM. AD. ATTICVM. LIBER. XIIII. EXPLICIT. INCIPIT. LIBER. XV. **m** M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER. XV. INCIPIT FELICITER **s** MT · CI AD AT · EPISTOLARVM LIBER XIIII EXPLICIT INCIPIT QVINTVSDEC' **P** Marci Tulij Ciceronis epl'arum ad atticum liber xiiij. explicit. Incipit liber ·xv· **R** MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER XV **A**^{2}**c** (*sed* M. T. **A**^{2}) M. Tul. Ciceronis epistolarum ad T. Pomponium atticum liber. XV. *Rom. inscr. om.* **EI**

Epistulae libri XV *uno tenore scriptae sunt in* **ΔPR**, *nisi quod spatia relicta sunt in* **bms** *ante epistulas* 2 *et* 3, *in* **s** *etiam ante ep.* 27, *in* **s** *addita salutandi formula. In* **I** *spatium est ante ep.* 2, *in Rom. tres epistulae sunt,* 1, 2, 3, *ceterae ep. uno tenore coniunctae. De* **E** *u. ad lib.* XII. *Quattuor epistulae* (1, 2, 3-10, 11-29) *sunt in* **A**^{2}, *sex* (1, 2, 3-10, 11, 12, 13-29) *in* **c**; *Manutius* 29 *epistulas discreuit, quem editores secuti sunt, nisi quod epistulas* 1, 4, 16 *diuiserunt.*

EP. I. *Accedit* **E**, *cfr ad p.* 103,3 5 me hercule **MbmEPR** mehercule **dsIA**^{2}**c***Rom.* 6 te *ante* conferes **A**^{2}**c** *om.* **I** 7 medico *scil.* opus est, *quod abesse potest* (*cfr* XII 21, 5: *or. in Verr.* V 18, 45) *et e sententia condicionali facile retribuitur, cfr Leo De fig. serm.* I *p.* 33.

desidero. etiam illud: quid est, quod non pertimescendum sit, cum hominem temperantem, summum medicum tantus improuiso morbus oppresserit? sed ad haec omnia una consolatio est, quod ea condicione nati sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus.

2 De Antonio iam antea tibi scripsi non esse eum a me conuentum. uenit enim Misenum, cum ego essem in Pompeiano. inde ante profectus est, quam ego eum uenisse cognoui. sed casu, cum legerem tuas litteras, Hirtius erat apud me in Puteolano. ei legi et egi. primum, quod attinet, nihil mihi concedebat; deinde ad summam arbitrum me statuebat non modo huius rei sed totius consulatus sui. cum Antonio autem sic agemus, ut perspiciat, si in eo negotio nobis satis fecerit, totum me futurum suum. Dolabellam spero domi esse.

3 Redeamus ad nostros; de quibus tu bonam spem te significas habere propter edictorum humanitatem. ego autem perspexi, cum a me XVII Kal. de Puteolano Neapolim Pansae conueniendi causa proficisceretur Hirtius, omnem eius sensum. seduxi enim et ad pacem sum cohortatus. non poterat scilicet negare se uelle pacem, sed non minus se nostrorum arma timere quam Antoni, et tamen utrosque non sine causa praesidium habere, se autem utraque arma metuere. quid quaeris? οὐδὲν ὑγιές.

2 summum medicum *om.* **M**, *add.* **M**^{2} 6 a *om.* **M**^{1}**PR** 8 pompeiano **M***corr.*s**PIA**^{2}c pompeianum **M**^{1}**bdmER***Rom.* inde *om.* **IA**^{2} 9 epistolas *Rom.* 10 in puteolano ei **M***corr.***IA**^{2}c in puteolano **P** in puteolanum ei **bdmsER***Rom.* in puteolanum mei **M**^{1} *distinxi cum Tyrr.-Purs., cfr ad l. alii aliter, cfr Bootius ad l., Kurfessius 'Berl. phil. Woch.'* XXXIX (*a.* 1919) *p.* 407 11 concedebat **M**^{4}l'**bdmsPIA**^{2}c*Rom.* concedebas **M**^{1}**ER** summam **A**^{2}c*Rom.* summum **ΔEPRIC** *cfr* XIV 1, 1 14 si in eo negotio **ΔEPR***Rom.* in eo negotio si **IA**^{2} si in eo negotio si **c** 16 Redeam ut ad **M**^{1} tu bonam spem te] bonam spem tute *Rom.* 18 ad **bm**^{2}**R***Rom.* 19 proficesceretur **M**^{1} 20 seduxi **M**^{2}c^S sed uix **ΔEPRZ**$^\beta$**IA**^{2} *Rom.* uix **c** enim] eum *Rom.* 24 metuere **MbdsEPRC***Rom.* timere **IA**^{2}c timere metuere **m** ὑγιές] ΥΤΙЄΟ **M**^{1}**PR** Gr. *pro uerbis Graecis* **E** *adscr.* nil sincerum **M***corr.***ds**

De Q. f. tibi adsentior; patri quidem certe gratissimae bellae tuae litterae fuerunt. Caerelliae uero facile satis feci, nec ualde laborare mihi uisa est, et, si illa, ego certe non laborarem. istam uero, quam tibi molestam scribis esse, auditam a te esse omnino demiror. nam quod eam conlaudaui apud amicos audientibus tribus filiis eius et filia tua † TOECTOYOY quid est hoc? 4

Quid est aútem, cur ego pérsonatus ámbulem?
Parumne foeda persona est ipsius senectutis?

Quod Brutus rogat, ut ante Kal., ad me quoque scripsit, et fortasse faciam. sed plane, quid uelit, nescio. quid enim illi adferre consilii possum, cum ipse egeam consilio et cum ille suae inmortalitati melius quam nostro otio consuluerit? de regina rumor exstinguetur. de Flamma obsecro te, si quid potes. 5

I a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Here dederam ad te litteras exiens e Puteolano deuerteramque in Cumanum. ibi bene ualentem uideram 1

1 De . . . senectutis *u.* 9 *om.* **E** f.] fr. **P** fratre **A²c** *cfr ad* X 6, 2 patri **M***corr.***sA²c***Rom.* patre **M¹dmPR** parte **I** certe *om.* **IA²** gratissimae **bmA²c** gratissime **s***Rom.* gratissima **MdPRI** 2 bellae *Baiterus*: et bellae **bIA²c***Rom.* et belle **ms** et belli **M¹dPR** et bella (?) **M***corr.* tue *ex* tua (*ut uid.*) **M** cerellie **R** cereli(a)e *rell., sed* -lee *Rom.* *cfr ad* XIII 21 a, 2 facili **PR** 7 tua filia *Rom.* filia *alii* TOECTOYOY **MmPRc** (*ex* TEC- **m**) τὸ ἐκτοῦ οὐ **Z**$^{l\beta}$ *om.* **b** (*et spat. rel.*) **dsA²***Rom.*; *Crat. ind. Gr.* quid hoc est **IA²** *om. Lamb., alii* *cfr* *Wesenb. Em. p.* 118 8 *uersum agnouit Palmerus Hermath.* (*a.* 1883) *p.* 446 10 Quod rogat (*sic*)] *accedit* **E** 12 illa **M¹** ille *Rom.*
14 extinguitur *Wesenb. Em. alt p.* 136, *alii* de . . . postridie *p.* 108, 4 *om.* **E** Flamma **RC** flama **M**(?)**dsPI** flauia **bmA²c***Rom.*

EP. I a. *Nouae ep. initium hinc statuit cum codd. Iunii Schuetzius; continuant* **ΔPRIA²c***Rom.* 18 Here . . . postridie *p.* 108, 4 *om.* **E** here **M⁴**(?)**PR** *codd. Mal.* **C** hercle **ΔIA²c***Rom.* diuerteramque **A²c**
19 ibi **M***corr.***bmsA²c***Rom.* tibi **M¹dPRI** bene **A²c** pene **ΔPRI***Rom.*

Piliam. quin etiam paulo ⟨post⟩ Cumis eam uidi; uenerat enim in funus, cui funeri ego quoque operam dedi. Cn. Lucullus, familiaris noster, matrem effer⟨eb⟩at. mansi igitur eo die in Sinuessano, atque inde mane postridie Arpinum proficiscens hanc epistulam exaraui.

2 Erat autem nihil noui, quod aut scriberem aut ex te quaererem, nisi forte hoc ad rem putas pertinere. Brutus noster misit ad me orationem suam habitam in contione Capitolina petiuitque a me, ut eam ne ambitiose corrigerem, antequam ederet. est autem oratio scripta elegantissime sententiis, uerbis, ut nihil possit ultra. ego tamen, si illam causam habuissem, scripsissem ardentius. ὑπόθεσις uides quae sit ⟨et⟩ persona dicentis. itaque eam corrigere non potui. quo enim in genere Brutus noster esse uult et quod iudicium habet de optimo genere dicendi, id ita consecutus est in ea oratione, ut elegantius esse nihil possit. sed ego secutus aliud sum, siue hoc recte siue non recte. tu tamen uelim orationem legas, nisi forte iam legisti, certioremque me facias, quid iudices ipse. quamquam uereor,

1 post *add. Lambinus*: *om.* **ΔPRZ^{b}IA^{2}c***Rom.* Cumis **Z^b** clam iis **ΔIA^{2}c***Rom.* damus **PR** 3 efferebat **M***corr.***A^{2}c***Rom.* efferat **ΔPRI** 4 Siuessano **MdR** Suessano **I** misseno **P** Arpinum] *accedit* **E** 6 certe *ante* ex te *add.* **A^{2}c***Rom.* 7 rem] te **A^{2}c** 8 noster **M***corr.***s^2** non **ΔEPRZ^r** uero *Rom.* *om.* **IA^{2}c** 10 antequam] autque **M^1**, *corr.***M^{2}c^s** 11 sententia **s** sententiis & **IA^{2}c** ut *in fine paginae om.* **M^1** ego tamen] cogitamen **M^1**, *corr.***M^2** 12 ὑπέρθεσις **Z^r** ὑπόθεσιν. **A^{2}c** *om. Crat. ind. Gr.* *adscr.* materiam **M***corr.*, -ria **ds** 13 et *add. Orellius*: *om. codd. et uett. edd.* itaque eam **M***corr.* itaque iam **ΔEIA^{2}c***Rom.* iam enim **P** itaque iam enim **R** 14 non] eam non **A^{2}c***Rom.* 15 id ita **M***corr.***Z^{r}c** et ita **M***corr.***dmEPRI** edita **M^1** (*super* ed *adscr.* et, *in marg.* id) ita **sA^2***Rom.* consecutus est **ΔEPRIA^{2}c***Rom.* (est *in* **M** *del. sed restitutum*) 16 in ea **bmsEPR** *codd. Mal. Rom.* sine ea **MdI** ea **A^2** *om.* **c** ut] est ut **M^{1}PR** (est *induxit* **M***corr.*) nihil esse **IA^{2}c** 17 secutus *Pius*: solus **ΔEPRI A^{2}c***Rom.* alius **A^{2}c***Rom.* *prius* siue **M^4** spe **M^{1}dmEPRI** s(a)epe **bsA^{2}c***Rom.* 18 orationem **M***corr.***dsEPRIA^{2}c** eam orationem **bm***Rom.* tum orationem **M^{2}c^s** (*sed* tum *post deletum*) tu morationem **M^1** iam] eam **M^{1}Z^r** *om.* **P**

ne cognomine tuo lapsus hyperatticus sis in iudicando. sed si recordabere Δημοσθένους fulmina, tum intelleges posse et ἀττικώτατα grauissime dici. sed haec coram. nunc nec sine epistula nec cum inani epistula uolui ad te Metrodorum uenire.

II

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

xv Kal. e Sinuessano proficiscens, cum dedissem ad 1
te litteras deuertissemque † acutius, in Vescino accepi a tabellario tuas litteras; in quibus nimis multa de Buthroto. non enim tibi ea res maiori curae aut est aut erit quam mihi. sic enim decet te mea curare, tua me. quam ob rem id quidem sic susceptum est mihi, ut nihil sim habiturus antiquius.

L. Antonium contionatum esse cognoui tuis litteris 2
et aliis sordide; sed id quale fuerit nescio. nihil enim scripsisti. de Menedemo probe. Q. certe ea dictitat, quae

2 Vettienum *Orellius*: Vettenum (-ecte-) **ΔPRZ**[r] **IA**[2]**c***Rom.* (*sed* -enu **R**, -eno **P**) *cfr p.* 130, 7 Faberium **A**[2]**c** fauerium **ΔPRI***Rom.* (-io **P**) faueo **R** fa (*spat.*) **P** clodium **bmsA**[2]**c***Rom.* Cloelium **MdRZ**[r] Choelium **I** 3 sed quod **MdPZ**[r] sed **R** si quid **bms***Rom.* sceleste quidem **IA**[2]**c** *cfr Lehm. De Cic:is ad Att. epp. p.* 199 5 ita ne **ΔPRIA**[2]**c***Rom.* ne **Z**[r] Gallo Caninio *Corradus*: gallo animo **ΔPRI A**[2]**c***Rom.* (*sed* animo *om.* **ds**[2]) *sic aut* Gallo Annio *libri Malaspinae* · C. Annio (*i. e.* Cimbro) *Huschkius* (*u. adn. Orelli in ed. priore*), *alii* Gallo? o (*sequ.* hominem) *Manutius, quo auctore* o *ante* hominem *add. recc. edd.*, *om.* **ΔPRIA**[2]**c***Rom.*, *Flickingerus* 'Am. *Journ. of Phil.*' XXXIV (*a.* 1913) *p.* 284 6 sicut, sed **IA**[2] 9 propriorique **M**[1] 11 Amiano **IA**[2]**c** 13 selicia **ΔPRc***Rom.* (sil- **P**) Seliciam **IA**[2] Seruilia *Corradus*, *Gurlittus Progr.* Stegl. *a.* 1898 *p.* 13, *alii* 14 *post* pompa *add.* soleret *Wesenb.*, adsueuisset *Lehm. Quaest. Tull. p.* 135 *cfr Muell. ad l.* ad te *Rom.* 17 accersi **bdsP** 18 expectare **M**[1]**PR** 19 reciperatura **Mm** ne quid **ΔPR** *in marg* **A**[2] **C***Rom.* nequit **IA**[2]**c** 20 amentia **A**[2]**c**

XIII a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 (5) Dolabella uir optimus, etsi, cum scribebam secunda mensa adposita, uenisse eum ad Baias audiebam, tamen ad me ex Formiano scripsit — quas litteras, cum e balineo exissem, accepi — sese de attributione omnia summa fecisse. Vettienum accusat — tricatur scilicet, ut monetalis — sed ait totum negotium Sestium nostrum suscepisse, optimum quidem illum uirum nostrique amantissimum· quaero autem, quid tandem Sestius in hac re facere possit, quod non qui⟨ui⟩s nostrum? sed, si quid praeter spem erit, facies ut sciam; sin est, ut arbitror, negotium perditum, scribes tamen, neque ista res commouebit.

2 (6) Nos hic φιλοσοφοῦμεν — quid enim aliud? — et τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnifice explicamus προσφωνοῦμενque Ciceroni; qua de re enim potius pater filio? deinde alia. quid quaeris? exstabit opera peregrinationis huius. Varro-

EP. XIII a. *Nouam ep. hinc incipere Graetero auctore statuit Rueteus 'Die Correspondenz Cic:s' (Diss. Marb. a.* 1883) *p.* 34; *continuant priores deest* **E** 3 etsi **bsA^{2}c***Rom.* sed si **MdmPR** sed sic **I** cum] quum hæc (*sic*) **c** 5 e] a **P** *om.* **bm***Rom.* balineo **MR** balneo **bdmsPIA^{2}c***Rom.* 6 accepi sese de attributione **M***corr.* (accipi) **bms A^{2}c***Rom.* accepisse sedeat tributio ne **M^{1}dPR** (*sed* acci- **M**, Tri- **M^1**, accepi **P**) accepisse se dicebat a Trebatio nec **I** 7 fecisse] ui **I** Vettienum *Orellius*: Vettinum (-ecti-) **ΔPRI** Vettenum **Z^t** Vectenum **A^{2}c***Rom.* *cfr p.* 129, 2 tricatur **sA^{2}c** trigatur **Mbdm***Rom.* et rigatur **PR** fugatur **I** monetalis *Schuetzius* (*coll.* X 11, 5): homo talis **ΔPRIA^{2}c***Rom.* 9 *de colloc.* quidem illum *u. Muell. ad or. pro Caelio* 2, 4; *Madu. de fin.* IV 16, 43 11 quiuis *Malaspina*: quis **ΔPRIA^{2}c***Rom.* 13 scribes **IA^{2}c** scribis **Md** scribas **bmsPR***Rom.* 14 φιλοσοφονμεν (*sic*) *Rom.* philosophimena **Mdms** φιλοσοφούμενα **b** ph'm ena **R** populum (*spat.*) **P** φιλοσοφούμεθα **A^{2}c** *om. Crat. ind. Gr.* τὰ *om.* **bds***Rom.* ΚΑΘΟΝΤΟC **M^{1}PR** *adscr.* de officio *et* alloquimur **M***corr.***ds** 15 ΠΡΟCΦωΝΟΥΜΝ **M^{1}R** ΠΡΟCΤΟΗΟΥΜΗ **P** 16 Ciceroni] Ciceroni mandamus **R** omnia ciceroni manda (*spat.*) **P**

nem hodie aut cras uenturum putabant; ego autem in Pompeianum properabam, non quo hoc loco quicquam pulchrius, sed interpellatores illic minus molesti. sed perscribe, quaeso, quae causa sit Myrtilo — poenas quidem illum pependisse audiui — et satisne pate⟨a⟩t, unde corruptus.

Haec cum scriberem, tantum quod existimabam ad te 3 (7)
orationem esse perlatam. hui, quam timeo, quid existimes! etsi quid ad me, quae non sit foras proditura nisi re p. recuperata? de quo quid sperem, non audeo scribere.

XIV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

VI Kal. accepi a Dolabella litteras, quarum exemplum 1
tibi misi. in quibus erat omnia se fecisse, quae tu uelles. statim ei rescripsi et multis uerbis gratias egi. sed tamen, ne miraretur, cur idem iterum facerem, hoc causae sumpsi, quod ex te ipso coram antea nihil potuissem cognoscere. sed quid multa? litteras hoc exemplo dedi.

CICERO DOLABELLAE COS. SVO.

Antea cum litteris Attici nostri de tua summa libera- 2
litate summoque erga se beneficio certior factus essem, cumque tu ipse etiam ad me scripsisses te fecisse ea,

3 pulcrius **M^{1}R** 4 Myrtilo **M^{2}mA^{2}c** mirtilo **bds** Mirtylo **M^1** in Myrtilo **F** in tirtilo **PR** Myrtillo **I** Myrtilio *Rom.* 5 pateat *Ernestius*: patet **ΔPRIA^{2}c** correptus **FPR** sit *add.* **PR** 8 perlatam. Hui **C** Perhui **O^1** perhiu **R** per (*spat.*) **P** praebui **ΔI***Rom.* 9 quid ad me] *cfr* XII 17, *Muell. ad h. l.* quae] quod **IA^{2}c** proditum **IA^{2}c**

EP. XIV. 13 Sexto **PI** VI . . . dedi *u.* 18 *om.* **E** 14 ueles **M^{1}P** uellis **R** 15 statimque **IA^{2}c** 19 CICERO] *accedit* **E** M. T. *ante* CIC. *add.* **A^{2}c**, M. Tul. *Rom.*, P. *ante* DOL. **A^2***Rom.* CICERO . . . SVO *om.* **I**, SVO *om.* **RA^{2}c** s. *add.* **bA^{2}c**. salutem **sR**, S. p. d. *Rom.* 20 litteris **bmsPR***Rom.* lit(t)eras **MdEI** per literas **A^{2}c** 22 ipse *om.* **sE**

quae nos uoluissemus, egi tibi gratias per litteras iis uerbis, ut intellegeres nihil te mihi gratius facere potuisse. postea uero quam ipse Atticus ad me uenit in Tusculanum huius unius rei causa, tibi ut apud me gratias ageret, cuius eximiam quandam et admirabilem in causa Buthrotia uoluntatem et singularem erga me amorem perspexisset, teneri non potui, quin tibi apertius illud idem his litteris declararem. ex omnibus enim, mi Dolabella, studiis in me et officiis, quae summa sunt, hoc scito mihi et amplissimum uideri et gratissimum esse, quod perfeceris ut Atticus intellegeret, quantum ego te, quantum tu me
3 amares. quod reliquum est, Buthrotiam et causam et ciuitatem, quamquam a te constituta est — beneficia autem nostra tueri solemus —, tamen uelim receptam in fidem tuam a meque etiam atque etiam tibi commendatam auctoritate et auxilio tua tectam uelis esse. satis erit in perpetuum Buthrotiis praesidii magnaque cura et sollicitudine Atticum et me liberaris, si hoc honoris mei causa susceperis, ut eos semper a te defensos uelis. quod ut facias, te uehementer etiam atque etiam rogo.

4 His litteris scriptis me ad συντάξεις dedi; quae qui-

1 iis **bm***Rom.* his *rell.* 5 cuius **bmEPR***Rom.* ut tum **M**^{1} *superscr.* a (= tuam), *infra* (*ima pag.*) *scr.* l'cuius **M***corr.*, *sed incertum, utrum* cuius *an* ut cuius (*sic* **ds**) *uoluerit* ut tuam **I** cuius tuam **A**^{2}**c** 6 et *om.* **M**^{1} erga me amorem **M***corr.***dsZ**^{r} erga se amorem **M** *iterum corr.***bmEPRIA**^{2}**c***Rom*, *uulg.* erga ea morem **M**^{1} *cfr u.* 11; *ep.* I 8, 5 7 iis **A**^{2}**c** 11 quamtum *utroque loco* **M**, quam tum *priore* **d** quantum ego te *om.* **I** tu me *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{2} 12 amaris **PR** relicum *uel* relictum **M**^{1} reliqum **R** 15 atque etiam *om.* **M**^{1}**ds** et auctoritate et **bm***Rom.* 16 tua **M**^{1}**mER** tuo **M***corr.***bdsPIA**^{2}**c***Rom.*, *uulg.* tectam **M**^{1}**P** tecta **bmER** tutam **M***corr.***sIA**^{2}**c** tuta **d***Rom.* esse uelis **dsIA**^{2}**c** 17 Buthrotiis *Rom.* buthrotis *rell.* (*sed* -tr- **M**, bru- **PI**) consilii **bm***Rom.* 18 me *om.* **M**^{1} oneris **bdsA**^{2}**c** 19 deffensos **M**^{1}**R** 21 His . . . impedire *p.* 134, 11 *om.* **E** *adscr.* compositiones **M***corr.***ds**

dem uereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandae sint. ita sum μετέωρος et magnis cogitationibus impeditus.

XV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

L. Antonio male sit, si quidem Buthrotiis molestus 1
est! ego testimonium composui, quod, cum uoles, obsignabitur. nummos Arpinat⟨i⟩um, si L. Fadius aedilis petet, uel omnis reddito. ego ad te alia epistula scripsi ⟨de⟩ HS $\overline{cx}$, quae Statio curarentur. si ergo petet Fadius, ei uolo reddi, praeter Fadium nemini. apud me item puto depositum . id scripsi ad Erotem ut redderet.

Reginam odi. id me iure facere s⟨c⟩it sponsor pro- 2
missorum eius Ammonius, quae quidem [promissorum eius] erant φιλόλογα et dignitatis meae, ut uel in contione dicere auderem. Saran autem, praeterquam quod nefarium hominem, cognoui praeterea in me contumacem. semel eum omnino domi meae uidi. cum φιλοφρόνως ex eo quaererem,

1 miniata **ΔC** minata **PR** miniatula **A**^{2}**c** minio ac **A**^{2}(*in marg.*) *Rom.* nimia **I** cerula *Politianus*: ceruia **ΔPR** cera **A**^{2}**c***Rom.* *om.* (*spat.*) **I** *cfr* XVI 11, 1 notand(a)e **M***corr.***dsPRA**^{2}**c** notanda **M**^{1}**bmI***Rom.* 2 *adscr.* suspensus l' solicitus **M***corr.***d**, suspensus **s**

EP. XV. L. Antonio . . . impedire *p.* 134, 11 *om.* **E** 7 obsignabitur. Nummos **O**^{1}, *uetus cod. in marg. ed*: *is Lamb.*: obsignaui· Turnum mos **M**^{1}**d** obsignaui. Tu nummos **M***corr.***bmsO**^{2}**I***Rom.* obsignaui nummos **PR** obsignabis. Tu nummos **A**^{2}**c** 8 Arpinatium *Lambinus*: arpinatum **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* 9 omnes **P** a **M**^{1}, *corr.***M**^{2}**c**^{s} alias (*sic* **Z**^{r}) epistolas **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* de *uulg.*: *om.* **ΔPRZ**^{r}**IA**^{2}**c***Rom.* 10 $\overline{cx}$ **Δ** cx **PRIA**^{2}**c***Rom.* ei *om.* **IA**^{2}**c** 11 *in u.* item *notam numeralem latere suspicatur Bootius, post* depositum *excidisse Lamb., alii*

13 odi. id **Z**^{r}, *Orellius* odit **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* facere] *cfr Muell. ad l.* scit **IA**^{2}**c** sit **ΔPR***Rom.* promissorum eius *ante* erant *in* **ΔPRZ**^{r}**IA**^{2}**c***Rom.* *repetita del. Manutius* 15 φιλόλογα] ΦΙΛΟΛΟΓΑ humana **m** *om.* **s** *Crat. ind. Gr.* *adscr.* humana **M***corr.***ds** 16 audirem **M**^{1}**PR** Saran **Md** Saram *rell.* hominem cognoui] hominem audiui **P** cognoui hominem **IA**^{2} *dist. Moserus Symb. crit.* VII *p.* 8 17 eum] enim **bm***Rom.* 18 *adscr.* amice **M***corr.***ds**

quid opus esset, Atticum se dixit quaerere. superbiam autem ipsius reginae, cum esset trans Tiberim in hortis, commemorare sine magno dolore non possum. nihil igitur cum istis; nec tam animum me quam stomachum habere arbitrantur.

3 Profectionem meam, ut uideo, Erotis dispensatio impedit. nam cum ex reliquis, quae Nonis Aprilibus fecit, abundare debeam, cogor mutuari, quodque ex istis fructuosis rebus receptum est, id ego ad illud fanum sepositum putabam. sed haec Tironi mandaui, quem ob eam causam Romam misi; te nolui impeditum impedire.

4 Cicero noster quo modestior est, eo me magis commouet. ad me enim de hac re nihil scripsit, ad quem nimirum potissimum debuit; scripsit hoc autem ad Tironem, sibi post Kal. Apriles — sic enim annuum tempus confici — nihil datum esse. ⟨scio⟩ tibi pro tua natura semper placuisse teque existimasse id etiam ad dignitatem meam pertinere, eum non modo perliberaliter a nobis sed etiam ornate cumulateque tractari. qua re uelim cures — nec tibi essem molestus, si per alium hoc agere possem — ut permutetur Athenas, quod sit in annuum sumptum ei. scilicet Eros numerabit. eius rei causa Tironem misi. curabis igitur et ad me, si quid tibi de eo uidebitur, scribes.

1 superbiam **M^2c^sbdmsIA^2c***Rom.* super uiam **M^1PR** 2 in hortis commemorare] acta eius **I** in hortis acta eius commemorare **A^2c** 4 quam stomachum **M***corr.***bmsIA^2c***Rom.* (-cum **bm**) quamuis homachum **M^1PR** (om- **P**, -cum **R**) quam uis stomachum **d** quam uix stomachum **Z^b** quam iuste stomachum **Z^t** *cfr Muell. ad l.* 6 herotis **Mbm** 8 uel *ante* abundare *add.* **bm** existes **M^1PR**, *corr.***M^2c^s** 9 se positum **Md** 10 quem **M***corr.***bmsPIA^2c***Rom.* quam **M^1dR** 12 Cicero] *accedit* **E** 15 sibi] scribit **M***corr.* (*del.*) apriles **MEPRI** april. *rell.* 16 scio *ante* tibi *add. Baiterus, ante* id *Bootius; alii aliter, cfr Muell. ad l. cfr* VII 18, 3, *ubi* scio *om.* **Δ** 17 existimasset **M** 18 perliberaliter **M***corr.***bdmEPR$Z^t$$A^2$c***Rom.* per aliter **$M^1$** liberaliter **s**, *alii* operaliter **I** 19 orte **M^1**, *corr.***M^2** comulateque **M** nec] ne **M^1I** nec enim **A^2c** 21 sumptum *ex* -tuum **M** sumptum etc Ceteri *p.* 135, 5 *ceteris omissis* **E** ei **bmsA^2c***Rom.* et **Md PRI** 22 numerabit *uulg.*: numerauit **ΔPRIA^2c***Rom.* 23 de eo] deo **M^1**, *corr.***M^2c^s**

XVI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Tandem a[d] Cicerone[m] tabellarius, et me hercule litterae πεπινωμένως scriptae, quod [id] ipsum προκοπὴν aliquam significaret, itemque ceteri praeclara scribunt. Leonides tamen retinet suum illud adhuc; summis uero laudibus Herodes. quid quaeris? uel uerba mihi dari facile patior in hoc meque libenter praebeo credulum. tu uelim, si quid tibi est a Statio scriptum, quod pertineat ad me, certiorem me facias.

XVI a

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Narro tibi, haec loca uenusta sunt, abdita certe et, si quid scribere uelis, ab arbitris libera. sed nescio quo modo οἶκος φίλος. itaque me referunt pedes in Tuscu-

EP. XVI. ¹Tandem . . . itemque *u.* 5 *om.* **E** 3 a **M**^{1}**bms A**^{2}**c***Rom.* ad **M**^{2}**c**^{S}**dPRI** Cicerone **bmsA**^{2}**c***Rom.* Ciceronem **MdPRI** et *Victorius*: sed **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* me hercule **MmPR** mehercule *rell.* 4 litterae *om.* **c** ΠЄΠΙΝωΜЄΛΚΟϹ **M**^{1}**PR** πεπυκνωμένως **A**^{2}**c***Rom.*, *Crat. ind. Gr.* *adscr.* elaborate uel perspicaciter **M***corr.***ds** *cfr* XII 6 a, 2: XIV 7, 2 quod **IA**^{2}**c** quod id **ΔPR***Rom.* id quod *coni. Baiterus* προκοπὴν **C** ΠΡΟΚΑΠΑΝ **MmPR** (-ΗΑΗ **P**, -ΝΑΝ **R**) *om.* (*spat.*) **bs***Rom.* (*sine spat.*) **d**; *Crat. ind. Gr.* 5 significat *Schuetzius, plerique edd., sed cfr Bootius ad l.* ceteri] *accedit* **E** praeclaras **M**^{1}**PR** (-os **P**) 7 Erotes **IA**^{2}**c**, *corr.***C** quidque res **M**^{1} 8 hoc] *accedit* **W**, *cfr ad p.* 110, 15 tu . . . φιλοστόργως XV, 27, 1 *om.* **E** 9 est a statio **bdms***Rom.* es statius **M**^{1}**RW** (es *ex* est **W**) ex Statio **I A**^{2}**c** (-thio **A**^{2}**c**) constantius **P**

EP. XVI a. *Nouam ep. hinc incipere uidit Manutius, continuant superiori codd. et uett. edd.* *deest* **E** 13 Naro **M** uarro **PR** *cfr p.* 60, 22 tibi | tibi **M**^{1} 14 libera sed] liberasse **M**^{1}**dI** 15 οἶκος φίλος **c** ΟΙΚΟϹΟϹΦΙΛΟϹ **MmW** οἶκος σὸς φίλος (?)**O** ΟΙΚΟΟϹΟϹΦΑΟϹ **P** φίλος **bdA**^{2} *om.* **s***Rom.*, *Crat. ind. Gr. cfr* IV 8, 2

lanum. et tamen haec ῥωπογραφία ripulae uide[n]tur habitura[m] celerem satietatem. equidem etiam pluuias metuo, si Pro⟨g⟩nostica nostra uera sunt; ranae enim ῥητορεύουσιν. tu quaeso, fac sciam, ubi Brutum nostrum et quo die uidere possim.

XVII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Duas accepi postridie Idus, alteram eo die datam, alteram Idibus. prius igitur superiori. de Bruto, cum scies. de consulum ficto timore cognoueram. Sicca enim φιλοστόργως ille quidem sed tumultuosius ad me etiam illam suspicionem pertulit. quid tu autem? τὰ μὲν διδόμενα . . .? nullum enim uerbum a † Siregio. non placet. de Plaetorio uicino tuo permoleste tuli quemquam prius audisse quam me. de Syro prudenter. L. Antonium per M. fratrem, ut arbitror, facillime deterrebis. Antroni uetui; sed nondum acceperas litteras, ne[c] cuiquam nisi L. Fadio aedili; aliter

1 τοπογραφία **A**^{2}c*Rom.* *om.* **sI**, *Crat. ind. Gr.* uidetur **mA**^{2} *Rom.* uidentur **MbdsPRW** *desinit* **W** habitura **M***corr.***bmsIA**^{2}c*Rom.* habituram **M**^{1}**dPR** 3 prognostica **IA**^{2}c pronostica **ΔPR***Rom.* *cfr de diu.* I 9, 15 ranae] santrane **R** sau (*spat.*) **P** *adscr.* rhetorice loquuntur **M***corr.***ds** 4 tu **dsPRA**^{2}c tuque **MbmI***Rom.* fac ut sciam **PR** 5 possim **bA**^{2}c*Rom.* possem **MdmsPRI**

EP. XVII. *Deest.* **E** 9 de D. Bruto *O. E. Schmidtius Ann. phil.* CXXIX (*a.* 1884) *p.* 346 sq. 10 ficto timore] *cfr Sternkopfius Herm.* XLVII (*a.* 1912) *p.* 371 Sicca] sic. Ea **MdI** *adscr.* affectuose **M***corr.***ds** 12 pertullit **M**^{1}**R** τὰ μὲν *Victorius*: tamen **MdmPRIA**^{2}c*Rom.* *om.* **bs** *adscr.* data **M***corr.***ds** *cfr* VI 5, 2 13 a siregio (Sir-) non **ΔIA**^{2}c (*sed* asi regio **b**^{1}) a Syregio. Non *Rom.* a si regio nen **Z**^{r} asi regi non **R** (*spat.*) regi non **P** a Sara regio *I. F. Gronouius* plectorio **PIA**^{2}c 14 tulli **MR** 15 M.] M. Antonium **IA**^{2}c 16 ut arbitror *om.* **bs***Rom.* Antroni **MZ**^{b} Antoni **bdmsPRZ**^{r} (-nii **PR**) au(c)toritate **A**^{2}c*Rom.* ante .III. nonas **I** uetui *uulg.*: uel ui **ΔZ**^{b}**A**^{2}c*Rom.* uel .VI. **PR** *om.* **I** sed] ul' **R** septembris **I** 17 ne *Nipperdeius*: nec **ΔPRIA**^{2}c*Rom.* cuiquam dederas nisi **IA**^{2}c ediliariter **M**^{1}**dR** edili (*spat.*) **P**

enim nec caute nec iure fieri potest. quod scribis tibi deesse HS c̄, quae Ciceroni curata sint, uelim ab Erote quaeras, ubi sit merces insularum. Arabioni de Sittio nihil irascor. ego de itinere, nisi explicato Λ, nihil cogito, quod idem tibi uideri puto.

Habes ad superiorem; nunc audi ad alteram. tu uero 2
facis, ut omnia, quod Seruiliae non des, id est Bruto. de regina gaudeo te non laborare, teste⟨m⟩ etiam tibi probari. Erotis rationes et ex Tirone cognoui et uocabo ipsum. gratissimum, quod polliceris Ciceroni nihil defuturum; de quo mirabilia Messalla, qui Lanuuio rediens ab illis uenit ad me, et me hercule ipsius litterae sic et φιλοστόργως et ⟨εὐ⟩πινῶς scriptae, ut eas uel in acroasi audeam legere. quo magis illi indulgendum puto. de Buciliano Sestium puto non moleste ferre. ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum; tu uero, quicquid erit, quod me scire par sit, statim.

2 deesse **bsA**^{2}**c***Rom* desere **MdmZ**^{1z} deserere **PR** de seræ **I** c̄ **bm** c *rell.* 3 sit *om.* **IA**^{2} Sittio **Z**^{z} sictio **PR** sitio (-cio) *rell.* 4 .Λ. **MdmR** .A. **bsIA**^{2}**c***Rom.* α **Z**^{z} At **P** 5 tibi deriputo **M**^{1} 6 ad] a **Md** audi ad] audiat **Md** 7 facis **A**^{2}**c***Rom.* faces **PR** facies **ΔI** des id est **O**^{1}**PR**, *Muell.* (dees, id est *Victorius, alii*) desit est **MdmO**^{2} desit et **bsIA**^{2}**c***Rom.* desit id est **C** 8 testem *Lambinus*: teste **MdmPRI** certe **bsA**^{2}**c***Rom.* 9 Erotis **A**^{2}**c***Rom.* herotis **bds** (-es **d**) arotes **MmPR** (acr- **PR**) Erote **I** uocabo **Z**^{z} uocaui **ΔIA**^{2}**c***Rom., uulg,* uocauit **PR** 11 ab istis **IA**^{2}**c** 12 me hercule **mPR** mehercule **M**^{2}**bdsIA**^{2}**c***Rom.* merrcule **M**^{1} 13 *adscr.* affectuose **M***corr.***ds** εὐπινῶς *Klotzius*: πινως **Z**^{z} πινῶς **M***corr.***bdms** ΠΙΝῶΟC **M**^{1} ΠΙΗωΟ **P** Π.ΙΗ.ωΟ **R** πυκνῶς **A**^{2}**c***Rom.* πεπινωμένως *Corradus, alii om. Crat. ind: Gr. adscr.* eleganter **M***corr.***ds** *cfr p.* 135, 4 eas **M***corr.***bdmsIA**^{2}*Rom.* eos **M**^{1}**PRc** in acroasi *Victorius*: in agro si **MbdmPRI***Rom.* in agro sic **sA**^{2}**c** 14 illi **M***corr.***bdmsIA**^{2}**c***Rom.* ille **M**^{1}**PR** 15 non **Z**^{z} **IA**^{2}**c***Rom.* .Nam **ΔPR**

XVIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 XVII Kal. etsi satis uidebar scripsisse ad te, quid mihi opus esset et quid te facere uellem, si tibi commodum esset, tamen, cum profectus essem et in lacu nauig[il]arem, Tironem statui ad te esse mittendum, ut iis negotiis, quae agerentur, interesset, atque etiam scripsi ad Dolabellam me, si ei uideretur, uelle proficisci, petique ab
2 eo de mulis uecturae. ut in his, — quoniam intellego te distentissimum esse qua de Buthrotiis, qua de Bruto, cuius etiam ludorum suorum curam et[iam] administrationem suspicor ex magna parte ad te pertinere —, ut e⟨r⟩go in eius modi re tribues nobis paulum operae; nec enim multum opus est.

Mihi res ad caedem et eam quidem propinquam [ex]spectare uidetur. uides homines, uides arma. prorsus non mihi uideor esse tutus. ⟨s⟩in tu[um] aliter sentis, uelim ad me scribas. domi enim manere, si recte possum, multo malo.

EP. XVIII. *Deest* **E** 3 Kal. **ΔPRZ**^{lr}*Rom.* Cal. abibo **IA**^{2}**c** 4 esset et *Ernestius*: sit te **MdmRI** sit et **bsc** sit **PA**^{2}*Rom.* uelem **M**^{1}**P** 5 in lacu nauigarem *Beroaldus*: in lacuna uigilarem **ΔPRZ**^{br}**IA**^{2}**c***Rom.* 6 iis **bm***Rom.* is **R** his *rell.* 7 interesse **M**^{1}**PR** 8 proficisci] *accedit* **W** *cfr ad* XV 2, 4 petique **M**^{1}**PRW** petiique **M**^{2}**bdms IA**^{2}**c***Rom., uulg.* 9 mulis **bdmsZ**^{1}**A**^{2}**c***Rom.* mullis **M**^{1}**R** multis **PI** *pro hoc* ab eo de mulis *est* ab eodem uilis *in* **W** uictur(a)e **MdmZ**^{l} *post h. u. est* itineris *in* **ΔIA**^{2}**c***Rom., non in* **OPRZ**^{lr}**W** *e dittographia eorum, quae sequuntur* (etineis), *ortum esse suspicatur Bootius cfr ad* V 20, 1 ut in his *I. Fr. Gronouius*: et in eis **sPRWZ**^{blr} etineis **Md** et meis **bm***Rom.* et uicis **IA**^{2}**c** quoniam *Bosius*: cum **ΔPRWI** *Rom.* tum **A**^{2}**c** 10 distentissimum **WA**^{2}**c***Rom.* discentissimum **PR** distantissimum **ΔI** butrotis **M** betrotis **PRW** (-thr- **P**) buthrotis *rell.* 11 sumptuosorum *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 116 et **P** *Rom., Wesenb. Em. alt. p.* 139, *alii* etiam **ΔRIA**^{2}**c** et iam **W**, *Klotzius* administrationum **W** 12 pertinere] uertere **Z**^{b} ergo **A**^{2}*Rom.* ego **ΔPRWIc** 13 odere **W** *cfr ad* XV 4, 2 15 res accedem **W** 16 spectare **bsA**^{2}**c***Rom.* ex(s)pectare **MdmPRWI** *in priore* uides *desinit* **W** 17 sin *uulg.*: in **M**^{1}**bdmPR** ni **M***corr.***s***Rom.* si **IA**^{2}**c** tu **M***corr.***bsIA**^{2}**c***Rom.* tuum **M**^{1}**dmPR** 18 possim **bds** malim **IA**^{2}**c**, *corr.* **C**

XIX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Quidnam est, quod audendum amplius de Buthrotiis 1
sit? egisse enim te frustra scribis. quid autem se refert Brutus? doleo me hercules te tam esse detentum, quod decem hominibus referendum est acceptum. est illud quidem ἐργῶδες sed ἀνεκτὸν mihique gratissimum. de armis nihil uidi apertius. fugiamus igitur, et, ut ais, coram. Theophanes quid uelit, nescio. scripserat enim ad me. cui rescripsi, ut potui. mihi autem scribit uenire ad me se uelle, ut et de suis rebus et quaedam, quae ad me pertinerent. tuas litteras exspecto. uide, quaeso, ne quid temere fiat.

Statius scripsit ad me locutum secum esse Q. Cicero- 2
nem ualde asseueranter, se haec ferre non posse; certum sibi esse ad Brutum et Cassium transire. hoc enimuero nunc discere aueo, hoc ego quid sit interpretari non possum. potest aliquid irat[i]us Antonio, potest gloriam iam nouam quaerere, potest totum esse σχεδίασμα, et nimirum ita est. sed tamen et ego uereor et pater conturbatus

EP. XIX. *Deest* **E** 3 audendum **MmPR** audiendum **bdsIA**^{2}**c** *Rom.* 4 sit? egisse *Wesenb. Em. alt. p.* 140: stetisse **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* 5 me hercules **Mm** mehercules *Rom.* me hercule **PR** mehercule **bdsIA**^{2}**c** detentum **ΔIA**^{2}**c***Rom.* descentum **R** d (*spat.*)**P** distentum *Lambinus, alii, sed u. Thes. L. L. s. u.* detineo quod] & **I** & quod **A**^{2}**c** 7 ἐργῶδες **d**^{2}**Oc**, *Crat. ind. Gr.* ЄPKωΘΔЄC (*uel sim.*) **MmPR** ἐρκωθόδες **Z**^{r} *om.* **bd**^{1}**A**^{2}*Rom.* sed *om.* **bd**^{1}, *Graeca et* sed *om.* **s** *adscr.* tolerabile **M***corr.***ds** 8 coram] *cfr Tyrr.-Purs. ad l., Heidemannus l. l. p.* 83 9 te Ophanes **Md** 10 cui . : . ad me *om.* **bm***Rom.* rescripsi **sPRA**^{2}**c** rei scripsi **MdI** (*ex* rei rescr- **d**) 11 uellet **M**^{1} et *uulg.*: ei **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.*, 13 timere **M** 14 esse secum **bm***Rom.* .Q. **M**^{2}**bmsA**^{2}**c***Rom.* qu(a)e **M**^{1}**dPRI** 15 possem **M**^{1}**PR** 16 ad] a **M**^{1} *om.* **PR** Cassius **M**^{1}**PR** 17 nunc **A**^{2}**c***Rom.* nec **ΔPRI** me **Z**^{r} aueo **A**^{2}**c***Rom.* habeo **ΔPRZ**^{r} 18 iratus **IA**^{2}**c** iratius **ΔPRZ**^{r} *Rom.* 19 iam **ΔR***Rom.* *om.* **PIA**^{2}**c** CXЄΔIACAM **M**^{1}**PR** *adscr.* fictionem (c^s fictum *superscr.* **M**^{2}) uel molitionem **M***corr.***ds**

est; scit enim, quae ille de hoc, mecum quidem ἄφατα [n]olim. plane, quid uelit, nescio.

A Dolabella mandata habebo, quae mihi uidebuntur, id est nihil. dic mihi, C. Antonius uoluitne fieri septemuir? fuit certe dignus. de Menedemo est, ut scribis. facies omnia mihi nota.

XX

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Egi gratias Vett⟨i⟩eno; nihil enim potuit humanius.
Dolabellae mandata sint quaelibet, mihi aliquid, uel quod
Niciae nuntiem. quis enim haec, ut scribis, † anteno? nunc
dubitare quemquam prudentem, quin meus discessus de-
2 sperationis sit, non legationis? quod ais extrema quaedam
iam homines de re p. loqui et eos quidem uiros bonos, ego,
quo die audiui illum tyrannum in contione clarissimum
uirum appellari, subdiffidere coepi. postea uero quam
tecum Lanuui uidi nostros tantum spei habere ad uiuen-
dum, quantum accepissent ab Antonio, desperaui. itaque,
mi Attice, — fortiter hoc uelim accipias, ut ego scribo —
genus illud interitus, quo † causa cursus est, foedum
duce⟨n⟩s et quasi denuntiatum nobis ab Antonio ex hac

1 ΑΦΤΑ **PR** *adscr.* ineffabilia **M***corr.***ds** 2 olim *Victorius*: nolim **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* 4 septem uiri **M**^{1}**PR**, *corr.***M**^{2}**c**^{s} 5 Menedemo *Victorius*: meo domi **ΔPRZ**^{r}**I** Demea domi **A**^{2}**c***Rom.*

EP. XX. *Deest* **E** 9 Vettieno *Orellius*: Vetteno **mZ**^{r} uecteno **MbdsPRIA**^{2}**c***Rom.* 10 mihi *etiam* **Z**^{lr} *ante et post* mihi aliquid *dist.* **MbIA**^{2}**c***Rom.*, *ante* mihi **dms**, *post* aliquid **P** 11 anteno **ΔZ**^{b}**IA**^{2}**c** *Rom.* ante no **Z**^{r} aut eno **R** ante nos **P**, *Corradus alii aliter, cfr Muell. ad l. an* Antenor (i. e. pacis auctor) *scil.* expediat? 12 dubitarem **Z**^{r} quamquam **MdI** (-nq- **I**) 13 legationis sit non desperationis **bm***Rom.* Quid ais? **M**^{1}(*ut uid.*)**I** 18 itaque **M**^{2}**c**^{s}**dsPRC** itque **M**^{1} idque **bm***Rom.* atque **IA**^{2}**c** 20 quo causa cursus est **Z**^{l} qua caussa cursus est **Z**^{b} quo causurus est **M** quo casurus est **bdmsIA**^{2}**c***Rom.* quod casu rursus est **R** quod casu cesus est **P** quo causae cursus est *Popma* 21 ducens *Bootius*: duces **ΔPRIA**^{2}**c** dices *Rom.*

nassa exire constitui, non ad fugam sed ad spem mortis
melioris. haec omnis culpa Bruti.

Pompeium Carteia receptum scribis. iam igitur contra 3
hunc exercitum. utra ergo castra? media enim tollit Antonius. illa infirma, haec nefaria. properemus igitur. sed iuua me consilio, Brundisione an Puteolis. Brutus quidem subito, sed sapienter. πάσχω τι. quando enim illum? sed humana ferenda. tu ipse eum uidere non potes. di illi mortuo, qui umquam Buthrotum! sed acta missa; uideamus, quae agenda sint.

Rationes Erotis, etsi ipsum nondum uidi, tamen et ex 4
litteris eius et ex eo, quod Tiro cognoui⟨t⟩, propemodum cognitas habeo. uersuram scribis esse faciendam mensum quinque, id est ad Kal. Nou., HS $\overline{cc}$; in eam diem cadere nummos, qui ⟨a⟩ Q. debentur. uelim igitur, quoniam Tiro negat tibi placere me eius rei causa Romam uenire, si ea te res nihil offendet — uideas enim, unde nummi sint —, mihi feras expensum. hoc uideo in praesentia opus esse.

1 naxa **ΔR***Rom.* noxa **I** rixa **P** nassa **A**^{2}**c**, *alii* decreui **ds** 3 Cartheia **Z**^{r} carthela **ΔIA**^{2}c*Rom.* cartella **PR** *de abl. cfr Caes. b. c.* III 103, 3 4 utra **IA**^{2}**c** utar **ΔPR***Rom.* tulit **C** 6 iuua me **bsA**^{2}c*Rom.* tua me **MdmPR** utar tuo **I** Brundusio ne an *Rom.* brundusio (-dis-). nam **ΔPR** ut Brundusio: nam **I** ut Brundusio, an **A**^{2}c 7 πάσχω τι **d**^{2}**A**^{2}c ΠACKωTI (*uel sim.*) **MmPR** *om.* (*spat.*) **bd**^{1}s*Rom.* 8 di(i) illi **bA**^{2}c*Rom.* dulli **Mdms** duelli **I** illi **PR** 9 buthrotum **bsPA**^{2}c*Rom.* putrotum **MdmR** (po- **R**) Puteotum **I** *post h. u. add.* uenit **IA**^{2}c 11 rationes **A**^{2}**c** rationis **ΔPRI***Rom.* *prius* ex *om.* **IA**^{2}c, *post.* ex *om.* **A**^{2} 12 cognouit **bms A**^{2}c *Rom.* cognoui **MdPRI** 13 cognitas *uulg.*: cogitans **ΔPRIA**^{2}c *Rom.* habeo] ab eo **ds** *om.* **b** fitiendam **M** mensum **MdZ**^{r} mensium **bmsPRIA**^{2}c*Rom.* *cfr ep.* VII 17, 1: *de leg.* II 7, 16 14 nouemb(res) **IA**^{2}**c** noū. *Rom.* non. (nōn.) **ΔPR** $\overline{cc}$ **bms** cc *rell.* (*sed* .cc.M *Rom.*) cadere **PRI** ea de re **ΔIA**^{2}c*Rom.* 15 qui a Quinto *Manutius*: qui Quinto **Z**^{r} quinque **ΔPRIA**^{2}c*Rom.* debentur **bmsPR***Rom.* deuentur **Md** donent **IA**^{2}c 17 ea te res *uet. cod. in marg. ed. Lamb.* fateres **MmZ**^{r} faceres *rell.* offendet **ΔmPR** offenderet **b** offenderes **sA**^{2}c*Rom.* offendas **d** offendat **I** uideas enim **bsPZ**^{r} **A**^{2}c*Rom.* uideas. uideas enim **MdmI** uideas **R**, *Manutius uulg.*

reliqua diligentius ex hoc ipso exquiram, in his de mercedibus dotalium praediorum. quae si fideliter Ciceroni curabuntur, quamquam uolo laxius, tamen ei propemodum nihil deerit. equidem uideo mihi quoque opus esse uiaticum. sed ei ex praediis, ut cadet, ita soluetur; mihi autem opus est uniuerso. ⟨e⟩quidem etsi mihi uidetur iste, qui umbras timet, ad caedem [ex]spectare, tamen nisi explicata solutione non sum discessurus. sitne autem explicata necne, tecum cognoscam.

Haec putaui mea manu scribenda itaque feci. de Fadio, ut scribis, utique alii nemini. rescribas uelim hodie.

XXI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Narro tibi, Q. pater exsultat laetitia. scripsit enim filius se idcirco profugere ad Brutum uoluisse, quod, cum sibi negotium daret Antonius, ut eum dictatorem efficeret, praesidium occuparet, id recusasset; recusasse autem se, ne patris animum offenderet; ex eo sibi illum hostem.

1 requiram **IA^{2}c**, *corr.* **C** 3 laxius] *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 4 derit *uet. cod. Lambini, alii* 5 ei *Malaspina*: et **F** id **ΔPRIA^{2}c** *Rom.* pr(a)edis **Mdm** cadet **PRA^{2}c***Rom.* ea det **ΔI** *cfr p.* 141, 14 6 equidem *Wesenb. Em. p.* 77 *n.*: quidem **ΔPRIA^{2}c***Rom.* *post. h. u. dist.* **MmsIA^{2}c***Rom.* 7 spectare **bA^{2}c***Rom.* expectare **MdmsPRI** explicata *ex* -tio **M** 8 explicata *codd. Memmii* excitata **ΔIA^{2}c***Rom.* (-ato **I**) ex acta **PR** exc tata **Z^1** in cod. Turnes. dimidia fere pars huius uocis iacet in lacuna *Lamb.* extricata *Bosius* 10 haec **bsZ^{1}c** hanc **MdmPRIA^2***Rom.* manus **Md** scribenda **ΔPRZ^{1}c** scribendam **IA^2***Rom.* 11 alii nemini **ΔC***Rom.* nemini alii **I** nulli alii **A^{2}c** *in* **PR** *haec sunt*: alium enim nostre scribis rescribas **bsA^{2}c***Rom.* rescribis **Mdm(PR)I**

EP. XXI. *Deest* **E** 14 narro **bsIA^{2}c***Rom.* naro **Mm** uarro **PR** *om.* **d** *cfr ad* XIII 51, 2 tibi .Q. **bms***Rom.* tibi Quintus **A^{2}c** tibi qu(a)e **PRI** tibique **Md** 15 se **bmA^{2}c***Rom.* te **MdsRI** et **P** 16 efficeret **ΔIA^{2}c***Rom.* efficeret et **PR** *cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 27 17 recusasse *om.* **PR** se *om.* **bm***Rom.* 18 si bullum **Mdm** sibullum **I** hostem. tum **sA^{2}c***Rom.* hostentum **Mm** ostentum **bdPRI**

tum me, inquit, collegi, uerens ne quid mihi ille iratus tibi noceret [patri scilicet]. itaque eum placaui; et quidem $\overline{\text{cccc}}$ certa, reliqua in spe. scribit autem Statius illum cum patre habitare uelle — hoc uero mirum — et id gaudet. ecquem tu illo certiorem nebulonem?

'Εποχὴν uestram de re Cani [deliberationis] probo. 2
nihil eram suspicatus de tabulis, ἀκεραίως restitutam arbitrabar. quae differs, ut mecum coram, exspectabo. tabellarios, quoad uoles, tenebis; es enim occupatus. quod ad Xenonem, probe. quod scribo, cum absoluero. Quinto scripsisti, te ad eum litteras. nemo attulerat.

Tiro negat iam tibi placere Brundisium et quidem 3
dicere aliquid de militibus. at ego iam destinaram, Hydruntem quidem. mouebant me tuae quinque horae. hic autem quantus πλοῦς! sed uidebimus. nullas a te XI Kal.; quippe, quid enim iam noui? cum primum igitur poteris, uenies. ego propero, ne ante Sextus, quem aduentare aiunt.

2 noceret. itaque *Manutius*: noceret patri scilicet. itaque **ΔPRZ**^{r} **IA**^{2}**c** *Rom.* (*sed* patris **MdPRI**, sil- **M**) 3 $\overline{\text{cccc}}$ **MbmR** cccc **sdI** cccc.M. **A**^{2}**c***Rom.* *om.* **P** 4 illum **A**^{2}**c***Rom.* illud **ΔPRI** 5 ecquem **Z**^{br} et quem **OPR** quem **ΔIA**^{2}**c***Rom.* *cfr* VIII 12, 4 6 ἐποχὴν **c** ΗΠΟΧΗΝ **Md**^{2}**mPR** *om.* (*spat.*) **bd**^{1}**sA**^{2}*Rom.*; *Crat. ind. Gr.* de re Cani *uulg.*: de recani **Md** derecam **bm** dezecam **s** decretam **PRI** de re causam **A**^{2}**c***Rom.* deliberationis **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* *del. Ernestius* (*e glossemate uocis Graecae ortum*) deliberantium *Moserus Symb.* VII *p.* 14 7 eram **bsP** **A**^{2}**c** iram **MdmRI** ἀκεραίως **c**, *Crat. ind. Gr.* ἀκερίως **Z**^{r} ΑΚЄΡΙωЄ **Md**^{2}**mPR** *om.* (*spat.*) **bd**^{1}**A**^{2}*Rom.* (*sine spat.*) **s** 9 es enim **C** eos enim **Δ** enim eos **IA**^{2}*Rom.* eos **c** enim **PR** occupatus **C** occupatos **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* 10 absoluero *Manutius*: absolueret **b**(?)**d** **PRIA**^{2}**c***Rom.* ad solueret **Mm** absoluerit **s** .Q. **ds** 11 literas misisse, nemo **IA**^{2}**c** 13 ad **M**^{1}, *corr.***M**^{2}**c**^{8} 15 πλοῦς *om.* (*spat.*) **bd** *adscr.* nauigatio **M***corr.***s** *cfr* XVI 4, 4 18 aiunt **bPRA**^{2}**c** *Rom.* audiunt **MdmsI**

XXII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Gratulor nobis Q. filium exisse; molestus non erit. Pansam bene loqui credo. semper enim coniunctum esse cum Hirtio scio; amicissimum Bruto et Cassio puto, si expediet — sed quando illos uidebit? —, inimicum Antonio, quando aut cur? quousque ludemur? ego autem scripsi Sextum aduentare, non quo iam adesset sed quia certe id ageret ab armisque nullus discederet. certe, si pergit, bellum paratum est. hic autem noster Cytherius nisi uictorem neminem uicturum. quid ad haec Pansa? ⟨cum⟩ utro erit, si bellum erit? quod uidetur fore. sed et haec et alia coram, hodie quidem, ut scribis, aut cras.

XXIII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Mirifice torqueor, sine dolore tamen; sed permulta mihi de nostro itinere in utramque partem occurrunt. quousque? inquies. quoad erit integrum; erit autem usque dum ad nauem. Pansa si tibi rescripserit, et meam tibi et illius epistulam mittam. Silium exspectabam, cui hypomnema compositum. si quid noui. ego litteras misi

EP. XXII. *Deest* **E** 3 nobis .Q. **msRA²c***Rom.* nobis quintum **b** nobisque **MdI** 8 Sextum] .VI. **M¹R**, *corr.***M²** Sestium **A²c** 10 Cytherius **bsA²c***Rom.* (Cith- **A²c**) Cycherius **MmR** (-yhe- **R**) Cicherius **I** Cicerius **Zʳ** chicherius **d** tyberius **P** *cfr* X 10, 5 12 cum utro *cum cod.* (?) *Vrs. et Lambino Graeuius*: utro **ΔRIA²c***Rom.* uero **P** utrubi *marg. Lamb., alii cfr Tyrr.-Purs. ad l.*

EP. XXIII. *Deest* **E** 18 inquies quoad erit **sPA²c***Rom.* inquiesco aderit **MdmR** quiesco aderit **I** usque **PRIA²c** iis que **s** his qu(a)e **Mdm**(**b** *n. l.*) hucusque *Rom.* 19 si tibi rescripserit **Zʳ** si tuere scripserit **Md** sic uere scripserit **PRI** sit uero scripserit **m** sic uero scripsit **bs** uero si scripserit **A²c***Rom.* si tuae rescripserit *Did. Vitrioli ap. Boot., alii* 20 ὑπόμνημα **A²c** hyponema (hip-) **ΔI***Rom.* (hipp- **I**) hirpomnema **PR** (-one- **P**) 21 compositum si quid **ΔPRIA²c***Rom.* compositumst. si quid *alii cfr ad* VII 17, 4 *de ellipsi cfr* XIII 49, 1; XIV 12, 3; XV 29, 1 *ex., alia*

ad Brutum, cuius de itinere etiam ex te uelim, si quid scies, cognoscere.

XXIV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Tabellarius, quem ad Brutum miseram, ex itinere rediit vii Kal. ei Seruilia dixit eo die Brutum H . III . S. profectum. sane dolui meas litteras redditas non esse. Silius ad me non uenerat. causam composui; eum libellum tibi misi. te quo die exspectem, uelim scire.

XXV

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

De meo itinere uariae sententiae; multi enim ad me. sed tu incumbe, quaeso, in eam curam. magna res est. an probas, si ad Kal. Ian. cogitamus? meus animus est aequos, ita tamen, ut si nihil offensionis sit. et tu etiam scite, quo die olim piaculum, mysteria scilicet. † ut tu scires, casus consilium nostri itineris iudicabit. dubitemus

EP. XXIV. *Deest* **E** 5 ad Brutum] ad eum **A**^{2}c, *corr.***C** 6 VIII **bA**^{2} VI **IA**^{2} *in marg.* ei **PR** et **ΔIA**^{2}**c***Rom.* H . III . S *scripsi*: Hi-iis **Z**$^{\beta}$ HNIS **Z**^{b} Hnis *codd. Lamb.* hiis **Z**^{r} H. IIII., hoc est, hora quarta. quam lectionem referre quoque uidetur Tornaesianus, *ait Bosius* his **ΔIA**^{2}**c***Rom.* his *aut* iis *codd. Mal.* hijs locis **PR** (his **P**) H . II . S *coni. Bootius* H . I . S (*i. e.* hora prima semis) *Orellius, alii* *cfr* C. I. L. III 30 *sqq.* 7 dolui *ex* -us **M**

EP. XXV. *Deest* **E** 13 in eam] meam **M**^{1}**R** mea (*et* cura) **I** 14 cogitamus *post* est **PR** meus animus] mensa minis **R** mensa (*spat.*) **P** 15 equuos **M** equos **PR** (a)equus *rell.* (-is **I**) ita **FPR***Ant.***Z**^{r} sic **bs** *quidam codd. Mal.* **Z**^{b}(?)*Rom.* si **MdmIA**^{2}**c** ut si **ΔPRZ**^{b} ut **IA**^{2}**c***Rom.*, *alii* sit et tu **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* sit et ue tu **Z**^{r} 16 scite **Z**$^{\beta}$ scire **ΔPRZ**^{r} **IA**^{2}**c***Rom.* olim piaculum **Z**$^{\beta}$ olimpia cum **M**^{1}**PR** olimpiacum **dm** olympia cum **A**^{2}**c***Rom.* olympiacum **M***corr.*(?)**I** olympiatum **bs** ut tu scires **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* 17 iudicabit **bmA**^{2}**c***Rom.* iudicauit **PRI** indicabit **s** indicauit **Md** dubitemus igitur. est enim **Z**^{b} dubitemus igitur enim **M***corr.***bsPR** dubitem his igitur enim **M**^{1}**dmI** dubitemus igitur. Hyberna enim **A**^{2}**c** *Rom.* yberna **M**

10 *Sjögren.*

igitur. est enim hiberna nauigatio odiosa, eoque ex te quaesieram mysteriorum diem. Brutum, ut scribis, uisum iri a me puto. ego hinc uolo pr. Kal.

XXVI

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 De Q. negotio uideo ⟨a⟩ te omnia facta. ille tamen dolet dubitans, utrum morem gerat Leptae an fidem infirmet filio. inaudiui[li] L. Pisonem uelle[m] exire legatum ψευδεγγράφῳ s. c. uelim scire, quid sit. tabellarius ille, quem tibi dixeram me ad Brutum esse missurum, in Ana⟨g⟩ninum ad me uenit ea nocte, quae proxima ante Kal. fuit, litterasque ad me attulit, in quibus unum alienum summa sua prudentia, idem illud, ut spectem ludos suos. rescripsi scilicet primum me iam profectum, ut ⟨non⟩ integrum sit; dein ἀτοπώτατον esse me, qui Romam omnino post haec arma non accesserim neque id tam periculi

1 nauigatio **PRZ**^{b} nauigatio eo **MbdmIA**^{2}**c***Rom.* nauigatio est **s**
3 .P.R.K. **M**

EP. XXVI. *Deest.* **E** 6 De. Q. **bmsPR***Rom.* De Quinti **A**^{2}**c**, *uulg.* de que **M** deque **dI** a **A**^{2}**c***Rom.* *om.* **ΔPRI** 7 an **bsA**^{2}**c***Rom.* in **MdmPRZ**$^{\tau}$**I** 8 Silio **A**^{2}**c***Rom.* inaudiui L. *Bosius*: inaudibili **Z**$^{l\tau}$ in adibili *superscr.* u **Z**$^{\beta}$ mandibili **Z**^{b} inaudibili .L. **PR***Rom.* mandibili .L. **ΔIA**^{2}**c** uelle *Bosius*: uellem **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* (*sed* uelem **M**^{1}**P**) exire **bmsA**^{2}**c***Rom.* exiri **MdPRI**

9 ψευδεγγράρῳ s. c. Velim **C** ΨΕΟΥΑΕΗΤΡΑΦΩ. s. c. uelim **PR** ΨΕΟΥΔΕΝΤΡΑΦΩϹ uelim **M**^{1} ψευδεγγράφως uelim **M***corr.***bdms** ψευδόγραφον (*sic Crat. ind. Gr.*) uelim **A**^{2}**c***Rom.* *adscr.* falso scripta **M***corr.***ds** 10 me **MdmPRZ**$^{\tau}$ a me **bsIA**^{2}**c***Rom.*, *uulg.* esse *om.* **IA**^{2}**c** missurum **Z**$^{\tau}$ missum **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.*, *uulg.* *dist. Bootius, Schicheus l. l. p.* 9 *sq*: Anagninum **sA**^{2}**c***Rom.* Ananinum **MdmR** agnaninum **b** auianum **P** Aninum **I** 12 me **A**^{2}**c***Rom.* te **ΔOPRI**

13 idem] id est **bsA**^{2}**c***Rom.* spectem **M**^{2}**bmsA**^{2}**c***Rom* speciem **dI** spetiem **M**^{1} spēm **PR** 14 silicet **M**^{1}, *corr.***M**^{2}**c**^{s} non *Victorius*: *om.* **ΔPRZ**$^{\tau}$**IA**^{2}**c***Rom.* *cfr ad* XIII 6 a 15 dein *Victorius*: de me **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* deinde *Wesenb., alii* ΑΤΩΠΟΤΑΤΟΝ **M**^{1}**PR** (-ΑΘΩΝ **P**) *adscr.* absurdissimum **M***corr.***ds** esse me *Victorius*: me esse **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.*

16 hac **M**^{1}, *corr.***M**^{2}**c**^{s} tam **M***corr.***bmsIA**^{2}**c** *Rom.* iam **M**^{1}**dPR**

mei causa fecerim quam dignitatis, subito ad ludos uenire.
tali[o] enim tempore ludos facere illi honestum est, cui ne-
cesse est; spectare mihi, ut non est necesse, sic [neminem]
ne honestum quidem est. equidem illos celebrari et esse
quam gratissimos mirabiliter cupio idque ita futurum esse
confido et tecum ago, ut iam ab ipsa commissione ad me,
quem ad modum accipiantur hi ludi, deinde omnia reli-
quorum ludorum in dies singulos persequare. sed de ludis
hactenus.

Reliqua pars epistulae est illa quidem in utramque 2
partem, sed tamen non nullos interdum iacit igniculos
uiriles. quod quale tibi uideretur ut posses interpretari,
misi ad te exemplum epistulae; quamquam mihi tabellarius
noster dixerat tibi quoque se attulisse litteras a Bruto
easque ad te e Tusculano esse delatas.

Ego itinera sic composueram, ut Nonis Quintilibus 3
Puteolis essem; ualde enim festino, ita tamen, ut, quan-
tum homo possit, quam cautissime nauigem. M. Aelium 4
cura liberabis. ⟨is⟩ me paucos pe⟨des⟩ in extremo fundo,

1 uenire. tali *uulg.*: ueniret. alio **MbdmPRI** uenirem. alio **s** uenirem. Tali **A**^{2}**c***Rom.* 4 ne *Manutius*: neminem ne **ΔPRI** uenire ne **A**^{2}**c***Rom.* 4 ne honestum quidem *etiam* **Z**$^\tau$ quidem *om.* **IA**^{2} est. equidem **M***corr.***bmsA**^{2}**c***Rom.* Est eṭ quidem **d** est. Est quidem **M**^{1} est quidem **PRI** celebrari **A**^{2}**c***Rom.* celebrare **ΔPRI** 5 ista **M**^{1}**R**, *corr.***M**^{2}**c**^{s} 6 ago **A**^{2}**c***Rom.* ego **ΔPRI** 7 accipiantur *post* ludi **IA**^{2}**c** hi ludi **ΔPR Z**$^\tau$**I***Rom.* (hii **R***Rom.*) ii ludi **Z**$^\beta$**A**^{2}**c** omnia *etiam* **Z**$^{\beta\tau}$ 8 in **Z**$^\beta$ *om.* **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* persequare **Md PRc** prosequare **bmsIA**^{2}*Rom.* 10 reliqua . . . uiriles *ut supra* **Z**^{b} est **OPR***Ant.***Z**$^\tau$ *om.* **ΔIA**^{2}**c***Rom.* quidem **OPR** *codd. Mal.***Z**$^\tau$**C** namque **ΔIA**^{2}**c***Rom.* 11 partem **Z**$^{b\tau}$**C** *om.* **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* tamen] tam enim **MdI** non **bmsZ**^{b}**A**^{2}**c***Rom.* *om.* **MdPRI** 12 posses **ΔPRZ**$^\tau$ *Rom.* possis **IA**^{2}**c** interpetrari **M** interpretrari **P** 15 ad te e **Z**^{b} ad te **OPRZ**$^\tau$(?)**c** a **ΔIA**^{2}*Rom.* delatas *etiam* **Z**$^\tau$ 17 puteoli **m***Rom.* 19 liberabis. is me *Lambinus*: liberauisme *superscr.* **bZ**$^\tau$ liberauis me **Z**^{l} libera uis me **MdmA**^{2}**c***Rom.* (*ante* uis *dist.* **A**^{2}**c**) liberaui sine **s** liberalius me **PR** (-arius **R**) *n. l.* **b** liberaris: meque **I** paucos pedes *Turnebus*, *Madu. Adu. crit.* III *p.* 192 *n.*: paucos pe **Z**$^\tau$ paucos spe **M**^{1} pauco spe **b**^{1}**m** paucos spem (*sequ.* extremo) **PR** pauca spe **M***corr.* **b**^{2}**dsIA**^{2}**c***Rom.* (-co *an* -ca **M***corr.* *n. l.*) paucos specus **Z**^{l}, *alii*

et eos quidem subterraneos, seruitutis putasse aliquid habituros. id me iamiam nolle neque mihi ⟨a⟩quam esse tanti. sed, ut mihi dicebas, quam lenissime, potius ut cura liberetur, quam ut me suscensere aliquid suspicetur. item de illo Tulliano capite libere cum Cascellio loquere. parua res est, sed tu bene attendisti. nimis callide ageba[n]tur. ego autem, si mihi imposuisset aliquid, quod paene fecit, nisi tua malitia affuisset, animo iniquo tulissem. itaque, utut erit, rem impediri malo. octauam partem tuli luminar⟨i⟩um [m]aedium ad Streniae † memineris cui Caerellia uideris mancupio dare ad eam summam, quae sub praecone fuit maxima. id opinor esse $\overline{\text{CCCLXXX}}$.

5 Noui si quid erit atque etiam si quid prospicies, quod futurum putes, scribas ad me quam saepissime uelim,

1 putasse aliquid *Madu. Adu. crit.* II *p.* 240: apud tale quid **ΔPR** *codd. Mal.***Z**^{t} **IA**^{2}**c***Rom.* *alii alia temptarunt, cfr Muell. et Tyrr.-Purs ad l., Schicheus 'Jahresber. d. phil. Ver.'* XXVII (*a.* 1901) *p.* 244 *locus uixdum sanatus* 2 iam *simplex Gronouius, alii*: *cfr Handius Turs.* III *p.* 156 nole **M**^{1}**P**, *corr.***M**^{2}**c**^{s} aquam *Turnebus*: quam **MdmPRZ**^{t}**I** iam **bsA**^{2}**c** *Rom.* quicquam *Victorius. uulg.* 4 suscensere **M**^{1}, *codd. Mal.* sustensere **P** conscensere **R** subcensere *Rom.* succensere **M**^{2}**c**^{s}, *rell.* 5 item *Manutius*: idem **ΔPR***Rom.* idem ut **IA**^{2}**c** capite libere *Bosius*: cupide libero **ΔPRIA**^{2}**c***Rom.* (-ere **R**) cascellio **PRZ**^{t} cascelio **Δ***Rom.* Cassellio **IA**^{2}**c** loquere *Orellius*: loquare **ΔPRI A**^{2}**c***Rom.* 6 bene] uere **Z**^{t} calide **MR** agebatur **IA**^{2}**c** agebantur **ΔPRZ**^{t} *Rom.* 8 nisi] ubi **M**^{2}**c**^{s} ubi nisi **ds** iniquo] in quo **M**^{1}, *corr.***M**^{2} 9 utut erit **F***Ant.***Z**^{t} ut erit **ΔIA**^{2}**c***Rom.* ut uterque **PR** tuli **P***codd. Mal.***Z**$^{bl t}$**IA**^{2}**c** tulli **R** tulii **Mm** tullii **bds***Rom.* tolli *Corradus* 10 luminarium aedium *Corradus*: luminarum medium **ΔPRZ**$^{\beta l t}$ lummarum ædium **I** lumi-arium medium *Rom.* luminarium, mediam **A**^{2}**c** medium *etiam codd. Mal.* *de toto loco alii aliter, cfr Muell. et Tyrr.-Purs. ad l.* ad streniae **Z**^{t} ad strane **Δ** astra **Z**$^\beta$ asture ne **PR** Asturæ **I** abstrahere **A**^{2}**c***Rom.* Astrane, Asture ne, Astrare *codd. Mal.* cui] cur **IA**^{2}**c**, *corr.***C** cerellia **R** cerelia **MdsPC***Rom.* carelia **m** catelia **b** Cereli **IA**^{2}**c** 11 mancupio **Md** mancipio **bmsIA**^{2}**c***Rom.* si nam cupio **PR** 12 $\overline{\text{CCCLXXX}}$ **Mbms** CCCLXXX **dIA**^{2}**c***Rom.* CCCLXXXX **PR** 13 atque] ad qu(a)e **PR** 14 scribe **PR**

Varroni, quem ad modum tibi mandaui, memineris excusare tarditatem litterarum mearum. Mundus iste cum M. Ennio quid egerit de testamento — curiosus enim ⟨sum⟩ —, facias me uelim certiorem. ex Arpinati VI Non.

XXVII

⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte 1
